



COMMENTARIUM IN OMNIBUS
EPISTOLIS PAULI



IHS

BIBLIOTECA DE LOYOLA.

Sala

1

Estante

M

Plúteo

H



DIVI AM

DEI EPISCOPI MEDIC

LIBRARIUS COMMENTARIUM

IN

ARTIBUS LIBERALIBUS

ET

ARTIBUS MECHANICIS

ET

ARTIBUS MISTICIS

ET

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS



DIVI AM-

BROSII EPISCOPI MEDIO-
LANENSIS COMMENTARII IN

omnes Diui Pauli epistolas, ex restitutio

ne D. Erasmi diligenter recogniti. *auti domus*

CVM INDICE.

*opus permittum
secundum Cognoscato
rium 1640.*



*D. Stan. de Gogua
y Brambana*

COLONIAE

Apud Ioannem Gymnicum

A. N. M. D. XXX.

Mense Ianuario.

La biblioteca Collegii Loyola

del Collegio de la Compañia de Jhu servada



INDEX RERVM

ATQVE SENTENTIARVM SCITV DIGNIORUM, quæ in D. Ambrosij Commentarijs habentur,

INDEX.

A

Abba	97
Abraæ fides quæ laudabilior fide cæterorum	52
Ad quid pro nobis Christus mortuus sit	56
Adulterare quid	302
A lege qui recedant	118
Alta sapere quid	143
Apis Aegyptiorum deus	18
Apostoli gratiam habuerunt maiore q̄ prophetæ	478
Apostolorum doctrinam uirtus cõmendabat	13
Apostoli omnes uxores habuerunt excepto Ioanne & Paulo	339
Apud ueteres nostros ratione nomina cõponebatur	3
Arma lucis induere	150
Affentire	22
Auaritia idololatria dicta	416
Azyma	204
Baptismum quare per aquam celebratur	691
Baptismum mors peccati	69
Baptismus pro mortuis	275
Beatos quos dicat Paulus	46
Beli idolum Babyloniorum	17
Beneficium dei irritum quis facit	256
Bonum si contra uoluntatem fiat amarum & malum	18
Caro quomodo crucifigatur	70
Christum, quis induat	150
Christus quare factus ex semine Dauid	5
Circuncisio signum tantum est	48



INDEX.

Circuncisio cordis.	159
Comestiones.	150
Compai quid sit.	98
Cordis circuncisio laudabilis apud deum	33
Cordis meritum aspicit deus, non carnis	34
Credere aut non credere uoluntatis est	46
D Deus nõ uult ad se ueniri per suffragia	17
Deus aliter tentat quàm diabolus	339
Deus spheræ assimilatus	422
Deus adoptiuus, homo dicitur	456
Deus curam eorum agit quæ condidit	23
Deum quis inhonorat	32
Diaboli tentatio euersio est	259
Dies ira	24
Dierum obseruatio	391
Diuidere Christum	176
Docere quid	542
Donum dei omnibus missum est	7
Duabus ex causis deserit hominem spiritus sc̃us	94
E Elcmeta cũ sollicitudine opas suas exhibet.	100
Episcopi appellabantur primi presbyteri	426
Episcopi electio	427
Eruditus in bono quis	168
Euangelium quid	362
Euangelium dei quid	4
Euangelistæ diaconi sunt	426
Exhortatio	542
Exorcistæ & lectores in ecclesia qui	426
F Facile facit inferior qd fieri uiderit à priore.	8
Fides maior quàm lex.	41. & 54
G Gratia quo pacto regnet per iusticiam	68
H Homo uetus & nouus	70. & 430
Hostia uiua, sancta, & deo acceptabilis quæ sit	138
Hostia oblata apud ueteres quare occidebatur.	Ibid.
Humana uerba non ualent fidei nostræ rationem asserere.	55
I Idololatria	487
Immutare	

INDEX.

Immutare naturalē usum quid	19
In carne esse multifarie intelligitur	78
In carne qui sint	84
In charitate dei quæ sint	7
Inimicum diligere quid	148
Interpretari in ecclesia quid	159
Inquinamentum carnis	318
Ira qualis esse debeat	415
Iracundia extra peccatum quæ	Ibi.
Israëlitæ ueri qui	117
Iudæi ex quo tempore dici cœperunt	13
Iusticia temperata esse debet	431
Iusti semper appellabantur boni, non contra	57
Iustificatio quo modo in nobis impletur	92
L Legem quis faciat aut non faciat	27
Lex ad quid data	49
Lex quo pacto data	42
Lex naturalis tres habet partes	60
Lex quare fuerit necessaria	66
Lex index est peccati	80
Lex spiritalis, & lex spiritus differunt	91
Locus orationem non commendat	9
Lunaris cursus obseruatio	391
M Maligna mens non potest nisi timore à uitijis facile reuocari	24
Manifestare potentiã in multa patientia quid	117
Mathematica auocât potius à deo, quàm ut ad salutem conferant	478
Misericordiã duabus ex causis accepimus	68
Misericordia dei ad quid	10
Mors in quos regnauerit	62
Multæ causæ propter quas Paulus scripsit ad Corin.	171
Multiplex est misericordia sub uno uocabulo	141
Mundus hic Christianis pelagus est	100
Murmurare	215
N Nemo re uilē magnis præcursorib⁹ nūciat	4
Neomeniæ	389
	3
	Nihil



I N D E X.

Nihil præiudicatur deo patri, cum adoratur Christus ut deus	109
O Oleastrum 134 Oltua	Ibid.
Omne peccatum quare caro sit	96
Opera legis	44
Ordinum sacrorum origo, & uarietates à primitiua ecclesia	426
Origo promissionis unde sit	50
P Pacem cum deo habere quid faciat	54
Pascha	204
Paulus quo modo deo seruiert	8
Paulus quo modo in tertium cælum raptus	351
Peccata triplicia	47
Peccatum quo modo inhabitet in carne	183
Peccato subiectum esse quid	84
Peccatum Adæ non longe est ab idololatria	6
Peccare in Christum, & in Christo	228
Per Christum aditum habemus ad gratiam dei	54
Perfectio legis fides	119
Per naturam inducti sumus ad fidem	74
Pharaones	115
Pharao ad quid seruatus sit	Ibidem
Philosophiæ mundanæ subtilitates, semel captum ægre dimittunt, & ob hoc perniciosæ	479
Plantare & rigare quid	190
Portare deum quid	212
Præscientia dei quæ sit	112
Præparare	117
Prima sapientiæ pars quæ.	27
Prophetare	426
Prophetæ interpretes dicuntur	Ibidem
Prouidere	144
Pseudoapostoli	173
Q Quare tam pulchra astra condiderit deus	13
Quatuor leges nominat Paulus	87
Qui sint qui contempto deo peccauerunt	61

R

Regnum

I N D E X.

Regnum mortis ubi primum destrui coegerit	64
Regula fidei quæ sit	123
Remittere & tegere, & non imputare idem sunt	47
Rudes in malum qui	169
S Sabbatum	399
Sacerdotibus ueterum quur concessum sit habere uxores, & quur hodie non concedatur	536
Samaritani solam legem recipiunt	232
Sapientia carnis quæ	93
Saulus interpretatur inquietudo seu tentatio	3
Scandalizari	350
Simulatione nihil peius	513
Sine lege uiuere quid	81
Spiritus aëris	412
Spiritus quo modo probandi	
Spiritus dei	186
Spiritus mundi	187
Stigmata	406
Sublatio malitiæ semine nequitia fructus arescent	18
Superædificia	194
Surgere de somno quid	149
Symmachiani	362
Symeonis exemplum debent sequi Christiani	101
Syon	121
T Tentationum dei & diaboli diuersitas	359
Tertullianus	94
Tertullianus & Nouarianus hæretici	258
Testis doctrinæ uirtus est	9
Tributa quare præstantur	147
Triplici genere damnatum peccatum	92
V Venditum esse sub peccato quid	24
Vere filij Abraæ qui sint	109
Victorinus	64
Virginalis uterus quare electus fuit ad partum dominicum	19
Virtus dei quæ sit	13
Viram æternam qui querant	25

Vitam



INDEX.

Vitam quis non dicatur habere.	72
Vna fides diuersitatem præstat hominibus	90
Vocare	103. & 113
Vri quid	215
Vtile esse Iudæis credentibus quia filij sunt Abraæ.	34

D. AMBROSI

SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COM

mentarij in Epistolam Pauli ad Romanos.

PRAEFATIO.



Rincipia rerum requirenda sunt, ut noticia earum possit haberi. Tunc enim facilius poterit causæ ratio declarari, si ei⁹ origo discatur. Si ergo Epistolæ datæ modum ostenderit, potest uerum uideri quod dicimus. Constat temporibus apostolorum Iudæos, propterea quod sub regno Romano agerent, Rome habitasse, ex quibus hi qui crediderant, tradiderant Romanis, ut Christum proficere, legem seruarent, Romani autem audita fama uirtutum Christi, faciles ad credendum fuerunt, utpote prudentes. Nec immerito prudentes, qui male induci, statim se correxerunt, & manserunt in eo. Igitur ex Iudæis credentes & improbe sentientes de Christo, legem seruandam dicebant, quasi non esset in Christo salus plena. Ideo negat illos spiritualem gratiam consequutos. Hi sunt qui & Galatas subuerterunt, ut à traditione Apostoli recederent, iudaizarerent. Quibus ideo irascitur Apostolus, quia docti bene, facile fuerunt traducti. Romanis autem irasci non debuit, sed laudare fidem illorum: quia nulla uirtutum uidentes insignia, susceperunt fidem Christi, quamuis corrupto sensu: non enim audierant mysterium crucis Christi. Propterea quibusdam de Iudæa in urbem Romam aduenientibus, sicut Priscilla & Aquila, de edenda carne & non edenda quaestiones fiebant.

Hæc non cohererent. Opinor fuisse scriptum: Faciles ad credendum fuerunt, sed male induci, statim se correxerunt & manserunt in eo, utpote prudentes. Igitur. &c.

A Igitur



COMMENT. D. AMBRO.

Igitur quatuor modis scribit Romanis. Hi enim caput sunt omnium gentium, ut in his discant ceteri, arguens ab initio genus hominum, partim physica ratione, partim per legem. Primus modus est, quo se offendit quid sit, & cuius sit, & quid fuerit prius, quo & haec res percussit. Secundus modus est, quo arguit quod naturae ratione non se subiecerint uni deo: & quae inhonesta & turpia egerint, despecti ob hoc à deo, ut gratulètur credentes. Tertius modus est, quod datam legem spreuerunt: unde anteponit Graecis Iudaeos. Quartus modus est, quo docet Iudaeos exorbitasse à lege & prophetis, in causa Christi similes factos gentibus, ut utriusque indigeant misericordia dei, non per legem sperando salutem, sed per fidem Iesu Christi. Vnde omni industria id agit, ut à lege eos tollat, quia lex & propheta usque ad Ioannem, & in sola fide illos Christi constituat, & quasi contra legem Euangelium uindicat: non destruens legem, sed praefereus Christianismum. Ostendit enim sic promissum Christum, ut illo adueniente lex cessaret: non tota, quia abbreviatio legis facta est, quae compendio daret salutem. Multa enim ueteribus tradita sunt propter duriciam cordis illorum, ut oneri essent, quae misericordia dei abbreviavit, per Christum data praeteritorum remissione. Ingratus est enim misericordiae dei, qui uult esse sub lege. Nam dixerat Moses: Sic timeas facies filios Israel, ut quacunq; se uerterent, legem haberent, ut sine sollicitudine omnino non essent. Vt igitur in Christo sine lege spem uitae salutisq; ponendam tradat, & ipsum esse dominum omnium doceat, sic incipit.

CENSURA.

Scito lector argumenta, quae praeferruntur epistolis, non esse Ambrosij, sed inepti cuiuspiam confarinatoris. In hoc autem argumento prodigiosa erat exemplariorum

IN EPIST. AB ROMA.

riorum uarietas, ut facile liqueret hic scribas suo arbitratu lusisse, uelut in suo campo. Si quis legat argumenta, quae feruntur in Biblijs Hieronymi titulo, mox deprehendet aliquot huius rhapsodi centones. Qui utinam non similiter lusisset in ipsis commentarijs.

CAPVT PRIMVM.



Aulus seruus Iesu Christi) Apud ueteres nostros ratione nomina componebatur, ut Isaac propter risum, et Iacob propter calcaneum, ita et iste propter inquietudinem Saulus est nuncupatus. Postquam autem credidit, ex Saulo Paulum se dicit, hoc est, immutatum. Et quia Saulus secundum

supradictum sensum, in quietudo seu tentatio interpretatur, hic cum ad fidem Christi accessit, Paulum se dicit: id est, quasi ex tentatore factum quietum, humilemque, uel paruulum, & quia pax est fides nostra. Cum prius enim tentationes ex inquietudine Iudaismi dei seruis inferret, post ipsas tentationes passus est propter spem, quam ante amore Iudaismi negarat. Seruum autem Iesu Christi se profitens, à lege se exutum ostendit. Et ideo utrumque posuit, id est, Iesu Christi: quia in utroque est dominus, sicut & Petrus apostolus testatur, dicens: Hic est omnium dominus. Quia ergo & dominus, est & deus. Et sicut Dauid dicit: Quia dominus ipse est, quod hereses negant. Marcioni enim uidetur odio legis Christum & corpus eius negare, Iesum profiteri: Iudaeis autem & Forino pro-



COMMENT. D. AMBRO.

pter zelum legis Iesum negare quod deus sit. Nam quod
tuncque aut Iesum dicit aut Christum, aliquando
Deum, aliquando hominem significat. Sicut hoc loco
inter cetera: Et unus, inquit, dominus Iesus, per quem
omnia: quod utiq; ad dei filium pertinet, iuxta quod
deus est. Et alio loco: Iesus aut. m. inquit, proficiebat
etate & sapientia: quod utiq; homini competit. ¶ Vo-
catus Apostolus.) Propter quod deum cognouit & fa-
ctus: factus idoneus seruus, promotum se ostendit, di-
cens: Vocatus Apostolus, hoc est, a domino missus ad res
eius agendas. Per quod ostendit hunc meritum habere
apud deum, qui seruit non legi, sed Christo. Dominus
est enim filius hominis, etiam sabbati. ¶ Segregatus in
Euangelium dei) Euangelium dei est bonum nunciu,
quo peccatores ad indulgentiam couocantur. Aposto-
lus autem, qm̄ in Iudaismo locum doctoris habebat, ut
pote phariseus, ideo a Iudaismi prädicatione segrega-
tum se dicit in Euangelium dei, ut a lege dissimulans,
Christum prädicaret, qui quod lex non potuit, creden-
tes in se iustificaret: sed non contra legem, sed pro lege
est. Ipsa enim hoc dicit futurum, dicente Esaia pro-
pheta: Veniet ex Syon qui eripiat & auerrat captiuita-
tem ab Iacob, & hoc illis a me testamentum, cum abstu-
lero peccata eorum. ¶ Quod ante promiserat.) Vt
prober ratam & integram fidei spem esse in Christo,
iam prius Euangelium eius dicit a deo promissum: ut
ex eo idoneum illum sponsorem uitæ doceret, prius-
quam ueniret, testimonium ei datum ostendit, paria
testante Petro apostolo. Nec enim aliud datum est, in-
quit, nomē sub cælo, in quo oporteat saluos fieri. ¶ Per
prophetas suos.) Vt manifestus salutare esse aduen-
tum Christi significaret, etiam personas, per quas pro-
missionem signauerit, demonstrauit, ut q̄ uera & ma-
gnifica sit promissio ex his uideretur. Nemo enim rem
uilem magnis præcuratoribus nunciat. ¶ In scripturis
sanctis.) Hoc ad cumulum ueræ protestationis adiecit,
ut ma-

Mat. 12.

Act. 4.

IN EPIST. AD ROMA. 5

ut maiorem fiduciam credentibus faceret, & legem cõ-
mendaret. Sanctæ enim sunt scripturæ, quæ uitæ dam-
nant, & sacramentum illic unus dei, & incarnationis
continetur filij dei pro salute humana, testibus signo-
rum prodigijs. ¶ De filio suo.) Dignum fuit, ut quia de-
us filium suum proprium mundo promittebat, per cla-
ros uiros illum promitteret, ut ex his quàm potentissi-
mus esset q̄ prädicabatur, possit sciri, ut scripturis san-
ctis aduentum eius futurum insereret: & ut falsum non
posset uideri, quod a sanctis prædicatum est scripturis.
¶ Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.)
Eum qui erat dei filius secundum spiritum sanctum, id
est, secundum deum: quia deus spiritus est, & sine dubio
sanctus est: factum dicit iuxta carnem dei filium ex se-
mine Dauid iuxta illud: Et uerbum caro factum est, ut
iam unus sit dei & hominis filius Christus Iesus. Qui e-
nim ex æterno dei filius erat. Ignorabatur autē a crea-
tura, dum uult manifestari pro humana salute, uisibi-
lis debuit & corporeus fieri, quia & cognosci se uoluit
per uirtutem, & hominē peccatis abluere in carne mor-
te deuicta. Et ideo ex semine Dauid fit, ut sicut de Deo
deus ante secula natus est, ita & secundū carnem ex re-
ge ortum regiu caperet, factus opere spiritus sancti de
uirgine: hoc est natus, ut reuerētia ei reseruata, ex hoc
ultra hominem cognosceretur, qui ab humana legis
natiuitate distaret. Sicut prædictum fuerat ab Esaia, p-
pheta: Ecce uirgo in utero concipiet. & cæt. ut cum no-
uum factū uideretur, ac laude dignū, prouidentia qua-
dam dei circa usitationem humani generis futura di-
nosceretur. ¶ Qui prædestinatus est filius dei in uirtu-
te secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione
mortuorum Iesu Christi domini nostri.) Filium dei di-
cens, patrem significauit dei. Addito autē spiritu san-
ctificationis, ostendit mysteriū trinitatis. Hic ergo qui
incarnatus quid esset latebat, tunc prædestinatus est se
A 3 cundum

Ioan. 1

Esa. 76



COMMENT. D. AMBRO.

cundum spiritum sanctificationis, in uirtute manifestari filius dei, cum resurgit à mortuis. Sicut scriptum est in psalmo octogesimo quarto. Veritas de terra orta est. Omnis enim ambiguitas & diffidentia resurrectione eius calcata est & compressa. Siquidem adhuc in cruce positum Ceterio uidens magnalia, dei filium confitetur. Nam & discipuli in morte eius dubitauerunt, dicente Cleopha in Emaus: Nos putabamus, quia ipse erat qui incipiebat liberare Israël, Ipse enim dominus ait: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ipse ego sum. Et iterum: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me: id est, tunc cognoscat omnium esse dominus. Ideo autem non dixit ex resurrectione Iesu Christi, sed ex mortuorum, quia resurrectio Christi generalem tribuit resurrectione. Hæc enim maior uideretur uirtus in Christo & uictoria, ut ea potestate operaretur mortuus, quia operatus fuerat & uiuus. Quo facto apparuit illuisse mortem, ut redimeret nos unde dominum nostrum hunc uocat. ¶ Per quem accepimus gratiam & apostolatam ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius. Post resurrectionem manifestatus filius dei in uirtute, gratiam dedit, iustificans peccatores, & apostolos nominauit, quorum se hic socium dicit, ut apostolatus cum gratia esset doni dei, non sicut Iudeorum sunt apostoli. A deo ergo patre per Christum dominum hanc acceperunt potestatem, ut uice domini signis doctrinam dominicam acceperant, ut uirtutem quam in saluatore zelarentur perfidi Iudei, hanc in seruis eius à turbis admirari uidentes, uehementius torquerentur. Testis enim doctrinæ uirtus est, ut quia quod prædicatur, incredibile mundo est, gestis fieret credibile. Missos igitur apostolos uocat, ut prædicarent fidem omnibus gentibus, ut obedirent & saluarentur: ut donum dei non iam solum Iudeis uerumetiam omnibus gentibus concessum uideretur.

Lucæ. 24

Ioan. 3
Ioan. 12

IN EPIST. AD ROMA. 7

retur: & hanc esse dei uoluntatem, ut in Christo, & per Christum omnibus misereatur, uicarijs eius prædicantibus: hoc est, pro nomine eius. Sicut alibi dicit: Pro quo legatione fungimur. ¶ In quibus estis & uos uocati Iesu Christi. Hoc est, legatione nobis fungentibus in oibus gentibus pro nomine Iesu Christi, inter quos estis & uos uocati: quia donum dei oibus missum est, ut est audiuit se inter ceteros uocatos, scirent se sub lege agere non debere, quia sine lege Moysi susceperunt ceteros gentes legem Christi. ¶ Oibus qui sunt Romæ dilectis dei uocatis sanctis. Quauis Romanis scribat, illis tamen scribere se significat, qui in charitate dei sunt. Qui sunt hi, nisi qui de dei filio recte sentiunt? Ipsi sancti sunt, & uocati dicuntur. Sub lege enim agentes, male intelligunt Christum, & iniuriam deo patri faciunt, cum an in Christo perfecta spes salutis sit, dubitant: ideo sancti non sunt, neque uocati dicuntur. ¶ Gratia & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratia & pacem cum his dicit esse qui recte credunt. Gratia est, quia à peccatis absoluti sunt: pax uero, quia ex impijs reconciliati sunt creatori. Sicut dicit dominus: In quancumque domum introieritis, & receperint uos, dicitis pax huic domui. Et ut sine Christo nullam esse pacem & spem doceret, adiecit, gratiam & pacem non solum à deo patre esse, sed & à Christo Iesu. Deum patrem nostrum dicit propter originem, quia ab ipso sunt omnia: Christum autem dicit, quia eius sanguine redempti, facti sumus filij dei.

Primum quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fides uestra annunciat in uniuerso mundo. Finita præfatione ante omnia gaudium suum esse testatur, ut potest gentium Apostolus, quod cum Romani regnent in mundo, subiecerint se fidei Christianæ, quæ prudentibus seculi humilis & stulta uideretur. Cum ergo multa essent, ex quibus gauderet in Romanis:

A 4 ERAN

2. Cor. 9

Lucæ. 10



COMMENT. D. AMBRO.

Erant enim doctrinæ memorabiles, & boni operis cupidi, studiosq; magis agendi bene, quam sermonis, quod non longe est à religione diuina: in hoc tamen primū se gaudere dicit, quia fides illorum in omni loco currabat: quamuis non secundum regulam ab autoribus tradite ueritatis, tamen quia quod ab uno deo erat, interposito nomine Christi cœperant uenerari, gratulatur, sciens illos posse proficere. Per quod etiam charitatem suam circa illos ostendit, quando congaudet bono cœpto illorum, & hortatur ad profectum. Gratias ergo agere se dicit deo suo duntaxat, quia adhuc illorum non erat plene, quia ex ipso est omnis paternitas: sed quia omnis dispositio salutis nostræ à deo quidem, sed per Christum est, non per legem, neq; per aliquem prophetam, gratias quidē se agere dicit deo, sed per Christum: quia fama fidei illorum, erat profectus multorū, ut hoc ipsum ad dei prouidentiam referat per Christum. Aut enim gaudebant roborati, qui crediderant cæteri: quia uidebāt principes suos factos Christianos: aut certe qui nō crediderant, poterant credere horum exemplo. Facile enim facit inferior, quod fieri uiderit à priore. ¶ Testis enim mihi est deus, cui seruiō in spiritu meo, in Euangelio filij eius, quod sine intermissione memoriam uestri facio semper in orationibus meis.) Ut suadeat charitatem, deum testem dat, cui seruit. Ad quem & precem pro his facit, non in lege seruiedo, sed in Euangelio filij eius: hoc est, non in eo quod Moyses seruus tradidit, sed in eo quod filius dilectissimus docuit, ut quantum distat seruus à domino, tātum distet Euangelium à lege: non quod mala sit lex, sed quia melius est Euangelium. Deo itaq; seruit in Euangelio filij eius, ut ostendat dei esse uoluntatem, ut credatur in Christum. Et seruiō. Quomodo? In spiritu meo, inquit non in circuncisione manufacta, neque in neomenijs, & sabbato, & discretione escarum, sed in spiritu, id est,

2. Cor. 3.

11

IN EPIST. AD ROMAN.

in mente: quia deus spiritus est, spiritu uel animo potius debet illi serui. Cui enim animo seruitur, ex fide illi seruitur. Hæc & dominus fatus est ad Samaritidem, putantem quod in monte adorari se Deus uelit, dicens: Venit hora, & nunc est, quod ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. Etenim pater tales querit, qui adorent eum. Spiritus est deus. Adorantes ergo, in spiritu & ueritate oportet adorare. Et non locus orationem commendat, sed deuotus animus, hoc est in ueritate adorare in spiritu deum spiritum & Christum unum, ex quo omnia, & unum per quem omnia. Hos querit adoratores pater. Memor ergo se illorum in orationibus suis flagitat, ut seruet in illis charitatem. Facit enim illis desiderium sui. Quis enim non amet eum, quem audit memorem sui esse? Si enim ab his, qui missi non erāt, libenter acceperant doctrinam sub nomine Christi adulteratis uerbis, quanto magis ab eo, quem scirent esse Apostolum, & cuius uerba comitaretur uirtus, desiderarent audire? ¶ Obscraus si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in uoluntate dei ueniendi ad uos.) Orationis suæ pro illis sensum ostendit. DEVM enim se dicit petere, ut ueniret ad urbem, ad profectum illorum cum dei uoluntate, cuius prædicat donum. Tunc enim profectus adest, si quod agendum est, cum dei uoluntate agatur. Orat ergo ut quacunq; ex causa iam detur occasio, qua ueniret ad urbem, quia occupatus erat alijs prædicando. Sic prosperum iter imputans, si deo uolente ueniret, quia prouida est dei uoluntas. Prosperum ergo iter est, non incassum laborem itineris subire. Hoc rogat ut deus impleat uocando illos ad suam gratiam. Auiditate animi loquitur. Desiderat enim illos, sciens & illis & sibi professe. Sicut alibi dicit: Quod est gaudium nostrum & corona? Nōne ues in aduentu domini? Fructus enim

Ioan. 4

A 5 Apo-



COMMENT. D. AMBRO.

Actu. 23

Apostoli est uberior, si lucretur multos. Præterea quia maius gaudium est, si potentes mundi conuertentur ad deum: quia quanto inimici graues sunt, tanto magis reconciliati necessarii. Voluntati itaque eius sic occasio data est, ut coactus appellaret Casarem, & dirigeretur ex alia causa ad urbem Romam, deo uolente, ut impleret propositum uoluntatis suæ. Denique in naufragio posito astitit dominus, dicens: Noli timere Paule. Sicut enim testificatus es de me Hierosolymis, ita & Romæ. ¶ Desidero enim uidere uos, ut gratiam spiritalem uobis administrem ad confirmandos uos.) Confirmatio hæc tres personas requirit, annuentis dei, ministrantis Apostoli, accipientis populi. Nunc ergo desiderij sui uoluntatem ostendit, quoniam esset uoto circa illos. Cum enim dicit: Ut gratiam spiritalem uobis ministrem, carnalē illos sensum affecutos significat: quia sub nomine Christi non illa quæ Christus docuerat, fuerant affecuti, sed ea quæ fuerant à Iudæis tradita. Se autem cupere citius uenire, ut ab hac illos traditione abstraheret, & spiritale illis traderet donum, ut acquirat illos deo: participes illos faciens gratiæ spiritalis, ut in professione & fide sua essent perfecti. Hinc datur intelligi superius non fidem illorum laudasse, sed facilitatem & uotum circa Christum. Christianos enim se profitentes, sub lege agebant simpliciter, sicut illis fuerat traditum. Nam misericordia dei ad hoc data est, ut lex cessaret, quod sepe iam dixi: quia deus conuulsens infirmitati humanæ, sola fide addita legi naturali, hominum genus saluari decreuit. Quid est, quod cum scriptis illos corrigat, & à carnali sensu abstrahat, præsentiam suam necessariam dicit, ut gratiam illis spiritalem ministraret, cum quæ scribit spiritalia sint, nisi quia aliter dicta ad aliud solent rapi, sicut ab hæreticis fit: Ideo desiderat ut præfens doctrinam Euangelicam sensu quo scribit his tradat, ne sub autoritate literarum

IN EPIST. AD ROMA. II

rarum eius non auferetur error, sed firmaretur. Quippe cum præfens quæ uerbis suadere non poterat, iuaderet uirtute, ut magis illis proficiat additis. ¶ Quid est simul consolari in uobis per eam quæ inuicem est fidem uestram atque meam.) Consolari se dicit cum illis, si apprehendant spiritalia: quia quamuis gaudeat fidei illorum, dolet tamen quia non rectam accipiebant fidem. Hoc affectu fuit Apostolus, ut aliena uitia quasi sua doleret: ac per hoc consolemur, inquit, per unam atque eandem fidem, ut tunc consolatio una sit, si unius fidei efficerentur in Christo, ut administratio gratiæ spiritalis Euangelizante Apostolo hunc præstaret effectum.

Non autem arbitror ignorare uos fratres, quia sæpe proposui uenire ad uos, & prohibitus sum usque adhuc.) Propositum & uotum suum ostendit, quod quidem scire illos non ambigit per eos fratres, qui ab Hierusalem uel confinibus ciuitatibus causa suæ religionis ad urbem ueniebant, sicut Aquila & Priscilla, uotum eius insinuantes Romanis. Cum enim sæpe uellet uenire, & prohiberetur, sic factum est ut scriberet epistolam, ne diu in mala exercitatione detenti, non facile corrigerentur. Et fratres eos uocat, non solum quia renati erant, sed quia erant inter eos, licet pauci, qui recte sentirent. Unde dicit: Vocatis sanctis. Quid tamen est uocatis sanctis? Si enim iam sancti sunt, quomodo uocantur ut sanctificentur? Sed hoc ad DEI pertinet præscientiam, quia quos scit deus futuros sanctos, iam apud illum sancti sunt, & uocati permanent. Prohibitum tamen se dicit usque ad tempus datæ epistolæ, à deo utique, qui sciens adhuc imparatos illos, ad alias urbes direxit Apostolum, quæ iam ad recipiendam ueritatem essent capaces, quamuis sub nomine agerent saluatoris: sed utijs prohibebatur carnalibus, ne digni iam essent addiscere spiritalia. Denique uolentes aliquando in Bithyniam ire, prohibiti sunt



COMMENT. D. AMBRO.

sunt à sancto spiritu Paulus & Syllas. Cur, nisi sciret ad huc effectum deesse? Apud Corinthios autem commo-
netur Apostolus, dicente domino: Loquere, ne tacue-
ris, quia populus mihi multus est in hac ciuitate. Non
ergo ociose prohibitum se dicit, sed & causas morari
discreuit. Et hos ut se præparent adhortatus est, ut au-
dientes sibi gratiam spiritalem ministrandam fore, di-
gnos se efficerent, à uitij carnalibus abstinētes, ad ex-
cipiendam eam. ¶ Vt aliquē fructum habeam & in uo-
bis, sicut & in cæteris gentibus. ¶ Pro utilitate commu-
ni cupidum se ueniendū ad hos declarat, ut & hi salutē
spiritualis gratiæ consequantur, ratam habentes fidei
sue professionem, ut hic fructum habeat ministerij sui
per quod lacessit illos ad fidem restam exemplo cæte-
rarum gentium. Promptior enim fit quis ad rem sibi
traditā, si illi multos uideat assentire. ¶ Græcis & Bar-
baris, sapientibus & insipientibus debitor sum. ¶ Debi-
torem se dicit horum quos memorat, quia ad hoc mis-
sus est, ut omnibus prædicaret: per quod etiam omnes
significat debitores. Consteri enim creatorem deum,
ex quo omnia, & per quem omnia, debitus & honor ē
& salus consentis. Græcos em̄ gentiles posuit, sed eos
qui Romani dicantur siue natione, seu adoptione. Bar-
baros uero eos, qui Romani non sunt, quorum genus
aduersum est, & non sunt gentiles. Sapientes autem il-
los dixit, qui mundanis rationibus eruditi, sapientes
uocantur in seculo, dum aut syderū speculatores sunt,
aut mensuris, aut numeris, aut arti Grammaticæ stu-
dent, aut Rhetoricæ, aut Musicæ. His omnibus ostendit
nihil hæc prodesse, nec uere sapientes esse, nisi cre-
dant in Christum. Stultos uero hos dixit, qui simplici-
tatem sequentes, harum rerum imperiti sunt. His om̄i-
bus missum se prædicare testatur. De Iudæis autem ta-
cuit, quia magister gentium est. Ac per hoc debitorem
se profiteretur, quia ad hoc accepit doctrinā, ut tradat:

&

IN EPIST. PAV. AD RO. 19

& cum tradit, acquirat. ¶ Itaq; quod in me est, prom-
ptus sum & uobis, qui Romæ estis, euāgelizare. ¶ Quā-
uis missum se prædicare omnibus dicat gentibus, prō-
ptum tamen se Romanis asserit tradere Euangelium
gratiæ dei, apud quos regni Romani caput & sedes ē.
Ad membrorum enim utilitatem pertinet uel requiē,
si caput inuictum non fuerit. Ideo Romanorum pa-
cem optat, ut non multum se iactet Satanas, & uberio-
res fructus habeat operis sui. ¶ Non enim erubescō E-
uangelium. Virtus enim dei est in salutem omni credē-
ti. ¶ Hoc dicto illos tangit, à quibus acceperant non re-
ctam fidem. Apostolorum tamen doctrinam uobis cō-
mendabat, ut quia incredibile uidebatur quod præ-
dicabatur, signa et prodigia ab apostolis facta, testimo-
nio essent non diffidendum de his quæ ab illis dicebā-
tur, in quibus tanta uirtus inesset. Nulli enim dubium
uerba uirtuti cedere, ac per hoc, quoniam illorū nul-
la uisa erant portenta, prædicatio illorum sine uirtu-
te dei erat. Ideoq; non se dicit erubescere Euangelium
dei, illos autem erubescere, quia quod illis tradiderat,
in reprehensionem ueniebat: nec quoquā testimonio
firmabatur, & discordabat à doctrina apostolica. Vir-
tus igitur dei est, quæ inuitat ad fidem, & dat salutem
omni credenti, dum peccata donat, & iustificat, ut à se-
cunda morte detineri nō possit signatus mysterio cru-
cis. Prædicatio enim crucis Christi, indicium est mor-
tis euictæ, dicente apostolo Ioanne: Ad hoc enim ue-
nit filius dei, ut solueret opera diaboli, ut omnis cre-
dens non teneatur à morte, quia signum habet quod
uicta mors est. ¶ Iudæo primū & Græco. ¶ Id est, huic
qui ē ex genere Abrahæ, & huic, qui ex gētibus. In Græ-
co enim gentilem significat, in Iudæo uero cum, qui
ex genere sit Abrahæ. Nam Iudæi ex tempore Iudæ Ma-
chabæi dici cœperunt, qui in causa cladis restitit sacri-
legijs gentium, & fiducia dei collegit populum, & de-
scendit genus suum. Fuit autem ex filijs Aaron. Quam
uis



Phil. 3.

Abacuc. 2.

COMMENT. D. AMBRO.

uis ergo praeponat Iudeum causa patrum, tamen simili-
liter etiam ipsum indigere dicit dono Euangelij Chri-
sti. Si ergo & Iudaeus non iustificatur nisi per fidem
Christi Iesu, quid opus est esse sub lege? ¶ Iusticia enim
dei reuelatur in eo ex fide in fidem. ¶ Hoc dicit, quia
in illo qui credit, siue Iudaeus sit siue Graecus, iusticia dei
reuelatur. Iusticia dei dicit, quia gratis iustificat impi-
um per fidem sine operibus legis. Sicut alibi dicit: Ut
in illo inueniat, non habens eam iusticiam quae ex le-
ge est, sed illam quae ex fide est. Quae ex deo est iusticia
in fide, ipsam iusticiam dicit reuelari in Euangelio, dum
donat homini fidem, per quam iustificetur. Ostenditur
enim in eo ueritas & iusticia dei, dum credit & profite-
tur. Iusticia est dei, quia quod promissit, dedit. Ideo cre-
dens hoc esse se consecutum quod promiserat deus per
prophetas suos, iustum deum probat, & testis iusticiae
eius. Ex fide in fidem. Quid aliud est ex fide in fidem,
nisi quia fides dei est in eo, quod de se promissit: & fides
hominis, qui credit promittenti, ut ex fide dei promit-
tentis in fide hominis credentis dei iusticia reuelatur?
In credente enim iustus deus apparet, in eo autem, qui
non credit, iniustus uidetur. Negat enim ueracem de-
um, qui non credit deum dedisse quod promissit. Hoc
contra Iudaeos loquitur, qui negant hunc esse Christum,
quod promissit deus. ¶ Sicut scriptum est: Iustus autem
ex fide uiuit. ¶ Propterea ad exemplum prophetae A-
bacuc se conuertit, ut declararet olim ostensum iustum
ex fide, non ex lege uiuere, hoc est, non iustificari ho-
minem apud deum per legem, sed per fidem. Vita enim
ex fide, non haec praesens est, sed futura: quia iustus ex fi-
de uiuit, sed apud deum.

Reuelatur enim ira dei de caelo in omnem impie-
tatem & iniusticiam hominum eorum, qui ue-
ritatem dei in iusticia detinent. ¶ Sicut enim in il-
lo qui credit, iusticia dei reuelatur, sicut supra memo-
rauit

IN EPIST. AD ROMA. 5.

taui: ita & in eo qui non credit, impietas & iniusticia
reuelatur. Ex ipsa enim caeli fabrica iratus illi deus ui-
detur. Idcirco enim tam pulchra astra condidit, ut ex
his quantus & quam admirabilis creator eorum sit, pos-
sit agnosci, & solus adorari. Unde scriptum est in psal-
mo decimo octauo. Caeli enarrant gloriam dei, & ope-
ra manuum eius annuntiat firmamentum. Per natura-
lem ergo legem reum facit genus humanum. Potuerunt
enim id per legem naturae apprehendere, fabrica mun-
di testificante, autorem deum solum diligendum, quod
Moyses literis tradidit: sed impij facti sunt non colen-
do creatorem, & iniusticia in eis apparet, dum uiden-
tes dissimulant a ueritate, non facientes unum deum.
¶ Quia quod notum est dei, manifestum est in illis.)
Noticia dei manifesta est ex mundi fabrica. Ut enim
deus, qui natura inuisibilis est, etiam uisibilibus possit
sciri, opus factum est ab eo, quod opificem uisibilitate
sua manifestaret, ut per certum incertum possit sciri: ut
per hoc, quod ceteris impossibile est, ille esse deus om-
nium crederetur, qui hoc opus fecit. ¶ Deus enim il-
lis manifestauit, hoc est, opus fecit, per quod possit ag-
nosci fides. Inuisibilia enim eius a creatura mundi,
per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Idem
sensus est quem repetit, ut absolutius doceat: quia cum
per se potentia & maiestas Dei creaturae oculis aspici
non possit, opere mundi intellecta conspiciuntur.
Hoc igitur genere reos. ¶ reos, qui sine lege uiue-
runt, & naturae & Moysi. ¶ In uetudine enim peccan-
di obruerunt legem natura. ¶ bliti sunt memoriam e-
ius. Legem autem, quae ad formationem data fue-
rat, percipere noluerunt, ut duplici modo obnoxij fie-
rent damnationi. ¶ Sempiterna quoque eius uirtus & di-
uinitas, ita ut sint inexcusabiles. ¶ Ut oino excusari im-
pietas non possit, adiecit etiam uirtutes dei, & diuinitate
sempiternam cognitam esse ab hominibus, & stupore quodam
hebe-



hebetasse ad honorandum deum, quem & esse & operari ad utilitatem suam non ignorarent. Ea enim, quæ humanis uisibus euoluto anno gignuntur, ipsum decreuississe nulli in dubium uenit: Aeterna ergo uirtus eius Christus est, quia instituit quæ non erant, & in eo manent. Cuius si dudum persona agnita non est, opera tamē manifesta sunt. Diuinitas uero, qua in opere sibi de creto perseverant elementa rerum, ut sint inexcusabiles. Multis enim modis qui reus conuincitur, excusari non potest. ¶ Quoniam cum cognouissent deum, non sicut deum magnificauerūt, aut gratias egerunt. Vsq; adeo non ignorauerunt, ut faterentur unum esse principium, à quo omnia initium sortita sunt, cælestia, & terrestria, & inferna: & hūc unum esse qui omnibus de creuerit proprietates & officia naturaliter, & hæc sciētes non egerunt gratias. De anterioribus loquitur, ut præsentēs & futuros corrigat. ¶ Sed euauerunt in cogitationibus suis. Euanuerunt. Videntes enim mundum miro ornatu apratum, ab eo quem eius opificem cognouerant, dissimulauerunt. ¶ Et obscuratum est insipiens cor eorum. Nebula erroris textit cor illorum, quia cum creatorem ex his, quæ fecit pulchra, plus amplius honorificari debuerint, obtinui sunt, relicto illo, hoc solum sibi dicentes sufficere ad salutem. ¶ Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Sapientes enim se arbitrantur, quia rationes physicas inuestigare putant, scrutantes cursus syderum, & qualitates elementorum, dominum autem horum spernentes, ideo stulti facti sunt: cū si hæc laudanda sint, quanto magis creator illorum? Solent tamē pudore passi neglecti dei, in se uita excusatione, dicentes per istos posse ire ad deū, sicut per comites peruenitur ad regem. Age, nunquid tam demens est aliquis, aut salutis sue immemor, ut honorificentiam regis uendiceret comiti, cū de hac re si quid etiam tractare fuerint inuenti, iure ut rei damnentur maie-

maiestatis? Et isti se non putant reos, qui honorem nominis dei deferunt creaturæ. & relicto domino, conferunt uos adorant, quasi sit aliquid plus quod seruetur deo. Nam & ideo ad regem per tribunos aut comites itur, quia homo utique est rex, & nescit quibus debeat rem publicam credere. Ad deum autem, quem utique nihil latet, omnium enim merita nouit, ad promerendum suffragatore non opus est, sed mente deuota. Vbi cuncti enim ralis locutus fuerit ei, respondebit illi. ¶ Et mutauerunt gloriā incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis. Sic obæcaturum est cor illorum, ut maiestatem inuisibilis dei, quem ex his factis agnouerant, non hominibus, sed quod peius est, & inexcusabile crimen, in similitudinem hominum mutarent, ut forma corruptibilis hominis deus ab his uocet, hoc ē, simulachrum hominis: ut quos uiuos numine donare non audent, mortuorum imagines in gloriam dei recipiant. Quanta ægrotudo, quanta stulticia hos se sapientes adpellare ad suā damnationē, apud quos plus mortui possunt quàm uiui, & mortui potiores sunt uiuis? A uiuo enim deo recedentes, mortuis fauent. In quorum numero sunt, sicut scriptum est: Mortalis fingit mortuum manibus iniquis. Hoc de huiusmodi sapientia Salomonis dictum est. ¶ Et uolucrum & quadrupedum & serpentium. His subiectis, cum uoluit ad penam herudinis, ut ultra stulticiam & uanitatē sint huiusmodi. Sic enim dei maiestatem & gloriam minuerunt, ut horum quæ minima & praua sunt, similitudini dei honorificentiam darent. Primi enim Babylonij deum uocauerunt figmentum Beli cuiusdam, quondam hominis mortui, qui principatum in eos dicitur egisse. Coluerunt & serpentem draconem, quem occidit Daniel homo dei, cuius similitudinem habet. Aegyptij autem colebant quadrupedem, quam dicebant Apin in similitudinem uaccæ, quod malum imitatus est Hieroboam,



COMMENT. D. AMBRO.

uaccas instituent in Samaria, quibus sacrificarent Iudaei: & uolucres, quia coracina sacra habent pagani. Harum tamen omnium rerum, quas memorauit, simulachra coluerunt Aegyptij, & alia quae nunc dicere non est necesse. Haec ab his facta sunt, qui se sapientes estimauerunt in mundo: quia enim inuisibilem deum non honorauerunt ista faciendum, nec his quae uisibilia sunt, sapere potuerunt. Difficile enim in maioribus prudens in minoribus non sapit. ¶ Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis illorum in immundiciam, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Quoniam inquit, ad iniuriam creatoris dei figmenta, & similitudines rerum deificauerunt, traditi sunt illudedi, & traditi, non ut illa agerent quae uolebant, sed ut illa perficerent quae desiderabant: & hic bonitas dei est, cum dignum fuisset subijci illos, ut facerent quae uolebant, & cruciarentur: quia licet bonum, si contra uoluntatem fiat, amarum & malum est: isti autem auertentes se à deo, traditi sunt diabolo. Tradere autem est permittere, non incitare aut immittere, ut ea quae in desiderijs conciperant, adiuti à diabolo, expleret in opere. Nec enim posunt huiusmodi bonum cogitatum habere. Traditi ergo sunt in immundiciam, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Cuius praeterita recolat, etiam praesentis temporis significat: quia traduntur nunc usque, ut contumelijs afficiant corpora sua. Originis enim illius nunc usque sunt homines, qui dicuntur corpora sua dehonestare inuicem. Cum cogitatio animae sit in crimine, corpora dicuntur dehonestare. Quare, nisi quia macula corporis indicium est peccati animae: Cum enim corpus contaminatur, nemo ambigit animae esse peccatum. ¶ Qui commutauerunt ueritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruiuerunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Amen. Commutantes ueritatem dei in mendacium, id est, nomen dei qui uerus est, dede-

IN EPIST. AD ROMA. 79

dederunt his qui non sunt dii. Lapidibus enim, uel lignis, uel ceteris metallis auferentes quod finit, dant illis quod non sunt, & hoc est immutare uerum in falsum. Non enim uocatur iam lapis aut lignum, sed deus: hoc est seruire potius creaturae quam creatori. Non negat enim deum, sed seruiunt creaturae: quo non excusantur, sed accusantur magis, quia cognoscentes non honorat deum, qui est benedictus in secula, Amen: hoc est uerum. Deus uero benedictus ait in secula, quia permanet Deus, dijs autem gentium ad tempus impietas dat honorem: ideo non est uerum, in deo autem manet ueritas. Hanc benedictionem alio loco filio dei assignat, inter cetera dicens: Et ex quibus Christus secundum carnem, qui est deus benedictus super omnia in secula, Amen: aut utraque ad Christum pertinent, aut eadem dixit de filio, quae & de patre.

Propterea tradidit illos deus in passionem ignominiae. Nam feminae eorum immutauerunt naturalem usum in eum usum qui est contra naturam. Hae irato deo propter idolatriam humano generi prouenisse testatur, ut mulier mulierem turpi desiderio ad usum appeteret. Quod quidam aliter interpretantur, non perspicientes uim dicti. Quid est enim immutare naturalem usum in eum usum qui est contra naturam, nisi sublato concessio usu aliter uti, ut una atque eadem pars corporis unusquisque inter se inuicem sexus aliter se ad usum praebat, quam concessum est? Nam si illa est pars corporis quam putant, quomodo immutauerunt usum naturae, cum habeat huiusmodi usum datum à natura? Superius iam dixerat traditos in immundiciam, non tamen qualitatem operis immundiciae ipsius ostenderat, pro quo nunc declarat. ¶ Similiter autem & masculi relicto naturali usu feminae, exarserunt in desiderijs suis in inuicem, masculi in masculis turpitudinem operantes. Nunc manifestauit quomodo su-



COMMENT. D. AMBRO,

perius de mulieribus quod dixit intelligi debeat. Quādo enim subiecit: Similiter & masculi, dicens, exarserunt in desiderium sui, ostēdit apertum peccatum mulierum. Et quid mirum cum hodieq; tales mulieres reperiantur, ut sicut illud à uiris, ita & hoc à mulieribus sit inuentum? Deniq; multi res inter se accusant, & uiri similiter, manifestum est, ut qui iam ueritatem dei immutauerunt in mendacium, immutarēt & naturalem uilum in cum usum per quem dehonestarentur rei facti mortis secundæ. Quoniam enim aliam legem dare nō potest satanas, nihil enim habet, concessa & licita in alium ordinem uersat, ut dū aliter fiunt q̄ concessa sunt, sint peccatum. ¶ Et mercedem quam oportuit erroris sui in semetipso recipientes.) Hanc dicit compensationem esse contempti dei, id est, turpitudinem & contaminationem. Hec est enim prima causa peccati. Quid enim peius, quid deterius hoc peccato? Quantum enim idololatria perimpium & grauissimum delictū est, tantum & compensatio eius horrida & perfordida passio est. ¶ Et sicut non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum ut faciant ea quæ non conueniunt.) Propter errorem simulacrorum traditi sunt ad turpia facienda inuicem, sicut iam dictum est. Et quia impunitatem horum aestimauerūt, incuriosum deum iudicantes, ac per hoc negligēdum, hinc additū est, ut magis ac magis hebetati, ad omnia mala admittenda fierent promptiores, ut facta que hominibus non ambigerent displicere, deum non crederent uiuicare. Nunc enumerat omnia mala quæ illis superaddita sunt, ut uel sic conuersi ad naturalem intellectum, intelligerent irato deo hæc sibi prouenisse. ¶ Repletos ait omni iniquitate.) Hic summam locutus est, & subiecit membra iniquitatis. ¶ Malitia, fornicatione.) Hæc fornicatio habet in se & adulterium. Si enim dixisset adulterium, uidebatur excusasse fornicatio-

IN EPIST. AD ROMA. 21

ationem, sicut leges Romanæ: Ideo quod minus est posuit, ut quod maius est, inultum non possit credi, & cetera quæ manifesta uidentur. ¶ Auaricia, nequitia, ple nos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, susurrone, detractores, deo odibiles, consumelios, superbos, elatos, inuentiones malorum, parentibus non obedientes.) Quanta autē insolentia arrepti sunt, ut nec parentes suos quos autores in natiuitate habent agnoscerent, quib; se natos gauderent, illos per quos esse cōperant contemnebāt, hoc est esse sine intellectu, sine charitate scilicet dei. Nam erat inter illos charitas carnis. Hi dei iusticiam cognoscentes per legem naturæ, sciuerunt enim hæc deo displicere, sed hoc in animo ponere noluerunt. ¶ Insipientes, incompositos, sine affectione, sine misericordia. Quoniam qui hæc agunt digni sunt morte, & non solum qui faciunt ea, sed etiā qui consentiunt facientibus.) Assensus enim participatio est. ¶ Qui cum iusticiam dei cognouissent non intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni sunt morte.) Vq; adeo iusticiam dei eognouerunt, ut nō negent hæc omnia quæ faciunt, pœna digna & morte. Hæc omnia mala corpus est peccatorum, cui mancipati facti sunt potestatis eiusdem ut faciant puniēda. Hęc enim malorum causa à Sodomitis cœpta est offensione dei, sicut supra dictum est, & in omnem propè partem mūdi ramos suos extendit iram dei idololatriæ causa nunciās, quæ prima pars est erroris & impietatis, quam primū condemnat, ut cum hæc emendata fuerint, facile corrigantur & morum uitia. Sublato enim maliciæ semine, nequitie fructus arefcunt. Non enim dat arbor fructus, cuius excisæ sunt radices. Nā ideo & Moses Sodomæ & Gomorre gestæ memorauit, exitūq; nō tacuit, ut timorem poneret huius rei uitandę. Non ergo hoc uirium & contraminatio dehonestatæ uitæ ab hoc admittitur, qui in animo cogitat deum. Sunt quidam qui se reos



COMMENT. D. AMBR.

non putant, si non operentur quæ mala sint, assentiunt autem facientibus. Assentire est autem, si cum post se reprehendere taceat, aut audiens has fabulas aduleatur. Sciens enim impurus & malignus, non ignorari quæ agit & minime uitari, sed & honori esse, gloriatur fore se talem: nec confundi potest in his, quando uidet fauere sibi & obsecundari ab his qui non sunt tales, & ira est, ut qui fomitem præbeant delictis illorum, ideoque dignum est, ut pari crimine rei habeantur. Sunt iterum alij qui non solum faciunt mala, sed etiam qui consentiunt facientibus, ut non solum faciant, sed & talibus consentiant. Duplex ergo horum est nequitia: Non enim tam mali sunt qui faciunt, & facientibus contradicunt. Sciens enim nefaria non illa iudicant. Illi enim tam nequissimi sunt qui faciunt & consentiunt facientibus, ut nec deum timeant incrementum cupientes mala, ideo hæc minime iudicant, ut suadeant non illa esse uitanda.

CAPVT II.



Vapropter inexcusabilis es & homo omnis qui iudicas: in quo enim iudicas aliterum, te ipsum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Quoniam facientem maligna & consentientem facientibus, morte dignos ostendit, ne forte hic qui facit & non consentit facientibus excusare se posse putaret, docet huiusmodi inexcusabilem fore. Non enim iustum est ut huic impune concedatur, quia per hypocrisis ostendit se non talem cum peior esse deprehendatur. Fallit enim, ut dum puniendus sit, honore dignus appareat. Scimus autem quoniam iudicium dei est secundum ueritatem in eos qui talia agunt. Hoc est, non ignoramus deum iudicaturum de his in ueritate, quam ad nos ipsi de his iudicamus. Si enim nobis displicent, quam

IN EPIST. AD ROMAN. 29

quanto magis deo qui magis iustus est, et opus suum zelatur? In ueritate ergo cum dicit iudicaturum deum de his, terrorem incutit, ut quem hi incuriosum dicit, iste malos secundum ueritatem dicat iudicaturum, hoc est uerissime reddere secundum mensuram uniuscuiusque, non parcere. Existimas autem hoc & homo qui iudicas de his qui talia agunt & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? Hoc est, nunquid quia tibi exanimentum est potestatis iudicandi de malis & stupris, cum eadem agas, & non est qui te ad præsens iudicet, effugies iudicium dei? Non utique, quia si iudicium dei in mundo euasisti, quia omnis hæc potestas & iudicium à deo est, in futurum non euades. Per se enim iudicaturus est deus apud quem cessat adulatio & personarum acceptio. Aut certe si iustum alicui uidetur, ut huiusmodi immunitas à pena sit, dicat: Quod si iustum est, ut non euadat, credat deum iudicaturum, ut & quod iustum esse iudicat, uerum sit & impleatur, & deum conditorem mundi prouidenter curiosi operis sui merita requirere fateatur. Si enim fecit & negligit, malus optex dicitur, quia per id quod negligit, non bona se fecisse quæ fecit ostendit. Sed quia bona fecisse negari non potest: Indignum est enim & improbable bonum male fecisse, curam eorum necesse est ut dicatur agere, quia contumelia eius erit & accusatio si bonorum à se factorum negligens inducatur: Quippe cum eius nuntio ac prouidentia uita ipsa sustentetur ministerio elementorum, sicut ipse dominus dicit: Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Qui ergo præstat curam, non agit conseruare quod fecit ut amantes se remuneret spernentisque condemner. An diuicias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? ignoras quoniam bonitas dei ad penitentiam te adducit? Hæc dicit, ut non iam se putet euasisse, si illum bonitas dei patitur diu peccantem.

B 4 Nec

Mat. 9



COMMENT. D. AMBRO.

Nec patientiam eius putet contemnendam quasi non curantem res humanas. Intelligat autem ideo a se distimulari, quia non in hac uita iudicium dei promissum est futurum, ut in uetura uita poeniteat illum iudicem & cum non credidisset. In poena enim positus sine fructu poenitentiam poenitebit, quia non credidit iudicium dei quod uidet uerum. Necessse est enim ut acrius emendetur, immo poenis perennibus torqueatur, quem patientiae longanimitas non emendauit. Seuerissime loquitur, sciens malignam mentem non posse nisi timore a uitis facile reuocari. ¶ Secundum duriciam autem tuae & impoens cor thesaurizas tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. ¶ Impunitatem sperans peccatorum, non solum durat inconuersibilis & intractabilis manens, sed adhuc acerbius peccat, securus quod non sit ultio futura, cor habens impoentes, ignorans quia iram sibi congregat in die irae. Necessse est enim seueriori poena ut plectatur, immo flammis perennibus torqueatur, qui longa dei patientia non solum se emendare noluit, sed adhuc adens ad contemptum exaggerauit peccata. Dies irae est peccatoribus quo punientur, ideo ipsis est ira qui sentiunt poenam in die reuelationis iusti iudicii dei. Reuelabitur enim, id est agnosceatur, quod modo futurum negatur, ideoque cum ostenditur quod non esse creditur, reuelatur. His enim ostenditur qui negant, quia credentibus manifestum est, ut confiteantur etiam inuiti iustum iudicium dei, cum unicuique reddet secundum opera sua. Nunquid non haec fatebuntur iuste fieri, cum uiderint mala inuicem facta ulcisci? ¶ His qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem & incorruptionem quaerentibus uitam aeternam. ¶ Quoniam iudicium dei iustum praedicat, quale autem bonis futurum est, declarauit. Hos dicit qui patientiam dei scientes, partim ad corruptionem, partim ad maiorem ultio-

nem

IN EPIST. PAV. AD RO. 19

nem non se corrigentium protolari, priorum operum poenitentes, bene uersantur, freti fiducia fidei, ne diu hic positi damnus incurrant promissae uitae: Dabit ergo eis gloriam & honorem. Et ne non hoc ualde magnum ad comparationem praesentis uitae uideretur, quia & hic gloriosi uidentur & honorati, adiecit, & incorruptionem, ut ex eo alia gloria & alter honor intelligeretur quando incorruptio simul comitabitur. In praesenti enim honor uel gloria frequenter amittitur, quia corruptibilis est qui dat, & quod dat, & qui accipit. In die enim iudicii dei incorruptis iam dabitur honor & gloria, ut sint tora uita aeterna. Ipsa enim glorificabitur substantia quadam immutatione meritorum. Hi ergo quaerunt uitam aeternam, qui non solum bonae professionis sunt sed & uitae. ¶ His uero qui ex contentione & qui diffidunt ueritati, obediunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia. ¶ Hoc est, iterata angustia, diffidentes de futuro dei iudicio per Christum, ac per hoc & patientiam eius contemnes, contendunt euacuare illud cum sit uerum & stabile. Credunt enim iniquitati. Iniquitas est enim negare quod deus futurum praedixit. Tria ergo alia posuit incredulitati condigna, dicens: Ira & indignatio & angustia. Ira est non ei qui iudicat, sed illi qui iudicatur dum sit reus. Irasci enim dicitur deus, ut uindicaturus credatur. Nam dei natura ab his passionibus immunis est. Et ut non solum irasci sed & uindicare credatur, adiecit, & indignatio. Indignatio est quam addendo super iram, iniuriam suam deum uindicaturum significat. Angustiae uero sunt, quibus sententia constrictus tribulabitur in poena. ¶ Super omnem animam hominis operantis malum. In hoc opere non solum facta significat, sed & perfidiae professionem. De incredulo enim dicit, & ideo super animam dixit, ut spiritalem poenam intelligas non corporalem, quia anima inuisibilibus poenis artabitur. ¶ Iudaei pri-

B 5 mium



COMMENT. D. AMBERG.

num & Græci.) Semper Iudæum anteponit prærogatiua patrum, ut aut coronetur primus, aut damnetur, quia credens propter Abraham honorificetior est, diffidens autem peius tractandus est: quia donum promissum patribus refutauit. ¶ Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum: Iudæo primum, & Græco.) Quomodo incredulis tria pœnalit̃a posuit, sic & fidelibus tria magnifica, ut honorem habeant geminū, quasi filii dei. Gloria autem sit pro immutatione. Pax uero eo quod bene uiuentes quieti erunt in futuro nulla perturbatio commoti: Quippe quia omnis homo à contrarijs se abstinens, apud iudicem habet pacem. ¶ Non enim personarum acceptio est apud deum.) Quomodo ostendit Iudæum siue Græcum non despici à deo, si tamen credat in Christum, sed accepto ferri ambobus iusticiam fidei, sic iterum non credentes pariter reos esse, quia magis obicit circumcisio sine fide, & proderit præparatum per fidem, ac per hoc docet personarum acceptorem deum non esse. Nec enim prærogatiuam generis sequitur ut suscipiat causa patrum dissidentem, aut abiciat à se propter indignitatem parentum credentem, sed unū quemque proprio merito aut remunerat aut condemnat. ¶ Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt.) Quomodo potest sine lege peccare, cum omnes simul subditi simus legi naturalis. Sed de Moyse lege dicit, cui Iudæi obnoxii sunt dum non credunt, nec non & gentiles, sed iam dudum, quia adiungere se illis noluerunt. Non credentes ergo gētilis duplici genere fiunt rei, quia neque legi datæ per Moysen assenserunt, neque Christi gratiam receperunt, ideo dignum est ut pereant. Igitur sicut qui sine lege peccat peribit, ita & qui sine lege legem seruauerit, iustificabitur. Iusticiam naturaliter seruans custos legis est. Si enim iusto non est lex posita, sed iniustus, qui non peccat amicus legis est, huic sola fides deest, per quam fiat perfectus, quia nihil illi proderit apud deum.

IN EPIST. AD ROMA. 27

deum abstinere à contrarijs nisi fide in deum acceperit ut sit iustus per utraq; quia illa temporis iusticia est, hæc æternitatis. ¶ Et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.) Quoniam Iudæi legem habent in qua salus illis promissa est, non credentes uel non recipientes promissum, per legem iudicabuntur, sub qua uixerunt. Ipsa enim accusante pœnas exoluēt. Nā prope grauior Iudæorum causa est apud eos ipsis quæ gentilium. Sicut enim credentes præferuntur, ita & cum diffidunt peiores inueniuntur. Plus enim displicet qui quod habuit amisit, quæ qui quod non sperauit consequi non potuit. Iste enim non intrauit in regiam, ille foras missus est. ¶ Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur.) Hoc dicit, quia non iusti sunt qui audiunt legem, sed qui credunt in Christum quem lex promissit, & hoc est facere legem. Omnis autem non facit legem, qui non credit legi, dum non recipit, cui lex testimonium perhibet. Qui autem in lege non uidetur esse, quia incircuncisus est carne, credit autem in Christum, hic fecisse legem dicitur. Et ille qui se dicit in lege esse, id est Iudæus, auditor legis fit non factor, quia non credit in Christum scriptum in lege, sicut dixit Philippus ad Nathanael: Quem scripsit Moyses in lege & propheta, inuenimus Iesum. ¶ Cum enim gentes quæ legem non habent naturaliter, quæ legis sunt faciunt.) Gentes Christianos dicit alio loco: Vobis enim dico gētilibus, qui incircuncisi neque neomenias neque sabbatum neque escarum legem seruant, & duce natura credunt in deum & Christum, id est, in patrem & filium. Hoc est enim legem seruare. deum legis agnoscere. Prima enim sapientiæ pars hæc est, timere deum patrem, ex quo sunt omnia, & dominum Iesum filium eius, per quem sunt omnia. Ipsa ergo natura proprio iudicio creatorem suum agnoscit, non per legem sed per rationem naturæ, opus enim opificem ceruit in se: ¶ Hi legem non habent.



habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.) Idem sensus est, quia dum natura dicitur credere, opus legis ostendunt, non per litteram sed per conscientiam. Opus autem legis est fides, quam cum dictis exhibet deo, naturali iudicio ostendit semetipsum legem sibi esse, quia quod mandat lex ultro facit ut credat in Christum. ¶ Testimonium reddere ipsis conscientia ipsorum.) Teste interiore conscientia sua credunt, quia consci sibi sunt convenire sibi quod credunt. Congruum est enim creaturæ credere & venerari suum conditorem. Nec absurdum est ut dominum servus agnoscat. ¶ Et inter se cogitationibus inuicem accusantibus, aut etiam defendentibus in die qua iudicabit deus occulta hominum, secundum euangelium meum per Iesum Christum dominum nostrum.) Quoniam Iudæos diffidentes per legem dixit iudicandos fore. Lex enim illos accusabit, quæ Christum illis promissit, quem uenientem recipere noluerunt. Gentes autem quæ legem utique non habent, per conscientiam iudicabuntur si credere noluerint. Primum quidem accusatores erunt gentiles credentes non credentium gentilium, sicut Iudæis non credentibus dicit dominus de discipulis suis: Ipsi iudices uestri erunt, quia perfidia Iudæorum iudicabitur fide apostolorum, qui cum ex ipsis essent, illis diffidentibus crediderunt. Deinde cogitationibus suis accusabuntur gentiles si compuncti creatoris fidem & uirtutem noluerint credere, aut si stupore quodam non considerant ut credant uerbis & gestis dominicis, defendentes se conscientia in die iudicii, quia non cogitauit se debere credere, & iudicetur non quasi maleuolus, sed quasi ignorans, non tamen sine pena tuturos, quia non licet ignorare. Gentes enim duplici genere significat, tam credentes quam infidos. Superius enim de gentilibus credentibus dicit. Post autem subiecit etiam de his gentilibus qui non credunt, ut sicut per conscientiam

Mat. 12.

scientiam suam laudantur credentes, ita & per conscientiam suam accusentur diffidentes. Quamuis enim sibi uideatur minime reus qui non credidit, quia apud te tractare istud non potuit, ratione tamen conuincitur, quia non sibi suauis uerum hoc esse quod & uirtutum testimonij uiderat confirmari, & multos sequi. Puto etiam sic posse intelligi, si rota quæstio de gentibus non credentibus dixisse credatur, quia quod ait: Quid mihi de his qui foris sunt iudicare? Et qui non crediderit, inquit, iam iudicatus est: Et quia non resurgunt impij in iudicio. Sine lege enim peccantes, sine lege et peribunt, ac per hoc ante tribunal Christi stare non poterit, & redere causas quia resurgentes ducentur ad gehennam. Illi enim quos dicit inuicem cogitationibus suis accusari aut defendi in die iudicii dei Christiani sunt hi, qui discordant à catholica diuersa sentientes de Christo, aut de sensu legis in traditione ecclesiæ, siue Cataphrige, siue Nouatiani, siue Donatiani, aut ceteri heretici. Horum cogitationes inimicè se accusabunt in die iudicii. Si intellexit quis uerè esse catholicam, & ne uideretur emendatus sequi noluit, erubescens ab eo quod diu tenuit recedere, in die iudicii cogitatione sua accusabitur. Duæ etenim cogitationes in homine inuicem se accusabunt, bona & mala. Bona accusabit malam, quia contradixit ueritati, Mala iterum accusabit bonam, quia non secuta est ut sensu sit: & per hoc constituitur reus qui cogitauit sentiens bonam & ueram esse ecclesiam catholicam, & perman sit in heresi uel schismate. Eius autem cogitationes se inuicem defendent, qui semper hoc cogitauit, putans uti le quod secutus est. Dicitur enim, semper in cogitationibus meis hoc putauit utile quod secutus sum, hæc fuit fides mea. Hic leuiorem habebit causam, quamuis emendandum sit, quia à conscientia sua non accusabitur in die iudicii. Hoc modo iudicabuntur occulta hominum in die iudicii dei, per Iesum Christum dominum nostrum.

1. Corin. 4.

et. 1011

et. 1012

et. 1013



COMMENT. D. AMBRO.

nostrum. ¶ Si autem tu Iudæus cognominaris. Cognomen Iudæi est, quia ex prerogativa parentum est ut dicantur Israëlita. Et tamen si totum uelimus quod ad causam pertinet comprehendere, cognomen Iudæis et ipartito genere significandum debemus aduertere. Primum quia filij sunt Abrahæ, qui ob fidei suæ meritum pater positus est cunctarum gentium. Deinde propter Iacob, quia augmentandæ fidei gratia Israël appellatus est. Cæpta enim patris dignitas nobilitatur in filiis. Tertio non magis propter Iudam sed propter Christum, quia ex Iuda ortus est secundum carnem, Iudæi cognominantur, quia in Iuda hoc significatum est, quod futurum erat in Christo. Dicitur enim: Iudas erit dux uester: Et Iuda te collaudant fratres tui: Quæ laus data Iudæ non probatur, sed Christo, quem omnes quotidie laudant hi, quos fratres suos dignatus est appellare. Ipse enim dixit mulieribus: Ite & dicite fratribus meis, quia præcedo uos in Galilæam. Quis enim non laudet eum cuius beneficio uiuit? Apostolus ergo sub hac significatione quæ posterior numero, sed perfectior merito est, totum uoluit comprehendere, quod Iudæi non intelligentes nomen sibi carnalis Iudæ defendunt. ¶ Et requiescis in lege & gloriaris in deo, & nostri uoluntatem eius & probas utiliora instructus per legem. Non magnum ualde uideri uult si Iudæus credat, quippe cum sit instructus per legem. Periculosum autem ualde si non credat, ducem enim habet legem. Sed ut præponatur credens, merito facit patrum, quia quis aliquis per se floreat, erubescit tamen in suis. ¶ Confidensque te ipsum ducem esse cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium habentem formam scientiæ & ueritatis in lege. Vera sunt hæc, quia legis documentum hoc est, erudire imperitos, & deo subicere prophanos, uel per idololatricæ culturæ impios. Promissio namque facta per legem est

Iudic. 20

Gen. 40

Mat. 23

IN EPIST. AD ROM.

ad melioris spei fiduciã prouocare. Recte ergo gloriatur in his legis doctor, quia formam tradit ueritatis. Sed autem non recipit eum quæ lex promissit, frustra gloriatur de lege, cui inturiã facit dum Christum spernit promissum in lege, & nec iam eruditore erit insipientium, nec magister infantium, nec lumen eorum qui in tenebris sunt, sed dux omnium horum ad perditionem. ¶ Qui ergo alium doces, te ipsum non doces. Hoc est, tu qui gentiles arguis, quod sine lege & deo sint, te ipsum non arguis: diffidens enim de Christo in lege promissio, in eisdem quæ arguis, inueniris. ¶ Qui prædicas non furandum, furaris. Facis enim, quod prædicas fieri non debere. Dum enim fidem Christi per malam interpretationem subrepsis, negas Christum nostrum in lege promissum. ¶ Qui dicis non moechandum, moecharis. Adulteras autem legem, quando ueritatem Christi tollis & mendacium ponis. Vnde alio loco dicit: Adulteratores uerbi dei. ¶ Qui execraris idola, sacrilegium facis. Sacrilegus es quando Christum quem lex & propheticus sermo deum significant, negas. Dicit enim Esaias: Quia in te est deus & non est deus præter te. Tu enim es deus & nesciebamus, deus Israël saluator. Nunquid Iudæi de deo patre dicebant: Tu es enim deus & nesciebamus, cum tota lex dei patris auctoritatem prædicet, ex quo sunt omnia? Sed quia filius dei semper quidem apparuit, latebat autem quis esset, cum post resurrectionem cognoscitur, diciturque ei in confessione: Tu enim es deus, & nesciebamus. Qui enim putabatur in lege tantum angelus & dux exercitus domini, at cum intelligitur filius esse dei, dicitur ei cum gratiarum actione: Tu enim es deus & nesciebamus. Per hoc ergo significat quia ipse esset qui apparuerat quidam patriarchis in deum, & post incarnatus est, sed non fuerat intellectus ab hominibus. ¶ Qui in lege gloriaris, per præuocationem legis deum inhonoras. Præuicator legis es, quando sensum legis

Esa. 45



legis qui de incarnatione & diuinitate Christi est præteris: Et Deum inhonoras, dum testimoniū eius quod dedit de filio suo non recipis. Ipse enim dixit: Hic est filius meus dilectus. ¶ Nomen enim dei per uos blasphematur inter gentes. Sicut scriptū est. ¶ Hoc dixit Eſaias propheta, quia dei nomen blasphematur inter gentes, quando Iudeos pro noxijs suis traditos sibi non aduertebant, sed idolis suis dabant glorias, quasi Iudeorum deum uicissent in Iudæis, Ita & tempore apostolorum dei nomē blasphemabatur in Christo, quia Iudæi Christum deum negando, blasphemabant & patrē, sicut dicit dominus: Qui me recipit, non me recipit, sed eū qui me misit. Et ideo inter gētes blasphemabatur, quia creditibus gentilibus Iudæi suadere nitentur Christū deum non credendum, ut blasphemium gentium à Iudæis uel Fotini autoribus sit profectum. ¶ Circuncisio quidem prodest si legem obserues. ¶ Potest dici e contra, si prodest circuncisio, cur præmittitur? Sed tunc prodest si legem obserues. Tenēda ergo circuncisio est, ut possit prodesse seruanda est lex. Quid ergo prohibuit, quod prodesse, si lex seruetur, ostendit? Videtur ergo male prohibitum quod non per se displicet, sed per alterius negligentiam frustrari dicitur. ¶ Si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est. ¶ Hoc est quod dicit, quia si lex seruata non fuerit, Iudeus gentilis efficitur. Sed circuncisio pro genere posuit Abraæ, quia ex Abraam circuncisio. Nec enim poterat ædificare quæ destruxerat. Hoc enim ait ut doceat tūc prodesse ex genere Abraæ esse, si lex seruetur, id est, si in Christum credatur qui promissus est Abraæ, quia & suum meritum habent iustificati per fidem, & honore patrum sublimantur. Omnis enim salus in lege de Christo est. Hic ergo seruat legē qui credit in Christo. Si autem non credit, transgressor legis est, quia non recipit Christum quem lex ad iustificationem uenturum cecinit,

Lucæ. 9.

cecinit, quam ipsa dare non potuit, & nihil illi proderit dici filium Abraæ, quia hic secundum meritum filius est Abraæ qui fidem sequitur, per quam dignus deo extitit Abraam. Vnde ait: Circuncisio tua præputium facta est, id est, gentili similis factus es, non credens in eum qui in signo circuncisiois filius promissus est Abraæ. ¶ Si igitur præputium iusticias legis custodiat, nonne præputium illius in circuncisioe reputabitur? Iusticia legis fides est Christiana, sicut alio loco dicit: Finis legis Christus ad iusticiam omni credenti. Ideo manifestum est, quia si gentilis credat in Christum, sit filius Abraæ qui pater est fidei. ¶ Et iudicabit quod ex natura est præputium, legem perficiens, te qui per litteram & circuncisioem præuaricator es legis. ¶ Credens gentilis duce natura in Christum, condemnat Iudæum cui lex promiserat Christum, & adueniēti ei credere noluit. Quāta ergo gentilis dignus est gloria, qui per solam naturam intellexit aut orē, sicut dicit Petrus apostolus: Autorem uero uitæ inter fecistis? Tanto magis Iudæus puniendus est, qui neq; per naturā, neq; per legem Christum agnouit autorem. ¶ Non enim qui in manifesto Iudæus est, neq; palam in carne circuncisio, sed qui in occulto Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu non littera, cuius laus nō ex hominibus sed ex deo est. ¶ Non est obscurum quia circuncisioem carnis negat laudem habere apud deū. Nec enim Abraam ideo iustificatus est, quia circuncisus est, sed quia credidit iustificatus est, postea autem circuncisus est. Cordis autē circuncisioem laudabilem apud deum esse. Circūcidere enim cor, amputato errore agnoscere est creatorē. Et quia circuncisio cordis futura erat, primus Moyses dixit: Circūcidetis duritiā cordis uestri. Et Hieremias similiter: Circūcidite præputium cordis uestri, hoc dixit Iudæis idola sequentibus. Velamen est enim circa cor, quod conuersus ad deum circūcidit, quia fides auert nebulam erroris, & tribuit perfectam dei cognitio

Actu. 3

Deut. 10

C nem



Phil.;

COMMENT. D. AMBRO.
nem in mysterio trinitatis, quod incognitum erat a se-
culis. Huius ergo circumcisionis laus ex deo est occulta
hominibus. Cordis enim meritum est quod aspicit de-
us non carnis: Nam Iudæorum laus ex hominibus est.
Gloriantur enim in carnis circumcisione quod ex patri-
bus sit. Vnde inter cetera ait: Et gloria in pudendis eo-
rum qui terrena sapiunt, hoc est, qui circumfisionē car-
nis gloriam putant. Terrena em̄ sapit qui in carne glo-
riatur. Qui uero in spiritu gloriatur, huius laus ex deo
est, spiritu enim non carne creditur.

CAPVT III.



Vid enim amplius est Iudæo, aut quæ uti-
litas circumcisionis? Multum per omnem
modum. Primum quidem quia credita
sunt illis eloquia dei. Quid cum multa
sunt quæ ad honorificentiam & meritum
pertineant feminis Abraæ, hoc solū aper-
te memorat: quia maxime laudis eorū est, ut legē per
quam addiderunt rectum a peruerso distinguere, di-
gni iudicaretur accipere, ut post hoc primum, cetera
qualia sint possint intelligi. Quoniā autem Iudæis car-
nalib⁹, id est incredulis nihil proficere testimonium ge-
neris ostendit, ne omnes, id est, & credentes male tra-
stasse uideretur, docet multum utile esse Iudæis creden-
tibus, quia filij sunt Abraæ. His em̄ eloquia dei sunt cre-
dita, dum legem quæ peccatis hominum obsoleuerat,
quasi impune peccaretur apud deum, merito patrum
reformatā accipiunt & populus dei uocatur. Aegyptus
quoq; propter iniurias illorum diuersis plagis percuti-
tur, cælesti pane cibantur, omnibus gentibus terrori
sunt, testante hoc Raab meretrice. Quibus etiam Chri-
stus saluator ad sanctificationē promissus est: Ideo ait:
multum utile Iudæis per omnem modū, quia filij sunt
Abraæ. Anteponuntur enim gentibus, sed qui credunt.
Quid

IN EPIST. AD ROMA. 31

Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Nun-
quid incredulitas illorū fidē dei euacuauit? Absit. Nō,
inquit, quia aliqui Iudæorū credere noluerunt quē de-
us promissit filiis Abraæ, idcirco præiudicabitur cæte-
ris Iudæis ne digni dicantur accipere quod deus promi-
ssit fidelibus: Quippe cum sic facta sit promissio, ut cre-
dētibus proficeret. Igitur nō indignatus deus propter
illorum perfidiam, id est, Iudæorum, nō dabit reliquis
credentibus uitam eternam, quam promissit futuram p-
fidem Christi, quia qui nō crediderunt ipsi se indignos
fecerūt sine præiudicio cæterorum. His dicitur commen-
dat credētes Iudæos, quia nihil obest eis, quia multi ex
illis credere noluerunt. Est em̄ deus uerax, omnis autē
homo mendax. Sicut scriptum est, ut iustificeris in ser-
monibus tuis & uincas dum iudicaris. Vt firmaret quod
supra dixit, quod deus in promissione sua fidelis est, &
omnis homo mendax, exemplum propheticum subdi-
dit, ex psalmo quinquagesimo, quo & deum uerbis suis
iustificari, & hominem mendacem incredulitatis cau-
sa signauit. Vtrūq; enim legitur in libro psalmon, quia
deus iustus & uerax est, & omnis homo mendax. Men-
dacem hominem dicit, dum non credit quod promissit
deus. Negās enim daturum deū quod promissit, mendax
est, & dum ipse mendax est, multis ex causis deus men-
dacem pronunciat, quando promissis eius non credit.
Igitur omnem hominem mendacem dicit qui dissidētia
est de promissis dei. Maxime tamen hoc ad Iudæos per-
tinet, quorum causa tractat hoc loco Apostolus, qui ut
dentes Christum negauerunt hunc esse quem promissit
deus, ac per hoc mendaces pronunciantur. Deus autem
uerax est, quia misit Christum, sicut promissit, & sic uin-
cit cum iudicatur, quia dabit quod daturum negatur.
Dum enim non ei creditur, mendax iudicatur. Ille autē
cum dat quod iudicatur non daturus uincit, ostendens
se ueracem, illum autem mendacem, qui nō credit uer-
bis eius. Videbit enim dei filium in maiestate quem ne
C 2 gat,



COMMENT. D. AMBRŌ,

gat, uidebit & carnis resurrectionem, & sciet uictā esse perfidiam pollicitatione & ueritate dei. Nam & Christus cum iudicatus est uicit. Inique enim occisus est, reū fecit diabolum, quem non iam peccando superauerat, ut secundo uictus amitteret, quos tenebat in inferis, hoc est, quia omnis homo mendax, deus autem solus uerax.

SI autem iniusticia nostra dei iusticiam commendat, quid dicemus: Nunquid iniquus deus qui infert iram? secundum hominem dico. Absit.) Hoc iuxta sensum prophetae Dauid dicit Apostolus. Dauid autem quando peccauerat in causa Uriae Ethiei, sciens quia promissio peccatoribus dari nō potest, exorat ut iustificatio uerborum dei uincat iudicium quo iudicatur hi qui peccant, & penitētem reformet sanctificās, ut det ei quod iustis se daturū promisit: Ac per hoc subiecit: Si autem iniusticia nostra iusticiam dei commendat, & reliqua, id est, si quia nos peccatores sumus, deus iustificatur, iniquus erit si uindictet. Nā si iniusticia nostra ei proficeret, sine dubio iniquus erat si peccātes dānaret, quia iniusticia nostra deum facit iustum, si peccātib⁹ nobis det quod promisit sanctis, quia quāuis peccatores simus, reformati tamen per penitētiā, ut nō iam peccatores sed abluti promissionē mereamur accipere. Non ergo hic sensus est in uerbis prophetae Dauid cum dicit: Tibi soli peccaui & malum corā te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis & uincas dum iudicaris. Qui malorum hominū praua interpretatione asseritur, ut peccata hominum & mali actus, dei iustificatione proficiāt, & per mala nostra bonus appareat, & iniusticia nostra illum iustum ostēdat. Quoniam iraq; iniquus non est deus, cum irrogat iram. Jam non peccatis nostris iustificatur, quia si peccatis nostris iustificaretur, iniquus erit si uindicaret. Sed quia non est iniquus cum uindicat, manifestum est, quia iniusticia nostra, dei iusticiam non commendat. Si autem commen-

Psal. 50.

IN EPIST. AD ROMA. 37

daret, non uindicaret, quia iustus est. Ac per hoc subiecit, secundum hominem, inquit, dico: Absit, hoc est, absit ne deus iniquus dicatur, quia hoc homini competit, quem constat & errare & falli & fallere. Nam deus immutabilis perseverat, nec potest non amare quae fecit. ¶ Alioquin, quomodo iudicabit deus hunc mundum? Verum est, quia non erat iustum ut iudicaret deus mundum si peccata eius ipsi proficerent, ut nutu eius peccātes dum ueniam consequuntur, deus bonus uideretur, & si non peccarent non uideretur iustus: si em̄ non peccent, non habendo cui remittat, non erit bonus. ¶ Si enim ueritas dei in meo mendacio abundauit in gloriā ipsius, quid adhuc & ego tanq; peccator iudicor? Manifestum est, quia si ad gloriā dei proficit mendacium hominum, ut ille solus uerus appareat, peccatores non sunt dicendi qui peccant: quia non uoluntate, sed impulsu eius uidebuntur peccare, quod absit. ¶ Et non sicut blasphemamur, & sicut aiunt nos quidam dicere, faciamus mala ut ueniant bona. Nunc aperit quorum causa haec sollicitate & cū reuerentia disputat. A peruersis enim hoc opponebatur, quasi hic esset sensus praedicatorum remissionem peccatorum, ut facerent mala & ueniret bona, hoc est, peccarent ut remittere illis deus uideretur bonus, secundum quae supra dicta sunt, quod blasphemiam appellat, & abiicit a sensu diuinae doctrinae. Nec enim peccare debere, fides tradit, quippe cum iudicaturum deum praedicet, sed delinquentibus cōsulit ut recuperata salute sub lege dei uiuentes, iā non peccent. Ideoq; subiecit. ¶ Quorum damnatio iusta est. Id est, horum hominum qui aemulatione inuidiae istud de nobis interpretatur quod supra dictum est, damnatio iusta est. Haec enim iactabant Iudei, ut doctrinam apostolicam criminerentur, dicentes: Quod cum remissionē peccatorum praedicant, peccandi fomitem praebant, ut quasi securi homines de remissione, prompte peccarent, cum cōsuet post acceptam fidem periculosum esse

G 3 pec-



COMMENT. D. AMBRO.

peccare, & hoc prædici credentibus.

Quid ergo præcellimus eos? Ne quaquam. Causati enim sumus Iudeos & Græcos omnes sub peccato esse. Hoc est, quid adhuc immoramur latius loquentes? Ostendimus enim redditis causis, tam Iudæos quàm Græcos, id est, gentiles, omnes reos esse, ideoque frustra legem seruari. Primum enim Græcos ostendit reos iuxta legem naturæ, & quod neque legem Moysi recipere, quamobrem pessima eorum & pergrauissima causa. Deinde etiã Iudeos ostendit reos qui sub lege dei uiuere uidentur, ac sibi ex merito patrum defenderent dignitatẽ, ex eo præcipue quod promissionem patrum spreuerint, dei gratiam in irritum deducentes. Ad quam rem firmandam exemplum propheticum subdidit ex Psalmo tertio decimo, dicens: ¶ Sicut scriptum est, quia non est iustus quisquam. Ab iniusticia cepit mala opera eorum enumerare, et pariter peiora subiungere, ut manifestaret in his nullam spem uideri, nisi implorent misericordiam Christi qui peccata dimittit. Deinde adiecit: ¶ Non est intelligens. Verum est, quia si daret operam intelligere, iniustus non esset. ¶ Non est requirens deum. Nec istud occultum est, quia si intelligeret quid prodesset, deum quæreret, & non sicut Asa rex Iudæ, qui post multa dei beneficia sic deprauatus est, ut infirmitatem pedum passus propheta præsentem non quæreret deum. ¶ Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. Nemini dubium, quia omnes non quærentes deum, inclinantur ut auxilium requirant à uanitate, uanitas autem est idolum, ideo inutiles fiunt. ¶ Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Quia neglecto deo inutiles facti sunt, bonum utique facere non possunt, iam enim deprauati, proficiunt in peius, ¶ Sepulchrum patens est guttur eorum. Iam malis mancipati, bonos si possit fieri deuorare uolebant, ut sicut sepulchrum patet ad recipiendã cadauera, ita & aduersus bonos guttur eorum. ¶ Linguis suis dolose agebant. Qui tam malis operibus adiuuerant, quæ

INEPIST. AD ROMA. 39

loquebatur in fallacia erant. ¶ Venenum aspidum sub labiis eorum. Hoc dicit, quia uerba huiusmodi hominum muscipula sunt. Ad hoc enim loquuntur ut decipiant, ut sicut per labia serpentis uenenum infunditur, ita & per labia horum dolus & circũuentiones. ¶ Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Manifestum est, quia contra bonos mali semper maledicta & amara proponunt, in conuicium illorum prorumpentes & detractionem. ¶ Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Hoc de nece prophetarum dixit, quos occiderunt impigre, ad bonum segnes ad patricidium ueloces. ¶ Contritio & infelicitas in uis eorum. Quoniam citati erant ad malefaciendum, iteriporum uel gressum tribulatum & infelicem pronunciat. ¶ Et uiam pacis non cognouerunt. Via pacis lenis est & in turbata. Ois enim bona uita tranquilla est, & actus modesti ipsi sunt pacifici, & pios itur ad deum. Illi ergo nolentes hæc scire, elegerunt uiam tribulationis, per quam itur in gehennam. ¶ Non est timor dei ante oculos eorum. Quoniam huiusmodi sine sensu sunt, dei timorem non habent. In initium enim sapientie timor domini, dicit Salomon. Et nõ dixit timorem dei hos non habere, sed non est, inquit, timor dei ante oculos eorum. Videntes enim tam magna opera sua & non horrètes, timorem dei dicuntur ante oculos non habere. Istos omnes & propheta Hieremias significat, dicens inter cetera: Tunc omnes insurrexerunt in prophetam domini, uolentes occidere eum. Et sequitur: Omnis autem populus non permisit. Illos ergo omnes dicit, sed malos, & hos omnes, sed bonos. Neque enim quia dicit, omnes declinauerunt, totam penitus plebem significat, sed hanc partem plebis, sicut & memoratus propheta dicit, in qua omnes mali se considerant. Semper enim duo populi sunt in una plebe. Hic est ergo populus quem increpat dominus sub nomine Hierusalem, dicens: Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas, Et alio loco: Generatio autem mala &

Ecc. 2



COMMENT. D. AMBRO.

adultera, & natio uiperarum. De huiusmodi queritur etiam propheta Esaias dicens: Ve genti peccatrici semē pessimum. Per malam enim uoluntatem, dum fructus malos faciunt, semen pessimum sunt. Et quia si uoluerint, possunt conuerti, uox probat apostoli, in alia epistola dicentis: Erasmus & nos aliquando natura filij ire sicut & ceteri. ¶ Scimus quoniam quæcunq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur. Manifestū est, quia hos increpat lex qui & primum non crediderunt duci suo Moyse, neq; prophetis parentibus suis, quos & persequentes occiderunt, neq; apostolis cognatis suis secundum carnem, quorum sanguine effuderunt, semper impij & in deum rebelles, ut per legem damnentur. Sicut enim omnium malorum una est causa in malo, ita & ceterorum bonorum. In istis ergo omnium similitudinibus arguitur malum. Hec ad Iudæorum confusionem pertinent, qui sibi & parentibus suis testimonium ex lege ferebāt. ¶ Ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo. Hoc dicit, quia Iudæis in peccatis cōstitūtis, omnis mundus subditus fit deo. Nulli enim dubium est, quia pagani obruti sunt delictis & impietatibus, ac per hoc totus mundus deo prostratus est ut possit ad indulgentiam peruenire, quia omnis mundus Iudæi erant & gentiles, à quibus segregati sunt fideles. Quando ergo Iudæos qui legem acceperunt à deo, & quibus facta promissio est peccatis probat obnoxios, dubium nō est omnes Græcos reos esse mortis, quam obrē omne os obstruatur ait, & subditus fiat omnis mundus deo, dum omnes rei approbati, indigent misericordia dei, tam Iudæi quam etiam Græci. ¶ Quoniam quidem non iustificabitur ex operibus legis omnis caro coram deo. Nō ideo minime iustificatos homines asserit apud deum, quia legem iusticiæ non seruauerunt in præceptis, sed quia sacramentum mysterij dei quod in Christo est credere noluerunt. Per hoc enim decreuit deus iustificare hominem nō per legem, quia lex ad tempus iustificat,

108

IN EPIST. PAV. AD RO. 41

non apud deum. Ideo legem seruantes in tempore, iusti dicuntur apud deum, quia fides per quam iustificatur homines apud deum, non est in eis. Maior enim fides est quam lex, quia lex ad nos pertinet, fides ad deū. Idcirco lex temporalem habet iusticiam, fides æternā. Nam omnem carnem dicens, omnem hominem significauit, sicut & propheta Esaias ait: Et uidebit omnis caro salutare dei, id est, uidebit omnis homo Christū domini, in quo salus omnium cōtinetur. Et idcirco in carne significatur, quia peccatis obnoxij sunt. Sicut enim iusticia spiritales facit, ita et delicta carnales, ut ex actu nomen accipiat homo. ¶ Per legem enim cognitio peccati. Per fidem autē abolitio, ideo sequenda fides est. Quæ est hæc lex per quam dicit cognitum esse peccatū, & cognitum quomodo? Videmus enim ueteres non ignorasse peccatum, quia & Ioseph in carcere missus est licet per calumniam, & pincerna & pistor Pharaonis causa peccati. Quomodo ergo latebāt peccata? Triplex quidem lex est, ita ut prima pars de sacramento diuinitatis sit dei, secunda autem quæ congruit legi naturali, quæ interdicit peccatum. Tertia uero legis factorū, id est, sabbata, neomeniæ, circuncisio &c. Hæc est ergo lex naturalis quæ per Moysen partim reformatā, partim autoritas eius firmata in uitijs cohibēdis, cognitum fecit peccatū, non quod lateret sicut dixi, sed ostēdit peccata quæ sunt non impune futura apud deum, ne forte quis ad tempus euadens legem illuisse putaretur, hoc est ergo quod lex ostēdit. ¶ Nunc uero sine lege iusticia dei manifestata est, testimonium habens à lege & prophetis. Apertum est, quia iusticia dei sine lege apparuit, sed sine lege sabbati & circuncisionis & neomeniæ & uindictæ, non tamen sine sacramento diuinitatis dei, quippe cum iusticia dei de sacramento dei sit. Nā quando quos lex reos tenebat, iusticia dei ignouit illis, sine lege utiq; hoc fecit, quia iniquos lex uindicatura erat, donauit illis peccatum. Et ne hoc forte contra legē fa-

Esa. 40.

C 5 cum



etum putaretur, adiecit iusticiam dei testimonium habere ex lege & prophetis, hoc est, quia ipsa lex ex alia parte olim istud futurum dixerat, quia uenturus erat qui homines saluaret, quod legi concessum non erat ut peccata donaret. Ideo aut iusticia dei dicta est, que uidetur esse misericordia, quia de promissione originem habet, & cum promissum dei redditur, iusticia dei dicitur. Iusticia enim dei est, quia redditum est quod promissum est, & cum suscipit confugientes ad se, iusticia dicitur, quia non suscipere confugientem iniquitas est. (Iusticia autem dei per fidem Iesu Christi.) Quid est aliud per fidem Iesu Christi, nisi quia ipsa dei iusticia manifestatio Christi est? Per fidem enim predicationis Iesu Christi agnoscitur donum dudum promissum a deo uel sumitur. (In omnes & super omnes qui credunt.) Hoc est, super omnes Iudaeos & Graecos, credentes uideri dei iusticiam. (Non enim est distinctio, omnes peccauerunt & egerunt gloria dei.) Quia dixerat super omnes Iudaeos & Graecos dei esse iusticiam, ut hoc probaret adiecit, omnes enim ait peccauerunt. Hoc generaliter accipiendum, unde ait: non est distinctio. Omnes enim hic comprehendit etiam & sanctos, ut ostenderet nihil profuisse legem sine fide. Sic enim lex data est, ut fides esset in lege quae futuram speraret salutem. Quamobrem mors Christi omnibus proficit, quia & hic in seculo quid credendum & obseruandum est docuit, & de inferno eripuit oes. (Iustificati gratis per gratiam ipsius.) Iustificati sunt gratis, quia nihil operantes neque uicem reddentes sola fide iustificati sunt dono dei. (Per redemptionem quae est in Christo Iesu.) Gratiam dei in Christo esse testatur, quia uoluntate dei a Christo redempti sumus, ut manumisi iustificaremur, sicut ad Galatas dicit: Christus nos redemit, offerens se pro nobis. Permisit enim sequenti diabolo, sed in praesentia. Putans autem se Christum posse retinere ueluti accepit eum, sed quia uirtutem eius ferre non potuit, omnes quos tenebat simul cum illo

Gal. 3

lo amisit. (Quem proposuit deus propiciatorem fidei.) Hoc dicit, quia in Christo proposuit deus, id est, disposuit propitium se futurum humano generi si credat. (In sanguine ipsius.) Ideo in sanguine ipsius, quia morte eius liberati sumus, ut & manifestaret illi, & morte passione eius damnaret. (Ad ostensionem iusticie sue.) Hoc est, ut promissum sibi palam faceret, quo nos a peccatis liberaret sicut ante promiserat, quod cum impleuit, iustum se ostendit. (Propter propositum precedentium delictorum, in patientia dei.) Sciens deus propositum benignitatis suae, quo censuit peccatoribus subuenire, tam his qui sunt apud superos, quam qui in inferno tenebantur, utrosque diuissime expectauit, euacuans sententiam qua iustum uidetur omnes damnari, ut ostenderet nobis quod olim decreuerat liberare genus humanum per Christum, sicut promisit per Hieremiam prophetam dicens: Propitius ero iniquitatibus eorum, & delictorum illorum non memorabor. Et ne forte hoc donum solis Iudaeis promissum uideretur, per Esaiam dicit: Domus mea domus orationis uocabitur in omnibus gentibus. Quamuis enim Iudaismo facta promissio sit, sed praescius deus eo quod donum eius reprobaturi essent impij Iudaei, gentes se ad percipiendam gratiam suam promisit admittere, quorum emulatione in iram missi cruciarentur impij Iudaei. (In hoc tempore.) Id est, tempore nostro, quo dedit deus quod olim promiserat datum tempore quo dedit. (Ut sit iustus iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi.) Respondeo ait, quia ut sit iustus dedit quod promisit, hoc autem promisit iustificare se credentes in Christo. Dicit autem in Abacuc: Iustus autem ex fide uiuit, ut dum dei fidem habet & Christi, sit iustus.

Hierem. 32

Esa. 56

Abacu. 2

Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem Factorum? Non, sed per legem fidei. Reddita ratione, ad eos loquitur qui agunt sub lege



lege, quod sine causa gloriantur blandientes sibi de lege, & propter quod genus sint Abraæ, uidentes non iustificari hominem apud deum nisi per fidem. ¶ Arbitratur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. ¶ Gentilem dicit hominem pro certo haberi quod iustificetur credens, nulla faciens opera legis, id est, sine circumcisione, aut neomenijs, aut ueneratione sabbati. ¶ An Iudæorum tantum deus? nonne & gentium: immo & gentium. ¶ Sine dubio omnium deus unus est. Nec enim soli Iudæi possunt sibi uendicare quod deus illorum non etiam gentium sit, cum relegant ab uno Adā omnium esse originem, & nullum aduenam uolentem ad legem accedere prohiberi. Denique aliquanti exierunt cum illis in heremum de Aegyptijs, quos suscipere iubetur, tantum ut circumciderentur & pariter cum illis ederent azyma uel pascha, necnon & Cornelium donū dei accepisse gentilem non Iudaizantem, & quod iustificatus sit diuino testimonio comprobatur. ¶ Quoniā quidem unus deus, qui iustificauit circumcisionem ex fide, & præputium per fidem. ¶ In circumcisione Iudæos significat, eo quod ex fide promissionis iustificati sunt, credentes hunc esse Christum, quē in lege promiserat deus. In præputio uero gentes significat per fidem Christi iustificatos apud deum. Tam enim gentiles quā Iudæos, non aliter quā credentes iustificauit. Quia enim omnium unus est deus, una ratio omnes iustificauit. Quid ergo prodest carnis circumcisio, aut quid obest præputium, quādo dignitatem & meritum non facit nisi fides: ¶ Legem ergo euacuamus per fidem? Absit. Sed legē statuimus. ¶ Non utique lex exinanitur per fidem, sed adimpletur. ¶ Firmatur enim status eius, quādo quod futurum dixit, fides istud aduenisse testatur. Hoc propter Iudæos qui putant fidem Christi legi esse inimicam, ignorantes sensum legis. Non ergo euacuat legem, cum illam cessare debere iam docet, quia tempore suo recte illam datant asserit, sed iam agere non debere. In ipsa enim lege dicitur

¶ Cum est, tempore exoluta promissionis, legem cessare debere. Angelus enim Gabriel, Danieli propheta desiderium huius rei sciendæ habenti, ostendit inter cætera dicens: Adueniente Christo, chrisma, id est unctio regalem cessare, quæ potestas intelligitur. Et iudicium ait non erit amplius quod est lex, & tolletur sacrificiū meum. Ideo, inquit, meum, ut sciretur oblationem ueterem cessaturam. Quem sensum adaperiēs saluator: Lex ait & propheta usque ad Ioannem. Et quia lege Moysi cessante, meliora præcepta daturus erat deus, Hieremias propheta cecinit dicens: Ecce dies ueniēt dicit dominus, & consummabo domui Israël & domui Iudæ testamentum nouum, non secundum quod dedi patribus eorum. His utique qui uenientem Christum ex promissione receperunt: Ideo saluator, non ueni, ait, soluere legē aut prophetas, sed adimplere. Et quia domus dei non tantum in sola Hierosolyma, sed & in cæteris locis futura erat, ait Zacharias propheta: Ponam Hierusalem in omnibus gentibus, quæ est ecclesia.

Lucæ. 16

Hierc. 31

CAPVT IIII.



Vid ergo dicemus inuenisse Abraam patrem nostrum secundum carnem? Postquam ostendit non posse per opera legis quoniam iustificari apud deum, adiecit nec Abraam potuisse aliquid mereri secundum carnem. Carnem dicit, circumcisionem posuit, quia nihil quaesuit Abraam per circumcisionem. Ante enim iustificatus est quam circumcideretur. ¶ Si enim Abraam ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam sed non apud deum. ¶ Hoc proponentis est. Nam Abraam ex fide iustificatus est, quod nulli dubium est, ideo habet gloriam apud deum. Sed quia qui legem seruant, siue Moyse, siue naturæ, iustificantur ad præfens, ne rei sint in præsentis iudicio: Ideo ait, ex operibus legis si Abraam iustifica-

tus



rus est, nō habet apud deum gloriam: quia qui fecerit, inquit, legem uiuet in ea, id est, non morietur ut reus, nec tamen meritum ex hoc habebit apud deum, sed fidei causa. ¶ Quid enim dicit scriptura: Credidit Abrahā deo & reputatum est ei ad iusticiam.) Manifestauit nō ideo Abrahā gloriam apud deum habere quia circūcisus est, aut quia abstinuit se à peccato, sed quia deo credidit, hinc & iustificatus est, laudis suae præmium in futuro consecutus. ¶ Ei autem qui operatur, merces nō imputatur secundum gratiam, sed secundum debitū.) Absolutum est ei qui legi factorū. i. Moyſi subiectus est aut naturali, non imputari meritum ad mercedem, ut gloriam haberet apud deū. Debitor est enim facere legem, quia necessitas imposta est per legem, ut uelut nolit faciat legem ne damnetur, sicut alio loco dicit: Qui autem contemnit, ipsi sibi damnationem acquirunt, quia ad præsens rei sunt. Credere aut, aut non credere, uoluntatis est. Neque enim quis cogi potest ad id quod manifestum non est, sed inuitatur, quia non extorquetur, sed suadetur. Quamobrem assentiens præmiis afficiendus est, sicut & Abrahā quod nō uidit credidit. ¶ Ei uero qui non operatur.) Id est ei qui obnoxius est peccatis, quia non operatur quod mandat lex. ¶ Credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iusticiam.) Hoc dicit, quia sine operibus legis credenti impio, id est gentili in Christum, reputatur fides eius ad iusticiam sicut Abrahæ. Quomodo ergo Iudæi per opera legis iustificari se putant iustificatione Abrahæ, cū uideant Abrahā non ex operibus legis, sed sola fide iustificatum? Non ergo opus est lex, quādo impius per solam fidem iustificatur apud deum. ¶ Secundum propositum gratiæ dei.) Sic decretum dicit à deo, ut cessante lege, solam fidem gratiæ dei posceret ad salutem. ¶ Sicut & Dauid dicit.) Hoc ipsum munit exemplo prophetæ. ¶ Beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iusticiam sine operibus.) Beatos dicit, de quibus hoc sanxit deus,

ut

ut sine labore & aliqua obseruatione, sola fide iustificetur apud deum. Temporis ergo beatitudinem predicat quo natus est Christus, sicut ipse dominus ait: Multi iusti & prophetae cupierunt uidere quæ uidetis, & audire quæ auditis, & non audierunt. ¶ Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputabit dominus peccatum.) Manifeste beati sunt, quibus sine labore uel opere aliquo remittuntur iniquitates & peccata teguntur, nulla ab his requisita penitentiae opera nisi tantum ut credant. Beatus etiam hic uir est, cui non imputabit dominus peccatum. Remittere & tegere & non imputare, una ratio & unus est sensus: Omnia enim uno modo obtinentur & donantur. Videtur autem quibusdam tripartita ratio esse in his dictis, quia diuersis propheta usus est uerbis, & quia à plurali numero ad singularem descendit. Cum enim uerba dei in ubertatem gratiæ, quia peccati diuersa sunt nomina, per delictorum uocabula enumerare uult, latius locutus est, unius tamen significationis sunt uerba, quia & cum tegit remittit, & cum remittit non imputat. Ad laudem enim gratiæ dei prolixius loquitur, ut amplificet gratiam. Tres enim gradus fecit propter delictorum uarietatem. Quorum primus gradus iniquitas est uel impietas, dum non agnoscitur creator. Secundus, grauium peccatorum operibus. Tertius uero leuium. Hos tamen omnes in baptisate obliterari. Tribus his gradibus totius peccati corpus significauit. Quomodo autem ad penitentium personam potest pertinere, cum dicit: Beati quorum tecta sunt peccata, cum constet penitentes labore & gemitu remissionem peccatorum acquirere? Aut quomodo martyrio congruit, quod dicit: Beatus uir cui non imputabit dominus peccatum, cum sciamus gloriam martyrii passionibus et pressuris acquiri? Propheta aut tēpus felix preuidens in saluatoris aduentu, beatos nūcupat, quibus sine labore uel aliquo opere

Mat. 13

per



per lauacrum remittuntur & teguntur & non imputantur peccata. Apostolus tamen propter plenitudinem temporum, & quia plus gratiæ in Apostolis est fuit in prophetis, maiora protestatur quæ ex dono baptismatis consequuntur, quia non solum remissionem peccatorum accipere nos, sed & iustificari & filios Dei fieri proficitur, ut beatitudo hæc perfectam habeat & securitatem & gloriam. ¶ Beatitudo ergo hæc in circumcissione tantum manet, an & in præputio? Id est, nunquid beatitudo ista Abrahæ tantum filijs concessa est, an & his qui incircumcisi sunt? Si enim illo tempore non prohibita sunt gentes accedere ad legem & promissionem Abrahæ, qui fieri poterat ut tempore Christi prohiberentur uenientes ad gratiam, quando deus plene incitauit. ¶ Dicimus enim. Hoc est sensu legis loquimur. ¶ Quia reputata est Abrahæ fides ad iusticiam. Ab origine incipit, ut omnem tergiversationem cauillationis excludat, quia qui à capite excluditur, non habet unde incipiat facere quæstionem. ¶ Quomodo ergo reputata est? cum in circumcissione esset, an in præputio? Non in circumcissione, sed in præputio, & signum accepit circumcissionis, signaculum iusticiæ fidei quæ est in præputio, ut sit pater omnium credentium per præputium, ut reputeur & illis ad iusticiam. Abrahæ cum esset in præputio credidit deo. Quid credidit? Semen se habiturum, id est, filium in quo omnes gentes iustificarentur per fidem in præputio, sicut & Abrahæ iustificatus est. Nam circumcissionem signum accepit iusticiæ fidei. Credens enim se filium habiturum huius rei signum accepit quæ credidit, ut quid credens iustificatus sit cerneretur. Non ergo circumcissio aliquid habet dignitatis, sed signum est tantum. Quod signum ideo accipiebant filij Abrahæ, ut scirentur eius filij esse, qui credens DEO hoc signum acceperat, ut æmuli essent paternæ fidei, ut crederent in Iesum qui promissus est Abrahæ, cuius

in figura natus est Isaac. Nec enim in Isaac omnes gentes benedicuntur sed in Christo, quia non est aliud nomen datum sub cælo in quo oporteat saluos fieri, dicit Petrus apostolus. ¶ Ut sit pater circumcissionis eorum qui non solum ex circumcissione sunt, sed & eorum qui sequuntur uestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. Hoc dicit, quia credens Abrahæ, primus factus est pater circumcissionis sed cordis, non tantum eorum qui sunt ex eius origine, sed eorum qui similiter credunt ex generibus. Secundum carnem enim Iudæorum pater est, secundum fidem uero omnium credentium. ¶ Non enim per legem promissio Abrahæ aut semini eius ut hæres esset mundi, sed per iusticiam fidei. Manifestum est, quia neque adhuc lex data erat, neque iam erat circumcissio quando promissio facta est Abrahæ credenti & semini eius quod est Christus, qui hominum peccata abluerat. Vnde dicit Ioannes baptista. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Non ergo merito seruata legis hæres factus est mundi, sed fidei. Hæres autem mundi, hæres est terræ, quam in filijs consecutus est. Christus autem hæres est genium, ut Dauid canit: Et dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Ipsi enim moriemur & uiuemus cum eo. ¶ Si enim qui ex lege hi sunt hæres, Id est, si hi qui ex lege uel sub lege sunt, hæres ex lege sunt. ¶ Euacuata est fides, abolita est promissio. Manifestum est, quoniam si ex lege hereditas, promissio quæ ex fide facta est ad Abrahæ in interitum uenit. Sed non est per legem facta promissio, sed per iusticiam fidei hereditas. Ostendit enim Apostolus quid mali sit hereditatem sperare ex lege. ¶ Lex enim iram operatur. Ut penitus ostendat non posse iustificari hominem per legem apud deum, neque promissionem per legem fieri potuisse, Lex ait, iram operatur. Ad hoc enim data est, ut reos faceret delinquentes. Fides autem donum est misericordię dei, ut per legem rei facti ueniam consequantur, idcirco fides gaudium



COMMENT. D. AMBRO.

operatur. Non contra legem loquitur, sed anteposit *il*
li fidem, quia qui per legem salui esse non poterat, gra-
tia dei saluatur per fidem. Nō ergo lex ira est, sed ira
operatur peccanti, id est pōnam, dum nō ignoscit sed
uindicat. Pōna enim per iram generatur: ira autē na-
scitur ex peccato, ac per hoc relinqui uult legē, ut ad fi-
dem confugiatur quā delicta ignoscit ut saluet. ¶ Vbi
enim nō est lex, nec prauaricatio. Hoc dicit, quia sub-
latis reis de potestate legis data uenia, prauaricatio
nulla est. Iustificati enim sunt, qui per prauaricationē
legis fuerant peccatores. Cessat enim factorum lex, id
est obseruatio sabbatorum, neomeniarum, circuncisio-
nis, escarū discretio, animalis mortui aut sanguinis mu-
stele obseruatio. ¶ Ideo ex fide secundum gratiā ut fir-
ma sit promissio omni semini, firma esse nō potest pro-
missio omni semini. Hoc est, omni homini ex omni gē-
te, nisi fuerit ex fide, quia origo promissiois ex fide est
non ex lege, quia q sub lege sunt rei sunt. Promissio autē
reis dari non potest, ac per hoc purificandi sunt prius
sed per fidem, ut digni fiant dici filij dei, et sit firma pro-
missio. Si enim filios dei se dicant, cum sint rei, hoc est,
sub lege, non est firmum, quia filij dei liberi sunt a pec-
cato. Si ergo qui sub lege sunt eruendi de sub lege sunt
ut promissionē mercantur accipere, quanto magis qui
sub lege non sunt? Non ergo expedit ut se mittat sub le-
ge, ut possit compendio medelam uulneris inuenire.
¶ Non ei qui ex lege est tantū sed & ei qui ex fide est A-
braæ. Hoc est quod supra dixit: Omni semini, tam Iu-
deorum qui utiq; ex lege ueniebant, quā gentilium,
qui fidem sequuntur Abraæ, quā gentilis credidit ut
esset iustus. Sine lege enim credidit Abraam, ideoq; ma-
gis gentilibus iungitur Abraa ut firma sit eis promissio,
credentibus ei cui credidit Abraam. ¶ Qui est pater o-
mnium nostrum, sicut scriptum est, quia patrem multa-
rum gentium posui te. Confirmauit exemplo legis,
Abraam omnium patrem esse, sed eorum qui credunt,
& sic

IN EPIST. AD ROMA. 57

& sic firmam esse promissionē si fidei causa recedatur a
lege, quia promissio regni celorum iustis deputata est,
nō peccatoribus. Et qui sub lege sunt, sub peccato sunt,
quia omnes peccauerunt, nec posse aliquem & sub lege
esse & gratiam cōsequi, sicut & ad Galatas ait: Eucua-
ti estis a Christo, qui in lege iustificamini, a gratia exci-
ditis. ¶ Ante eum cui credidisti deo. Ut unū deum o-
mnium doceat, alloquitur gentiles, Abraa ipsi deo cre-
didisse & iustificatum esse ante eum, in quem & gentes
credunt ut iustificentur, ut nō sit distantia Iudæi & Græ-
ci in fide, quia sublata circuncisione & preputio, unum
sunt in Christo, quia & Abraam in preputio credidit,
& iustificatus est. ¶ Qui uiuificat mortuos, & uocat ea
quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. Hoc dicto, ad fi-
dem Abraæ gentes inuitat, quia cum esset in preputio
credens deo, cuius nunc fides prædicatur in Christo, iu-
stificatus est cum sua coniuge. Cum essent enim obsole-
ta ætate seniores, reuiruerunt, ita ut non diffideret ha-
biturum se ex Sara filium, quam sterilem sciebat, & in
qua iam fluxus muliebris naturæ deficeret, ut per hæc
nō curent, neq; de preputio neq; de circuncisione, & prō-
prii sint circa fidē, securi quia cui credunt uiuificat mor-
tuos, nec alium esse qui hæc habeat potestatem, & cum
uoluerit esse quod nō sunt, statim eius uoluntate substi-
tuunt. Ideo Abraa cū pater adhuc nō esset, uocatus est pa-
ter multarū gentiū, & credidit securus de dei potentia.
Ut autem pater Christi idē esse deus crederetur cui cre-
didit Abraa, tale signū datū est in Zacharia & Eliza-
bet, cū promissio redditor in mundo, imminente Chri-
sto, quale datum fuit in Abraam & Sara quando signa-
ta promissio est, ut simili generi emortua corpora senē-
tute generarent sanctum Ioannem, sicut natus fuerat
& Isaac. ¶ Qui contra spem in spem credidit. Manife-
stum est, quia dum spem non haberet generandi Abra-
am, credidit deo, fidem habens contra spem generare se,
sed sciens omnia posse deum. ¶ Ut fieret pater multarū
gentium,
C 2 gentium,



COMMENT. D. AMBRŌ,

gentium, secundum quod dictum est, sic erit semen tuum. Hoc in Genesi. Ostendens illi enim stellas cæli, dixit: Sic erit semen tuum, quod credens iustificatus est: Credit enim quod mundo impossibile uideatur, dū in ferum naturam non cadit ut possint fenes generare, & tanta copia multiplicari semen eorum ut numerari nō possit. Ideoq; preciosa est fides, quia contra id quod sit aut uidet, credit futurum, hac spe consolans se, quia deus est qui promittit, de quo sentiri plus par est, quā humana imbecillitas capit. ¶ Et non infirmatus est fide, nec cōsiderauit corpus suum emortuum, cum iam ferē cētum esset annorum, & emortuam uuluum Saræ. In re promissione autem dei non hæsitauit diffidentia, sed confirmatus est in fide dando gloriam deo, certum habens quia qui promissit potens est & facere, ideoq; confirmatus est illi ad iusticiam. Hac laude dignum prædicat Abraam, quia cum se sciret non posse infirmitatē suam fide firmari, ut crederet se posse per deum, quod sciret fieri per mundi decreta nō posse. Magni ergo meriti est apud deum, qui contra scientiam suam deo credidit, non dubitans posse illum utpote deum, quod scit secundum mundi rationem fieri non posse. Pro certo enim habet deum ultra rationem mundi esse. Nemo enim intra id esse dicendus est quod creauit. Ideo huiusmodi remunerandus est à deo, quia auctori suo plus tribuit quā ipse sapit. Quod quidem nullius præciū esset, si omnes æqua sentirent, sed multorum diffidentia cōmendatur fides credentium apud deum. Hortatur ergo gētes ad hanc fidei firmitatem, ut dei promissione & gratiam sine aliqua ambiguitate suscipiāt, securi exemplo Abraæ: quia inde credēti laus crescit, si quod incredibile est, & mundo stultum uideatur, credatur: quia quanto impossibile putatur quod creditur, tanto magis honorabilior erit credēs, & uere tamen stultum esset hoc credere, si sine deo fieri diceretur. Et ideo tantum laudabilior est Abraæ fides cæterorum fide, quia nullis signorum

IN EPIST. AD RŌMA.

gnorum prodigijs attracta est. Quoniam autem mundus certa lege & potestate gubernatur & regitur modo diffinito à deo: homines autem amore carnis circa rationem studiosi, deum huius opificem neglexerunt, deus ut errorem auferret, & deum se omnium demonstraret, hoc se posse & fecisse prædicari uoluit quod mūdo impossibile est, ut qui hoc crederent, dānatis his qui ratione mundi inflati deum neglexerunt, discreti saluarentur dei dominio mancipari. ¶ Non autem scriptū est tantum propter ipsum solum, quia reputatum est illi ad iusticiam, sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum dominum nostrū à mortuis, qui traditus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. In Abraam formam dicit datam Iudeis & gentibus, ut exemplo eius credamus in deum & in Christū & in spiritum sanctum, & reputetur nobis ad iusticiā. Quāuis differat quod non creditur, unum tamen donum habet fides. Hoc ergo consequimur, quod credimus. Credentes enim Christum dei esse filium, à deo ad optamur in filios. Nihil enim ultra potuit donare credentibus quā ut filij dei dicantur, perfidis abdicatis. Nos enim filij dei uocamur, illi autē nec serui digni sunt nuncupari. Pro infinita enim magnificētia sua deus hoc donauit diligentibus se, quod suæ dignum est maiestati, nō quod homines mercantur: quia in dono plus magis dantis quā accipiētis consideratur sublimitas, & ex eo plus accipitur laudis, cum paruulis magna donata largitur per Christum, qui nostri causa occidit se passus est, ut nos data uenia, à secunda morte erueret, id est, à pœna inferni, & surrexit ut pro læticia triumphi mortis cuius gratiam nobis iustificationis donaret, ut digni essemus dici filij dei. Ante passionem enim qui baptizati sunt, solam remissionem acceperunt peccatorum, quorum zelo satanas occidit saluatorem. Post resurrectionem uero, tam hi qui prius, quā isti qui postea

D 3 bapti-



baptizati sunt, omnes iustificati sunt per datam formam fidei trinitatis, acceptoq; spiritu sancto, qui signum est crediturum, quod sint filij dei. Et ut ad cumulū nobis iustificationis proficeret, resurgens præceptis suis auctoritatem tribuens, æmulos nos eorum hac fiducia faceret, per quam iustificemur, meritis nos augeremus, per quam gloriam ad præclari appareamus in regno dei, quia iustificati à morte teneri non possumus. Passione enim saluatoris uicta mors, quæ prius causa peccati dominebatur, iustificatos ab eo retinere non audeat.

CAPVT V.



Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad deum, per dominum nostrum Iesum Christum. Pacem cum deo habere, fides facit, non lex. Hæc enim nos deo reconciliat sublati peccatis, quæ nos deo fecerat inimicos. Et quia dominus Iesus huius gratiæ minister est, per ipsum pacificati sumus deo. Maior enim fides, quam lex est. Lex enim nostra causa est, fides dei. Et lex ad præsentem disciplinam pertinet, fides uero ad salutem pertinet perpetuam. Sed qui de Christo non ita sentit ut debet, ad fidei præmia non poterit peruenire, quia si dei non tenet ueritatem. Per quæ & accessum habemus in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei. Manifestum est per Christum nos aditum habere ad gratiam dei. Ipse enim est arbiter dei & hominum, quia nos doctrina sua erigens, sperare fecit donum gratiæ dei, stantes fide eius. Ideo stantes, quia prius iacuumus: credentes autem erecti sumus gloriantes in spe claritatis, quam promisit deus nobis. Non solum autem sed & gloriamur in tribulationibus nostris. Quoniam per tribulationes oportet nos intrare in regnum dei, ideoq; & in his gloriandū docet. Spei autem

autem addita tribulatio, augmentum facit præmij. Index enim fixæ spei tribulatio est quæ testimonium perhibet ad coronam. Unde dominus ait: Beati eritis cum uos persequerentur, & dicet omne malum aduersum uos propter iusticiam dei. Gaudete & exultate, ecce enim copiosa merces uestra in cælo. Contemnere enim presentia, & quæ oblectamenta sunt, & in pressura non cedere spe futurorum, magni meriti est apud deum. Ideoq; in tribulationibus gloriandū est, quia tanto plus accepturum se credit, quanto in tribulatione se uiderit fortiorum. Scientes quod tribulatio patientiam operatur. Hoc est tribulationem patientiam operari, si tribulatio ipsa motū non patiat infirmitatis aut dubitationis. Patientia autem probationem. Manifestum est, quia patientia si talis fuerit qualem diximus, firma uidebitur probatio. Probatio autem spem. Spes in eo qui probatus uideatur, non immerito dicitur. Dignus enim scietur, accepturus remunerationem in regno dei. Spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Spes non confundit, dum stulti & hebetes à perfidis iudicamur, credentes quæ mundana carent ratione. Pignus enim charitatis dei habemus in nobis per spiritum sanctum datum nobis. Fidele enim esse promissum dei probat spiritus sanctus datus apostolis, & nobis qui diuersis linguis imperiti loquerentur, cum interpretationibus præstitit ad confirmandam spem, & ut charitatem dei commendaret in nobis, ut quia charos talli impossibile est, securos nos faceret de promissione, quia & deus est qui promisit, & his quos charos habere uult promisit. Quia enim fidei nostræ rationem humana uerba asserere non ualent, uirtutum testimonio, quæ cum tacent clamant, rationalis approbatur ad confusionem prudentium mundi: quæ audacia uerborum terrenis contra cælestia dimicant, et carnalibus aduersis spiritualia, & prudentes se dicere non erubescunt. Nā sicut peregrini homines

Mat. 5.



COMMENT. D. AMBRO.

improbabilis origo in terra aliena est, ita & fidei nostræ ueritas peregrinatur in terris: & quia natura eius uerbis explicari non potest, uirtutis, quæ maior res est, testimonio commendatur.

VT quid enim Christus cum adhuc peccatores esse secundu[m] tempus, pro impijs mortuus est, uix enim pro iusto quis moritur, Nam pro bono forsitan quis audeat mori? Si pro incredulis ac dei inimicis Christus ad tempus morti se dedit, Ad tempus enim mortuus est, quia tertia die resurrexit: quãto magis cum in illum credimus auxilijs suis muniet nos? Ad hoc enim pro nobis mortuus est, ut & uitam & gloriã nobis acquireret. Itaque si pro inimicis mortuus est, quantum prestat amicis debet intelligi. Apud homines ergo, id est, secundum tempus mori uisus est. Ille enim apud inferos pro salute animarum irreuerentes & nequam spiritus iudicabat. Tempora in mundo sunt, ubi oritur & occidit sol, & luna crementum et detrimentum facit, & dies & nox in statu suo non perseverant. Res enim quæ temporis & ætatis subiecta est, mutabilis semper est. Huic ergo temporis Christus mortuus est, dum excessit e corpore. Vbi autem tempus non est & ætas, ibi non solum uiuus, sed & uictor repertus est. Hinc uoluit affectum saluatoris erga nos commendare, cum dicit: Vix pro iusto quis moritur: Christus autem pro impijs mortuus est. Si enim pro iusto uix aliquis moritur, pro impijs quomodo potest fieri ut quis moriatur? Et si pro bono uno forte audeat quis mori, aut forte non audeat, quia utriusque difficile esse significat, quemadmodum uideri potest, ut audeat aliquis pro multorum impietatibus mori: Si enim quis pro iusto aut bono audeat forte mori, miseratione quadam ille cæcus aut affectu bonorum operum eius, pro impijs uero non solum quod sua deat mori deest, sed & quod in lachrymas prouocet. Christus autem mortuus est pro impietatibus populũ adhuc non sui, ut omnia quæ mundus diffidit, faceret credi.

IN EPIST. AD ROMA.

credibilia. Duos ergo gradus fecit iusti & boni, quãuis & iustus bonus dicendus sit: tamen genera ipsa posuit, iustum in exercitia significans, bonum uero natura, qui simplicitate innocens dicatur. Vnde quãuis melioris meriti sit, quantum ad locum istum pertinet, iustus quãuis bonus, tamẽ pro bono, inquit, forte aliquis audeat mori, ut quia miserabilior causa innocentiæ est, ad hoc cogi forte aliquẽ posse significet. Denique optant parẽtes pro infantibus bonis mori, non dicam uxores pro bonis maritis. Nã si uelimus de bono & iusto proponere, aliquando meliorem iustum deprehendimus, aliquando præponendum bonum. Si enim iuxta dei legem qui iustus est melior bono est, sed illo qui nec dum secum laborauit ut amplificaret se bonis. Exercitio enim bonum naturæ suæ iustus meliorabit. Si autem iuxta mundum fuerit iustus, præponitur illi bonus propter innocentiam, quia huiusmodi non est sine impietate iusticia. Itaque omnis natura bona est: iusticia autem legis dei, fructus est competens naturæ. Ideoque iusticia bonitas est, unde iusti semper appellantur & boni. Non tamen semper boni iusti, quia non propter opera uocantur boni, sed propter innocentiam. Iusticia enim perfecta est bonitas, dum explet opere naturæ suæ bona. ¶ Commendat autem suam charitatem deus in nobis. Sic commendat suam charitatem, dum adhuc inimicis suis beneuolus est, & mittit qui saluet eos, cum utique non mereantur. ¶ Quoniam si cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est, multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira ipsius. Hoc dicit, quia si pro peccatoribus filium suum deus occidi permisit, quid faciet pro iustificatis, nisi seruet eos ab ira, id est, tutos illos præstat ab illusione diaboli, ut securi sint in die iudicij, cũ cœperit perfidos ultro deuastare? Quoniam enim bonitas dei nullum perire uult, mortem dignissimam dedit, ut intelligentibus dei gratiam circa se, adderet dignitatem & gloriã, D s ingra-



COMMENT. D. AMBR.

Ingratis cumularet poenam. Ingrati hi sunt qui deo uocante dissentiant, dei gratiam abnuentes, ut in proposito erroris & malignitatis permaneant. ¶ Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortē filij eius, multo magis reconciliati sumus deo per mortē filij eius. Manifestum est, quia si ut reconciliaret nos sibi deus, filium suum morti tradidit, quanto magis reconciliatos saluos faciet in uita ipsius? Si enim mors saluatoris profuit nobis, quanto magis uita ipsius cum resurgit à mortuis? Quia sicut mors eius à diabolo nos eruit, ita & uita eius de die iudicij dei nos liberabit. ¶ Non solum hoc, sed & gloriamur in deo, per dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliati sumus deo accepimus. Non tantum pro accepta salute & securitate, deo gratias agendas docet, sed & gloriamur per Christum Iesum in deo, qui dignatus est ex impijs & inimicis, dici nos suos amicos, ut omnia beneficia per Christum consecutos nos gaudeamus: ut quia per ipsum cognouimus deum gloriantes in eo, reddamus ei honorificentiam parem deo patri, ipso sibi idoneo teste prædicante, ut honorificent, inquit, filium sicut honorificant patrem. Post dei ergo patris prouidentiam & donum quod dedit per Christum, ut personam filij nobis gratam faceret, quia per unum Christum redempti sumus, ab uno deo patre, adiecit. ¶ Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & sic in omnes homines pertransiit in quo omnes peccauerunt. Quoniam superius dei gratiam per Christum datam ostendit secundum ordinem ueritatis, nunc ipsum ordinē unius dei patris, per unum Christum filium eius declarat, ut quia Adam unus, id est Eua, & ipsa enim Adā est, peccauit in omnibus, ita unus Christus filius dei peccatum uicit in omnibus. Et quia propositum gratiæ dei erga genus humanum ostendit, ut ipsa primordia peccati ostēderet, ab Adam incepit qui primum peccauit, ut prouidentiam

unius

I NEPIST. AD ROMA. 59

unius dei per unum reformasse doceret, quod per unum fuerat lapsus & tractus in mortem. Hic ergo unus est per quem saluati, hanc illi reuerentiam quam deo patri debemus ipso uolente. Dicit enim idem alio loco: Qui in his seruit Christo, placet deo, cum scriptum est: Dominū deum tuū adorabis, & illi soli seruiēs. Si ergo soli deo seruendum dicit, & Christo seruire præcipit, in unitate dei est Christus. nec dispar aut alter deus, quando cum soli deo seruendum lex commonetur, Christo seruiens deo placere dicatur. Igitur sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita & per unum Christum damnatio & mors peccati, præstans uitam æternam. Quod inferius declarat. In quo, id est, Adam omnes peccauerunt. Ideo dixit, in quo cū de muliere loquebatur, quia nō ad speciem retulit sed ad genus. Manifestum itaq; est in Adā omnes peccasse quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus, quos genuit omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur cuncti peccatores, quia ex ipso sumus omnes. Hic enim beneficium dei perdidit, dum præuaricauit, indignus factus edere de arbore uitæ ut moreretur. Mors autem dissolutio corporis est, cum anima à corpore separatur. Est & alia mors, quæ secunda dicitur in gehenna, quam non peccato Adā patimur, sed eius occasione proprijs peccatis acquiritur, à qua boni immunes sunt, tantū quod in inferno erant, sed superiori quasi in libera, quia ad cælos ascendere non poterant. Sententia enim tenebatur data in Adam, quod chirographum in decretis morte Christi deletum est: sententia autem decreti fuit, ut unius hominis corpus solueretur super terram, anima uero uinculis inferni detenta exitia pateretur. ¶ Vsq; ad legem enim peccatum erat in hoc mundo, Peccatum autem non imputabatur cū lex nō esset. In Adā oēs dicit peccasse, sicut supra memorauimus, & usq; ad legē datam non imputatū esse peccatū. Purabant em̄ se homi-



COMMENT. D. AMBRO.

homines apud deum impune peccare, sed non apud homines. Nec enim lex naturalis penitus obtorperat, quia non ignorabant, quia quod pati volebant, alijs facere non debebant. Nam usque adeo non ignotum fuit peccatum inter homines, ut Iacob cum idola sua apud illum quaereret socer eius Laban, in quo inuentum fuisset furtum, morte dignum iudicaret: & Ioseph quamuis per calumniam, tamen quasi reus clausus in carcere est: & pistor & pincerna Pharaonis, ob delictum similiter passi sunt, & Moses occiso Aegyptio atterritus lege est. Quo modo ergo non imputabatur peccatum cum lex non esset, aut quomodo uindicabatur, nisi lex sciretur? Lex naturalis semper est, nec ignorabatur aliquando, sed putabatur ad tempus tantum auctoritatem habere, non & apud deum reos facere. Ignorabatur enim quia iudicaturus est deus genus humanum, ac per hoc non imputabatur peccatum, quasi peccatum non esset apud deum, incuriosum deum asserentes. At ubi autem lex data est per Moysen, manifestatum est curare deum res humanas, & non impune his futurum qui male facientes, quacunq; ex causa in presenti euadunt. Nam utique qui inter se, magistratura, peccata non inulta censebant, quanto magis deum haec quem mundi sciebant opificem requisitum non debuerant ignorare? Quippe cum Sodoma & Gomorra per ignem adiudicata sit deperire, quod obliuio quidem texerat, Moyses autem ut affirmaret deum iudicem fore, scribendo manifestauit. Sed cum praetermissis deo, figmenta ceperunt in honorem dei recipere, de praua mente, partem legis naturalis quae prima est, calcauerunt. Quia lex naturalis tres habet partes. Cuius prima haec est, ut agnitus honoretur creator, nec eius claritas & maiestas alicui de creaturis deputetur. Secunda autem pars est moralis, hoc est, ut bene uiuatur, modestia gubernante. Congruit enim homini habenti noticiam creatoris, uitam suam lege frenare, ne frustretur agnitio. Tertia uero pars est docilis, ut noticia

IN EPIST. AD RO.

cia creatoris dei & exemplum morum ceteris tradatur, ut discant quemadmodum apud creatorem meritum collocatur. Haec est uera & Christiana prudentia.

Sed regnauit mors ab Adam usque ad Moysen. Quo niam non imputabatur peccatum antequam lex daretur per Moysen, sicut dixi, ipsa usurpationis impunitate regnabat mors, sciens sibi illos deuotos. Regnabat ergo mors securitate dominationis suae, tam in hos qui ad tempus euadebant, quam in istos qui etiam hic poenas dabant pro malis suis operibus. Omnes enim suos esse uidebat, quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Impune enim credere putantes, magis delinquebant: circa haec tamen peccata promptiores quam mundus quasi licita nutrebat. Quo facto gaudebat satanas, securus quod causa Adae relicta a deo hominem in possessionem habebat. Regnabat ergo mors in eos qui non peccauerunt in similitudine preuaricationis Adae, qui est forma futuri. Quod in subiectis monstrabimus. Itaque non in omnes mortem regnasse manifestum est, quia non peccauerunt omnes in similitudinem preuaricationis Adae, id est, non omnes contempto deo peccauerunt. Qui autem sunt qui contempto deo peccauerunt, nisi qui neglecto creatore seruiunt creature, deos sibi constituentes, quos colerent ad iniuriam dei. Nam & Tara pater Abrae & Nachor & Laban, proprios deos sibi uendicabant, Et peccatum Adae non longe est ab idololatria. Prauaricauit enim putans se hominem futurum deum. Aestimauit enim hoc magis positurum quod diabolus suauis quam quod deus iussit, in loco dei diabolus statuens, unde & subiectus est diabolo. Similiter & hi transgresso deo, dum creaturae seruiunt, peccant simili modo, non eodem, quia simili modo solet habere aliquid dissimile. Nec enim potest dici, quia & hi qui praecipuum acceperunt non edendi de arbore, sicut Adam, fuerunt qui peccauerunt, non preterito deo, sed in lege naturali. Qui enim intellexit & ueneratus est deum,

Ionan. 8

nulla



COMMENT. D. AMBR. O.

nulli honorificentiam nominis ac maiestatis eius im-
pertiens, si peccauit (quia impossibile est non peccare)
sub deo peccauit, non in deum, quē iudicem sensit, idē
que in huiusmodi mors non regnauit. In hos autem si
cut dixi regnauit, qui sub specie idolorum seruiunt
diabolo. Propterea quod lex in autoritate non erat, p-
mulgata, iudicem deum præsensentire nequiuertunt. Ma-
xima pars mundi deum fore iudicem ignorabat: per-
pauci autem in quos non regnauit mors. In quos autē
regnauit post istam mortem quæ prima dicitur, a se-
cunda excepti sunt ad pœnam & perditionem futurā.
In quos autem non regnauit, quia non peccauerunt in
similitudine præuarcationis Adæ, sub spe referuatī
sunt, aduentu saluatoris in libera: sicut legitur de Abra-
am, quia quāuis apud inferos fuerit, discretus tamen
longo interuallo est, ita ut chaos esset ingens inter ius-
tos & peccatores: quanto magis pijs & iustis esset refri-
gerium, & peccatoribus ætus, impijs uero ardor, ut an-
te iudicium quod unusquisque dignus esset non late-
ret: Ac per hoc regnabat in eos mors, quia uidebat o-
pera subtilitatis suæ profecisse eis ad pœnam quasi ini-
micis. Non enim latuit illum ad hoc factum hominem
in mundo, ut imperium unius dei prædicaret, quod præ-
uaricatus est satanas. Ac si in Græco non ita cautum di-
cat. Sic em̄ dicitur scriptum: Etia in eos mortē regnasse
qui nō peccauerūt in similitudine præuarcationis Adæ.
Totum enim hic cōplexus uidetur, ut quia mors, id est,
dissolutio per inuidiā facta est diaboli, & in eos qui nō
peccauerūt regnasse mortē. Moriuntur enim quod uo-
ti est satana: Quod si uerum esset non oportuit dici: Re-
gnauit mors ab Adam usq; ad Moysen, si ab initio usq;
ad finem regnat in omnes. Aut fortē gradus fecit, ut ab
Adam usq; ad Moysen regnauerit, & a Moysē usq; ad
Christum, a Christo uero usq; ad finem, ut ad quam uti-
litem hæc locutio proficeret, cum nec sic locutus pro-
betur. Dixit enim ab Adā regnauit mors usq; ad Moy-
sen,

IN EPIST. AD ROM.

sen, propter quod lex non erat manifestata, ut data le-
ge sub autoritate eius uiuerent, scientes quid cauerent
ne regnaret in eos mors. Igitur qui ante legem hoc
seruauit natura duce quod postea lex mandauit, nun-
quid potest dici, quia mors regnauit in eum? Nam
uide quid de eo scriptum sit: Peccatum, inquit,
non imputabatur cum lex non esset, & adiecit, sed re-
gnauit mors ab Adam usque ad Moysen, eo utique
tempore quo lex non erat: & conuenit ut quia ante-
quam lex daretur mors regnauit, in eos regnasse di-
catur qui peccauerunt in similitudine præuarcatio-
nis Adæ, sicut supra memorauimus. Sicut enim post
legem datam, qui fornicationi aut idolis seruiunt,
contemnentes legislatorem, regnauit, in eos mors:
ita & ante legem qui se sub lege præcesserunt, hono-
rificantes autorem eius, non utique regnauit in eos
mors. Propterea enim regnasse dicitur, quia cogni-
tio unius dei euauerat in terris. Denique sic cœpit
data lex: Ego sum, inquit, dominus deus tuus qui e-
duxi te de Aegypto, de domo seruitutis, non erunt
tibi dii alij præter me, & non facies tibi idolum ne-
que ullam similitudinem. Data igitur lex est, ne mors
regnaret, ut abolitis peccatis prioribus uni deo ob-
secundaretur genus humanum. Vnde alio loco dicit
idem apostolus: Non regnet peccatum in uestro mor-
tali corpore ut obediatis ei. Quo dicto ostendit etiam
nunc regnare mortem si lex contemnatur. Quod enim
regnum mortis est, nisi cum sit uolūtas eius dum impe-
rat ad perniciem obediētis: Cuius imperij uolūtas ca-
put est idololatriæ, & tamē sic præscribit nobis de Gre-
cis codicibus, quasi non ipsi ab inuicem discrepent, qd
fecit studium contentionis. Quia enim propria quis au-
toritate uti non potest, ad uictoriam uerba legis adul-
terat, ut sensum suum quasi uerba legis asserat, ut non
ratio, sed autoritas præscribere uideatur. Constat autē
quosdam Latinos, porro olim de ueteribus Grecis tras
latos



COMMENT. D. AMBRŌ.

latos codicibus, quos incorruptos simplicitas temporis seruari & probat: postquam autem à concordia animis dissidentibus & hæreticis perturbantibus torqueret questionibus ceperunt, multa immutata sunt ad sensum humanum, ut hoc contineretur in literis quod homini uideretur. Vnde & ipsi Græci diuersos codices habent. Hoc autem uerum arbitror, quâdo & ratio & historia & autoritas obseruatur. Nam hodie quæ in latinis reprehenduntur codicibus, sic inueniuntur à ueteribus posita, Tertulliano, Victorino & Cypriano. Primum enim in Iudæa cœpit destrui regnum mortis, quia notus in Iudæa deus. Nunc autem in omnibus gentibus quotidie destruitur, dum magna ex parte ex filijs diaboli fit ant filij dei. Itaque non in omnes regnauit mors, sed in eos qui peccauerunt in similitudine preuaricationis Adæ, sicut supra memorauimus. Adam autem ideoque forma futuri est, quia iam tunc in mysterio decreuit deus per unum Christum emendare, quod per unum Adam preuaricata ueritas erat, sicut dicitur in Apocalypsi Ioannis apostoli. Agnus, inquit, qui occisus est à constitutione mundi. Denique subiicit.

Psal. 75.

et c.

Sed non sicut delictum ita & donum. Propter quod enim & foris esse dixit unius Christi unum Adam, ne & causa Adæ talē significasse putaretur, qualis & Christi est, ait: Sed non sicut delictum, ita & donum, quia in eo tantum forma Adam Christi est, quia quod unus peccauit, unus emendauit. Si enim in unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia unius hominis Iesu Christi, in plures abundauit. Hoc est, si unius delicto multi mortui sunt imitantes preuaricationem eius, magis gratia dei & donum in plures abundauit confluentes ad se. Plures enim gratiam consequuntur quam mortui sunt delicto Adæ. Vnde manifestum est non de hac morte quæ omnibus communis est significasse, quia omnes omnino moriuntur, & non tamen omnes gratiā consequuntur.

IN EPIST. AD RO. 68

tur. Neque mortem in omnes regnasse, sed in eos qui delicto Adæ mortui sunt significatur, quos in similitudine preuaricationis Adæ dicit peccasse. Hi sunt quos dicit in unius delicto multos mortuos: gratiā autem dei in plures abundare, quia & his qui delicto Adæ mortui dicitur, similiter peccantes, & in his qui non peccauerunt in hac Adæ preuaricationis similitudine, dei gratia abundauit. Paterno autem peccato ex dei sententia erant apud inferos, gratia dei absidauit in descensu saluatoris, omnibus dans indulgentiam, cum triumpho sublatis eis in cælum. Et non sicut per unum peccantem, ita & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem: donum autem ex multis delictis in iustificationem. Manifeste diuersum est, quia uno Adæ peccato condemnati sunt, qui in similitudine preuaricationis eius peccauerunt. Gratia uero dei per Christum non ex uno delicto, sed ex multis iustificauit homines, dando illis remissionem peccatorum. Hoc ad magnificentiam pietatis dei & Christi loquitur, ut cum delicto Adæ multi tenentur à morte secunda in inferno inferiori, donum tamen gratiæ dei cum iustum esset plesti illos, non solum ignoscit illis, sed & iustificat. Si enim unius delicto mors regnauit per unum, multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iusticiæ accipientes in uita regnabunt per unum Iesum Christum. Conuendum est unum esse sensum, & in nullo differre. Mortem enim dicit regnasse, non regnare, quia qui intellexerunt per legem iudicium dei, sublatis sunt de eius imperio. Regnauit autem, quia sine manifestatione legis timor dei in terris non erat. Superior ergo sensus est, ut quia mors regnauit ab Adam usque ad Moysen in eos qui peccauerunt in similitudine preuaricationis Adæ, multo magis gratia regnet abundantia doni dei in uitam per unum Iesum Christum. Si enim mors regnauit, quare non magis gratia regnet, quæ multo plures iustificat quam hi sunt in quos regnauit mors? quâto magis gratia regnare credenda est, quæ confert uitam per Christum?

E Igitur



COMMENT. D. AMBRO.

¶ Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius iusticiam in omnes homines in iustificationem uitae. Hoc est, sicut per unius delictum omnes condemnationem meruerunt similiter peccantes, ita & in iusticia unius omnes iustificabuntur credentes. Si qui autem condemnationem hanc generalem esse putant, simili modo & iustificationem generalem accipient. Sed non est uerum, quia non omnes credunt. ¶ Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt plurimi, ita & per unius obedientiam iusti constituentur multi. Quos supra omnes dixit, hic plures & multos significat. Plures enim delictum Adae securi sunt prauaricando, non omnes, & multi iusti constituentur, non omnes. Non ergo in eos regnauit mors, qui non peccauerunt in similitudine prauaricationis Adae. ¶ Lex autem subintrauit, ut abundaret delictum. Potesse dici e contra, non ergo oportuit dari legem, ne peccata crescerent. Si enim ante legem minus peccatum est, non opus fuit lege. Plane necessaria fuit lex ut ostenderet imputari apud deum peccata, quae imputari non credebantur, ut de cetero scirent quod uitare deberent. Vnde Esaias, propheta: Lex, inquit, adiutorio data est. Ut quia ipsi naturae quodammodo inserta sunt iusticiae semina, addita lex est, cuius autoritate & magisterio, ingenium naturae proficeret ad fructum iusticiae faciendum. Sicut enim natiuitas interit nisi nutrimenta habeat, quibus foras adolescat, ita & naturale iusticiae ingenium, nisi habeat quod respiciat & ueneret, non facile proficit sed aegrotat, & supernuenientibus cedit peccatis. Consuetudine enim delinquendi premit, ne crescat in fructu, & per hoc extinguitur. Prouidenter ergo data est lex, sicut testatur propheta, sed populus ueterem consuetudinem sequens, multiplicauit peccata. Ipso enim usu plus cepit peccare, quam antea peccauerat, & sic factum est ut data lege, non minuerent sed abundarent peccata. Apostolus enim ostendit quid prouenerit data lege, non quid lex fecerit. Quomodo autem legis u-

IN EPIST. AD ROMA.

67

tio crescebant peccata, quae comminatur ne peccetur, sed subintrasse dicitur, ut abundaret peccatum. Verum est, quia quasi profutura intrauit & cum humilitate: postea autem cepit dominari eis quibus praecerat ne peccarent, & peccabant. Ostendere enim cepit lex abundantiam peccatorum, cumque interdixerat plus fiebant, quam facta erant. Igitur hoc modo ut abundaret delictum data est lex. Commendat enim Apostolus fidem per quam utique peccata delentur, legem dixit fecisse ut abundaret peccata, sicut supra dixi, quia non data est ut abolerentur peccata, sed ut abundarent, dum & ante legem peccatores ostendit, & post legem reos omnes tenuit. ¶ Vbi autem abundauit peccatum, superabundauit gratia. Manifestum est, quia cum abundaret peccatum, superabundauit gratia, dum donum dei uenit ex promissione, & omnium peccatorum contextu, ut diaboli inuidia nihil se profecisse doceat. Quia enim cum data esset lex ad utilitatem humanam, id egit diabolus ut suadendo illicita inuenteret, ut quod profuturum datum erat, incontrarium proficeret, dum mandata contempta sunt, ut non utilitas ex lege commendatio gratiae dei, sed iudicium ad uitam dicitur procederet. Tunc iustus atque misericors deus, ut gloriam diaboli quam de triumphato homine quae fuerat extirparet, filium suum uenturum decreuit, qui omnia peccata donaret, ut maior fieret leticiae ex dono gratiae, quam fuerat luctus ex peccato. Gaudium enim doni dei etiam his proficit, de quibus triumphare non potuit satanas. Idcirco superabundauit gratia super peccatum quod suauit satanas. ¶ Ut quemadmodum regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iusticiam in uitam aeternam, per Iesum Christum dominum nostrum. Peccatum regnauit uidentem opus suum peccantibus in mortem proficere, in qua gloriabatur: simili modo, ut & gratia regnet per iusticiam in uitam aeternam per Iesum Christum dominum nostrum, ut sicut per Adam ceptum peccatum regnauit, sic & per Christum



COMMENT. D. AMBRO.

gratia. Sic autem regnat gratia per iusticiam, si accepta remissione peccatorum iusticiam sequimur, ut uidens gratia fructum se habere in bonis quos redemit, regnet in uita aeterna, sciens nos futuros aeternos. Superabundat ergo gratia, quia peccatum ad tempus regnauit: gratia autem in aeternum. Dei enim regnum est gratia regnante, sicut diaboli regnum erat peccato regnante. Torum tamen ad Christum refert, ut omnis gratia dei a Christo discatur. Ad superiorem igitur sensum respondet dicens.

CAPVT VI.



Vid ergo dicemus: Permanebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Hoc est, nunquid semper peccandum est ut donum dei abundet, tegens nostra peccata, ut semper remissionem peccatorum sperantes, quia deus pius est, Christi gratiam proficramus: Non utique. Ideo enim nostri miserus est deus pro Christo, ut de cetero non peccantes & meritum nobis & dei gratiam in nos regnare faciamus. Aufert enim regnum gratiae dei & tradit peccato, qui rursus redit ad ueterem hominem, id est, ad ritum praeteritae uitae. Quibus enim ex causis misericordiam accepimus, ut & diaboli regnum excluderetur, & dei imperium ignoratibus praedicaretur, per hoc ipsum dignitate nobis quaesitam? Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc uiuimus in illo? Hoc dicit quoniam uiuentes peccato mortui eramus apud deum. Qui peccat enim uiuit peccato, sicut qui non peccat uiuit deo. Superueniente enim gratia dei per Christum, & nos per fidem lauacro spirituali regenerante, cepimus uiuere deo, mortui autem esse peccato qui est diabolus: hoc est tamen mori peccato, liberari a peccato, fieri autem serui dei. Itaque mortui iam peccato non redeamus ad mala pristina, ne iterum uiuamus peccato & morientes deo amissa dignitate peccati

IN EPIST. AD ROMA. 69

nam quam euasimus incurramus.

A Nignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte eius baptizati sumus? Hoc dicit, ut sciamus baptizatos nos iam non debere peccare, quia cum baptizamur comorimur Christo, hoc est in morte eius baptizari. Illic enim omnia peccata nostra moriuntur, ut innouati de posita morte resurgere uideamur ad uitam renati. ut quomodo Christus mortuus peccato resurrexit, ita & nos per baptismum spem resurrectionis habeamus. Baptismum itaque mors peccati est, ut alia sequatur natiuitas, quae corporis manente compagine, hominem mente innouat sepulta omnium malorum actuum uetustate. ¶ Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quem admodum Christus resurrexit a mortuis per uirtutem patris, ita & nos in nouitate uitae ambulemus. Hæc dicens, etiam istud significat quod primum est, quia Christus corpus suum a mortuis excitauit. Ipse enim uirtus est dei patris, sicut dicit: Soluite templum hoc & ego tribus diebus excitabo illud, hoc autem dicebat de templo corporis sui, & quia resurrexit in noua uita quae iam mori nesciat. Noua autem dicitur, quia a Christo data est, quae est disciplina Christiana. Nos autem baptizati consepulti sumus Christo, ut de cetero hæc uitam sequamur, in qua Christus resurrexit. Baptismum itaque resurrectionis pignus est & imago, ut iam in preceptis Christi manentes, ad praeterita denuo non reuoluamur. Qui enim moritur, iam non peccat, mors enim finis peccati est. Nam ideo per aquam celebratur, ut sicut aqua sordes corporis abluit, ita & nos per baptismum ab omni peccato spiritualiter purgatos nos & innouatos credamus, ut quod incorporale est, inuisibiliter abluatur. ¶ Si enim complarati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Tunc nos feliciter dicit posse resurgere, si similitudini mortis eius fuerimus complarati, id est, si in baptismo omnia uitia deponentes, in no

Ioan. 2.

E ; uam



nam uitam translati, de cætero non peccemus, p quod
simul & resurrectionis illius similes erimus. Similitudo enim mortis, similem præstabit resurrectione. Quod in epistola sua Iohannes Apostolus memorat, dicens: Scimus cū apparuerit similes ei erimus, hoc est immortalem & gloriosum resurgere. Nec enim hæc erit similitudo ut nihil distet, quia similis erit in corporis gloria, nō in diuinitatis natura. ¶ Scientes hoc quia uet^o homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus pēti, ut ultra non seruiamus peccato. Qui em mortuus est iustificatus est a peccato. Multa inuēit & iterat, ut baptizatos doceat iam non debere peccare, maxime ne ad idololatriam reuertantur. Grauisimū enim crimen & caput totius erroris est, ne perdant gratiā acceptam a deo per Christum. Hominem ergo ueterē, ac ius præteritos dicit, quia sicut nouus homo p fidem & puram uitam dicitur, ita & uetus homo per diffidentiam & malos actus. Hos actus crucifixos dicit, id est, mortuos, ut corpus destruat peccati, quod est cuncta crimina. Omnia enim pētā simul corpus appellat, quod destrui dicit per bonam uitam, & fidem catholicā. ¶ Si autem mortui sumus cum Christo, credimus etiā quod simul uiuemus cum illo. Manifestum est hos qui carnem crucifixerunt, id est, mundum cum uitis & concupiscentiis eius, mori mundo & commori Christo, æternæ quoq; uitæ ac salutari coimaginari, ut gloriæ Christi similes effici mereantur. Caro uero, id est, corpus sic crucifigitur, si desideria eius calcantur, quæ manente in ea peccato, creantur ex præuacatione primi hominis cæpta. In carne enim diabolus crucifigitur, ipse enim est qui fallit per carnem. Caro ergo aliqñ mund^o id est, elementa, aliquando uero corpus hominis intelligitur, uel ipsa anima sequens corporea uita. ¶ Sciētes quod Christus resurgens ex mortuis, iam nō moritur, mors illi ultra non dominabit. Quod em mortuus est pētō, mortuus est semel, quod autem uiuit, uiuit deo. ¶

Securitatē

Securitatē æternitatis in resurrectione saluatoris ostēdit, ad quā uenire cōringit si melioris uitæ fuerit emulatio. Qui em bene agēdo uiuit deo, hic uere uiuit, quæ eter nā habet uitā. ¶ Ita & uos existimate uos mortuos esse pētō: uiuētes autē deo in Christo Iesu dño nostro. Sic loquitur ut doceat nō aliter mori posse pētō & deo uiuere, q̄ ut in Christo sit oīs spes, quæ dñm nostrū appellat, nihil legis ad salutē, p̄ficiat capessendā in futuro seculo. qñ non aliter deo uiuitur quā per Christum.

NON ergo regnet peccatum in uestro mortali corpe, ut obediatis cōcupiscētis ei. Mortale corpus est ex causa præuacationis Adæ, ex fi de autem Christi fore creditur immortalē. Ut autē ad promissionem hanc ueniat, non obediendum dicit peccato, ne regnet in uestro mortali corpore. Si autem nō regnat, non uidebitur corpus hoc esse mortale, quia in spe æternitatis est. Non prop̄ dissolutionē dixit mortale corpus, sed propter pœnā gehennæ, ut ille mortalis dicatur, qui in gehenna mittendus est, quia q peccato obediunt, mortem inferni non euadunt, a qua saluator in se credentes liberauit. Mortale ergo dicitur corpus, totum hominē significauit, quia qui obediūt pētō, mortales dicuntur. Anima enim, inquit, quæ peccat ipsa morietur, id est, totus homo: nemo enim sine corpore iudicabitur. ¶ Sed neq; exhibeatis membra uestra arma iniquitatis pētō. Offendit diabolus nostris nos iaculis expugnare. Occasio enim datur illi p nostra pētā, ut deserente nos deo, accepta potestate illudat & mortificet nos. Ideo membra nostra ab omni opere iniquitatis continere debemus, ut inimicus noster inermis inuentus subiiciatur. Et non dixit exhibere corpora uestra, sed membra uestra, membris enim ministris erratur, non roto corpore. ¶ Sed exhibete uos deo tanquam ex mortuis uiuentes. Mortē ignorantia & infidelitatem cum mala uita significat, quia uita est cognoscere deum per Christum. Quia enim nemo si-

Ezech. 18.



COMMENT. D. AMBRO.

ne parente ortum sumit uitæ, omnia autem à deo ortæ sunt ad uitam per Christum, ideo qui non cognoscit parentem omnium esse deum per Christum, uitam habere non dicitur, hoc est, sic habetur ac si non sit. Ipse enim semetipsum esse negat, dum sine parente deo esse se putat. Itaque ignorantia & turpis uita mors est. Vitia enim ista mortem acquirunt, & non mortem hanc que communis est omnibus, sed mortem gehennæ, sicut supra memorauimus, ut cognitio parentis dei & sancta conuersatio uita sit, non hæc que occasui subiaceret, sed illa futuri seculi, que uocatur æterna. Quæ ob rem exhibete uos deo, inquit, que cognoscentes profecistis in salutem, ut inhonestia uitæ renunciantes sitis ex mortuis uiuentes. ¶ Et mēbra uestra arma iusticiæ deo. Tanta nos modestia conuersationem nostram uult gubernare, ut actus nostri iusticiæ dei proficientes, non mundanæ iusticiæ, quia mundi iusticia sine fide est Christi, sine qua non uita sed mors est, arma præbeamus illi ad defendendos, cui cum arma per opera bona præbeamus, dignos nos facimus adiuuari ab ea, quia iusticia dei indignos despicit. Vbi enim iusticia dei fuerit, ibi habitat spiritus sanctus, ad adiuuandam imbecillitatem nostram. Sicut enim peccato arma præbeamus cum male agimus, ita & iusticiæ cum recte uersamur mēbra custodientes ab omni turpitudine. ¶ Peccatum autem uestri iam non dominabitur, non enim sub lege estis sed sub gratia. ¶ Si secundum præcepta que dat ambulemus, peccatum nobis dicit non posse dominari. His enim dominatur qui peccant, non enim ita ambulantes ut præcipit, sub lege sumus: si uero non peccemus non sumus sub lege, sed sub gratia. Si autem peccemus, uertimur sub lege & incipiet nostri dominari peccatum, quia qui facit peccatum, seruus est peccati, & necesse est quod sit sub lege quam diu remissa non accipit. Peccatum enim autoritate legis, reum facit peccatorē: ac per hoc cui data remissio est, & custodit se ne de cætero peccet, neque peccatum ei dominabitur, neque sub lege est. Cessat enim circa eum autoritas legis

IN EPIST. AD ROMA. 75

legis, qui liberatus est à peccato. Quos enim reos tenet lex, traditi sunt illi à peccato. Qui ergo peccatis exurus est, non potest esse sub lege. ¶ Quid ergo? Peccabimus quia non sumus sub lege sed sub gratia? Absit. ¶ Quoniam lex à deo est, ac per hoc ne forte opponeretur, ipse sibi proposuit: si ex deo est lex, inquit, cur non debemus esse sub lege? Hoc cognoscit ac docet cum dei uoluntate qui legis autor est, à Christo nos liberatos de sub lege. Quæuis enim recte data sit lex, data est enim ut reos ostenderet apud deum qui peccauerunt ante legem, & timori esset ut de cætero non peccaretur: sed quia imbecillitate infirmitatis suæ genus humanum à peccatis se inhibere non potuit, factum obnoxium mortis infernæ, motus deus pietate clementiæ suæ, qua semper humano generi subuenit, prouidit per Christum, qua ratione desperatis iam daretur medela, ut remissione peccatorum accepta, erati à lege que illos habebat obnoxios, releuari & reparati deo adiuuante per fidem, uitis à quibus prius subacti fuerant repugnarent: ideoque non peccauimus quasi legem spernentes dei, sed ipsius dei prouidentiam secuti sumus per Christum. ¶ Nescitis quia cui exhibitis uos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati in mortem, siue obediētionis ad iusticiam. ¶ Nunc ne aliud profitentes, aliud faciamus, & cum dei serui dicimur, gestis serui diaboli inueniamur, præmonet & denunciat eius nos seruos esse, cuius & uoluntatem explemus operibus, & non parum obesse deum confiteri dominum, & actibus diabolo famulari. Nam hoc olim deus denotat & accusat dicens: Plebs hæc labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Et dominus ait in Euangelio: Nemo potest duobus dominis seruire. Et in lege dictum est: Deus non deridetur. ¶ Gratias autem deo quod cum fuissetis serui peccati, obedistis ex corde, in eam formam doctrinæ in qua traditi estis, credentes autem in Christo serui facti sumus iusticiæ. ¶ Eius enim dicimur serui cui obedimus. Et quia iustum est obedire Christo,

E 5 ipse

Esa. 19
Lucæ. 16



COMMENT. D. AMBRO.

ipse enim iusticia est, & quæ præcepit iusta sunt, idcirco dicit seruos nos factos iusticie ex corde non ex lege, ut professio nostra animi iudicio promatur. Per naturam enim inducti sumus ad fidem, non per legem, in qua forma doctrine dei imperio facti sumus qui finxit naturam. In natura enim habemus, ut cognoscamus à q̄ & per quem & in quo sumus creati. Forma ergo doctrine est, in quam tradidit nos creator naturaliter: hoc est, quod supra dixit, ipsi sibi sunt lex, dum uident naturæ suæ esse quod credunt: ut quod iudæis lex & prophetæ prædicarunt de Christo, hoc gentiles ex corde confiteantur. Hinc gratias refert domino, quia cum essemus serui peccati, obediuimus ex corde credentes in Christum, ut seruiremus deo, non per legem Moyssi, sed per legem naturæ. ¶ Humanum dico propter infirmitatem carnis uestræ. Dum infirmitatem carnis memorat, minus se significat exigere ab homine q̄ dignum est circa dei culturam. Deniq̄ subinfert. ¶ Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immundicie & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iusticie in sanctificationem. Ut occasionem nobis auferret timoris accedendi ad fidem, quæ quasi importabilis nobis & aspera uideretur, ea mensura nos deo seruire præcepit, qua prius famulabamur diabolo, cum utique propensus deberemus seruire deo quam diabolo. Quippe cum hic salus illic dānatio operetur: medicus tamen spiritalis non plus à nobis exigit, ne dum præcepta quasi graui fugerem⁹, perpendentes infirmitatem nostram, maneremus in morte. Vnde dominus: Tollite, inquit, iugum meum super uos, quia suaue est & onus meum leue. ¶ Cum enim serui essetis peccati, liberi eratis iusticie, quem enim fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors est. Manifestum est, quia qui liber ē à deo, est seruus peccati. Dñ peccat enim, recedit à deo & fit sub p̄cō. Quales ergo sunt fructus

Mat. 13.

INEPIST. AD ROM. 75

ctus peccati in quibus addiscentes bonam uitam confundimur, eo quod dudum turpiter uiuimus, & non solum hoc quia & sententia paganorum turpis & fœda est, maxime quæ in Phrygia inuenta est, in quo nisi spurcitijs interfit sacramentum mutum est & torpescit religio. Ecce maculis plena libertas, & squaloribus obligata, cuius opus turpem mercedem habet, cuius finis mors. Finem dixit exitum uitæ & actuum, cui aut mors aut uita succedit. Sed hoc loco mors duplex, à morte enim ad mortem transitur. ¶ Nunc uero liberati à peccato, serui facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uero uitam æternam. Hoc est, si accepta remissione peccatorum, bonorum actuum æmuli fuerimus, acquirimus sanctitatem, finem uero habebimus, id est, exitum, uitam perpetuam. A morte enim hac quam finem dixit, trāsimus ad uitam quæ sine fine est. ¶ Nam merces peccati mors est. Quæstus peccati mortem dicit, quia peccatum mors, ac per hoc qui de cætero abstinent se à peccatis, stipendium accipiunt uitam æternam, quia qui non peccat, alieni sunt à morte secunda. ¶ Gratia autem dei uitæ æterna, in Christo Iesu domino nostro. Sicut enim sequentes peccatum, acquirunt mortem, ita & sequentes gratiam dei, id est, fidem Christi, quæ donat peccata, habebunt uitam æternam, ut gaudeant se ad tempus dissolui, scientes se hanc uitam consecuturos, quæ & omni tædio careat, & successionem non habeat. Quam sanctus Symeon exoptans petijt se hinc dissolui ut iret in pace, id est, uitam quæ nullam patitur inquietudinem. Et hoc donum à deo per Christum nobis datum dominum nostrum testatur, ut deo patri gratias per nullum alterum nisi per suum filium agamus.

CAPVT VII.

AN



COMMENT. D. AMBRO.



Nignoratis fratres, scientibus enim legē loquor.) Vt animos eorum firmet in doctrina diuina, exemplo humanę legis utitur, ut per terrena suadeat cęlestia, sicut à mundi creatura deus agnoscitur. Quia enim unius est totū, licet diuersę sint res, ex aliqua ramen parte sibi inuicem similes sunt. Sciunt ergo legem Romani, quia non sunt barbari, sed cōprehenderūt naturalem iusticiam, partim ex se, partim ex Gręcis, sicut & Gręci ex Hebręis. Quāuis enim ante Moysen non latuerit lex, sed ordo nō erat neq; autoritas, non leges Romanis ex Athenis perlatę sunt. Non ignorantibus ergo legem dicit. ¶ Quia lex dominatur homini, quanto tempore uiuit.) Non est occultum omnē uitā hominis esse sub lege naturę quę data est mūdo, hęc lex generalis est. Nunc uero aliam proponit specialem, quāuis & ipsa generalis est, sed dum non recipitur ab omnibus fit specialis, per quam uult probare assertionem suam. Gradatim enim uult tradere ueritatem, dicit ergo. ¶ Nam quę sub uiro est mulier, uiuente uiro alligata est lege uiri. Quod si mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege uiri, igitur uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit iuncta alteri uiro.) Hęc lex de Euāgelio est, non ex Moysē, neq; ex iusticia terrena. Aliquid ergo duce natura, aliquid ex lege Moysi addiscentes, profecti sunt per Euangelium Christi. Sequenti ergo exemplo apertius suadet Christianisimum exutum esse à lege factorum, ne gratiam dei euacuet reuersus sub legē, quia dei gratia liberauit à lege hominem, ut spiritu, id est, mente seruiat deo. Sicut enim mulier mortuo uiro, libera est à lege uiri, non à lege naturę, ita & hi qui gratia dei liberati à lege sunt à qua tenebantur rei, ut mortua illa sit, ut Christianismo iuncti non sint adulteri. Si enim lex apud illos uiuit, adulteri sunt & nihil illis proderit dici Christianos, quia obnoxij erūt ultio

ni.

I N E P I S T. A D R O M A. 78

ni. Nec enim legis erit adulter, sed Euangelij, qui mortua lege iunctus Euangelio, post redit ad legem. Mortua enim lex dicitur, quando quem tenebat reum, cognitum est ei autoritate legis cessante. ¶ Quod si mortuus fuerit uir eius, libera est à lege uiri, ut non sit adultera iuncta si fuerit alteri uiro.) Sublari à lege accepta remissione peccatorū, & iuncti Euangelio, nō sunt adulteri legis, quia mortua apud illos est. Si autem seruantes legem accedere se putant ad Euangelium, rei erunt & adulteri, quia uiua lege iunxerunt se fidei, erūt in utroq; adulteri. ¶ Itaq; fratres mei & uos mortificati estis legi, per corpus Christi.) Quoniam saluator noster corpus suum diabolo crucifigere permisit, sciens, p nobis esse contra illum, idcirco per corpus Christi saluos nos dicit factos. Mori enim legi, deo uiuere est quia lex dominabitur peccatoribus. Cui ergo dimittuntur peccata moritur legi, hoc est liberari à lege. Itaq; p corpus Christi hoc consequimur beneficium. Tradens enim corpus suum saluator, mortem uicit & peccati damnauit. In ipso enim peccauit diabolus, cum illum innocētem occidit, & qui peccatū omnino nesciret, cum enim hominem sibi peccati causa defenderet, inuentus est in eo reus, in quo accusabat. Hinc factum est, ut omnes credentes in Christū eruantur à lege sublato peccato, quia uictum peccatum quod est diabolus per corpus Christi, nō habet autoritatem in eos qui ad illum pertinent à q̄ uictus est. Dum enim non peccat & occiditur, quasi reus uicit peccatum de peccato, hoc est diabolum proprio peccato quod in eo admisit dā nauit, & chirographum quod peccato Adę decretum erat deleuit, quando ab inferis resurrexit data huiusmodi forma credentibus sibi, ut à morte secunda teneri non possent, ac per hoc mortui sumus legi per corpus Christi. Qui enim legi mortuus non fuerit, reus est, & qui reus est, secundā mortem euadere nō potest. ¶ Ut fitis alterius q̄ ex mortuis resurrexit, ut fructificemus deo.) Hoc dicit, quia ideo



COMMENT. D. AMBRO.

ideo mortui sumus legi, ut de cætero CHRISTI sumus serui solius, & hoc erit fructificare deo. Acquiritur enim deo, qui in gratia eius manet dignus resurrectione promissa. ¶ Cum enim essemus in carne, Cum in carne sit, negat se esse in carne. Est enim in corpore, quia hic dicitur esse in carne, qui aliquid sequitur quod lege prohibetur. Igitur in carne esse multifarie intelligitur. Nam omnis incredulus in carne est, id est, carnalis, & Christianus sub lege uiuens in carne est, & qui de hominibus aliquid sperat in carne est, & qui male intelligit Christum in carne est, & si qui Christianus luxuriosam habet uitam in carne est. Hoc loco tamen in carne esse sic intelligamus, quia ante fidem in carne eramus. Sub peccato enim uiuebamur, hoc est, carnales sensus sequentes uitæ & peccatis subiacebamur. Sensus autem carnalis est, non credere spiritualia, id est, sine cōmixtione uirginem peperisse, & ex aqua & spiritu sancto hominem denuo nasci, & solutam animam à copula carnis rursus in carne surgere, De his diffidens, in carne est. ¶ Hinc uitia aut peccatorum, quæ per legem ostenduntur operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti.) Manifestum est, quia qui non credit sub peccato agit, & caprius trahitur ad uitia admittenda, ut fructum faciat morti secundæ. Lucrum enim tunc facit mors cum peccatur. In membris tamen dicit uitia operari, non in corpore, ne occasio esset male tractantibus corpus, quia in malo loquio lingua arguitur, & in furto manus corripitur, & indistimulantes aures increpantur, & ita in cæteris, quæ uis de corde exeant, membrorum tamen ministerio expleantur operibus. Disputatio hæc tangit Iudeos, & eos qui Christiani dicuntur & sub lege uolunt uiuere, ut ediscerent carnales se esse recedant à lege. Vitia tamen peccatorum quæ dominari in carne à gentibus dici per legem ostendi, non per legem fieri demonstrat:

index

IN EPIST. AD ROMA. 89

Index enim peccati lex est, non genitrix, reos faciens peccatores. ¶ Nunc autem soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur.) Soluti sumus à lege, dum remissio nem peccatorum accepimus. Non enim habet in nos potestatem, infidis enim & peccatoribus dominatur. Lex autem mortis ideo dicta est, quia punit reos: mortificat enim peccatores, non ergo mala est sed iusta. Quamuis enim malum sit patientibus quod infertur à lege, sed illa non est mala, quia iuste infert iram. Itaque non mala est peccatoribus, sed iusta, bonis uero spiritalis est. Quis enim dubitet spiritale esse, prohibere peccare? Sed quia hoc non potuit ut saluaret hominē remittendo peccatā, lex fidei data est, quæ credentes liberaret à dominio legis, ut possint reparare se ad uitam, quæ lex tenebat reos mortis. Ipsi enim lex mortis est, quibus irā operat causa peccati. ¶ Ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & nō in ueritate litteræ.) His legem tangere putat, quam quidē ad comparationē legis fidei inferiorē facit, non tamen inimicā iudicat. Nam ideo dicit nos reos à legē mortis, ut seruiam⁹ legi fidei quæ nobis præsidium contulit salutare, quod uetus lex non potuit, ne gratiæ beneficium in anire uideamur, legi ueteri seruiantes. Lex uetus non criminis utique nomen est, sed tēporis uel ætatis. Seniuit enim quia cessauit. Lex autē spiritus ipsa est lex fidei, quia fides in anima est, nec opibus addiscit sed corde creditur, & mens ipsa intelligit naturæ suæ esse quod credit, nec oculis cernitur, aut manibus palpat, & quæ sperantur dona non uisibilia sunt nec terrena, sed spiritualia. Vetus ergo lex in tabulis lapideis formata est: lex autē spiritus in tabulis cordis spiritaliter scribit, ut sit æterna. Littera autē legis ueteris ætate consumit. Est & alia interpretatio legis spūs, ut quia prior lex ab ope malo inhibuit: hæc autē cum nec in corde peccare debere dicit, lex spiritus uocatur, ut totum hominē faciat spiritale. ¶ Quid ergo dicemus? Lex peccatū est. Absit.) Quoniam legē mortis hanc dixit, & eruos

nos



Exodi. 20.

nos ab ea gratulatur, & in illa deo seruire negat, ne inquam hæc asserere putaretur, hoc purgat cum dicit *Ab sit.* ¶ Sed peccatū non cognoui nisi per legem. Non ergo peccatum est lex, sed index peccati. Ostēdit enim & quæ latebant peccata, & quæ impune futura non essent apud deum. Quo comperto homo factus est reus, & ideo non uidetur gratias agere legi. Quis enim libēter habeat cum qui sibi pœnam imminere annunciat? Legi autem fidei gratias agit, quia qui per legem Moy si reus factus est, per legem fidei reconciliatus est deo, quāuis & illa iusta & bona sit. Ostendere etenim imminēs periculum bonum est, sed huic magis gratias agit, per quem crepus de periculo uiuit. ¶ Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. In Exodo. ¶ Nō concupisces. Non discreuit concupiscentiam hanc a peccato si d miscuit, hoc significans, quia cum nec suspitio quidem esset, istud non licere apud deum, cognoui, inquit, esse peccatum. Sub sua persona quasi generalem agit causam. Lex itaq; concupiscentiam prohibet, quæ propterea quod oblectamento est, non putabatur esse peccatum. Simplex enim uidebatur causa, concupiscentie aliquid proximi, hoc lex prodidit esse peccatum, secularibus namq; hominib; nihil tam inultum uidetur & placidum, q̄ uoluptas. ¶ Occasione ergo accepta peccatum per mandatū, operatum ē in me omnem concupiscentiam. Omnem dicens concupiscentiam, cuncta peccata significat. Supra enim concupiscentiam iuxta legem memorat, cui nunc cætera addens uitia, omnem dixit concupiscentiam operatam in homine impulsit diaboli, quē in peccato significat, ut in contrarium fieret homini lex, quæ data erat ut prodesset. Videns enim diabolus auxilium per legem homini prouisum, quem in conditione se tam propt̄ peccatum Adæ, q̄ propter ip̄sius habere, gratulabatur, intellexit factū aduersum se. Quem uidit enim factum sub lege, p̄ certo habuit de suo sublatū dominio, Agnouerat enim homo quomodo

do pœnam inferni euaderet. Hinc exarsit iracundia ad uersus hominem, ut illi legem inuerneret, ut prohibita admittendo, deum rursus offenderet, & denuo in potestatem diaboli caderet, Cœpit non imperare, sed subtiliter fallere, quoniam in lege data amisit dominū diaboli, sciens hominem ad dei iudicium de cætero pertinere. ¶ Sine lege enim peccatum mortuū erat. Hoc duplici genere intelligendum est, ut & diaboli in peccato sciat significatum, & hoc ipsum peccatum qd uocatur peccatū. Mortuus enim dicit hūisse diabolus, quia cessabat ab illusione hominis ante legem, sed erat quasi quietus: securus enim erat de possessione eius. Peccatū mortuum esse dixit, quia putabatur quod non imputaretur apud deum, ideo apud hominem mortuum erat, quasi impune peccaret. Nam non latebat peccatum, sicut supra dixit, sed ignorabatur hoc quia deus iudicaturus est. Quod cum data lege manifestum est reuixisse peccatū. Quare reuixit, nisi quia ante uiixerat, & postea desidia hominum mortuum æstimatum est cum uiueret. Putabatur enim non imputari peccatum cū imputaretur, uiuens ergo pro mortuo habebatur. ¶ Ego autem uiuebam aliquando sine lege. Quis est sine lege uiuissse, cum lex semper fuerit, sicut supra memorauimus, nisi quia sine timore dei homo uiuebat, securus quod non esset deus iudicaturus actus humanos? ¶ Sed cum uenisset mandatū, peccatum reuixit. Ideo dixit reuixisse peccatum, ut significaret quia ante uiixerat: postea autem desidia hominum mortuum æstimatum est cum uiueret, sicut assolet falsa fama fieri peregrinis. Hoc ergo significat, qd in initijs non latuerit peccatū putari apud deum, hoc est uiuissse, sed cum consuetudo peccandi hoc obliterasset, mortuum æstimatum est, ut crimē cum persona deficere putaretur. Cum autem data esset lex uel reformata, reuixit apud eos apd̄ q̄s mortuū æstimatum erat: cœperunt enim scire imputari peccatum. ¶ Ego autē mortuus sum. Mortuus est homo, q̄a uidet



se reum esse apud deum, qui ante se putabat non futurum obnoxium ex his quæ peccabat. ¶ Er inuentum est mihi mandatum, quod erat ad uitam datum, hoc esse ad mortem. Verum est, quia lex ad uitam data est, sed cum hominem non solum de præterito, sed & de futuro peccatum reum fecit, facta est lex data ad uitam, esse ad mortem, sed ut dixi peccanti, quia obedientibus proficit ad uitam. ¶ Nam peccatum accepta occasione per mandatum seduxit me, & pro illud occidit. Peccatum hoc loco diabolus intelligitur, qui autor peccati est. Hic occasionem per legem inuenit, quomodo crudelitatem suam de nece hominis sariaret, ut quia lex dominata est peccatoribus, homo instinctu eius prohibita semper admittens offensa deo ultionem legis incurreret, ut ab ea quæ illi, pro futura data erat damnaretur. Quia enim inuito illo data est lex, exarsit inuidia aduersus hominem, ut eo amplius uitiosis uoluptatibus maculari, ne manus eius euaderet. ¶ Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Ut nihil aduersus suspicionis remaneret in lege, sic illam commendat, ut non solum iustam hanc, sed & sanctam & bonam pronunciet. Nam mandatum legem intelligi Euangelicus sermo testatur. Ait enim: Si uis ad uitam uenire, serua mandata. ¶ Quod ergo bonum est mihi, mors est? Absit. Verè absit. Unde enim fieri potest, ut quod bonum esse probatur, mors intelligatur? ¶ Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum esse mortem. Diabolus per bonum, occasione dicit accepisse ut malum operaretur homini, dum illum seducit ad mortem, quia ut ea quæ ante legem male gesta sunt, per illecebram cupidinis probarent esse peccata, & de cætero uitarentur, data est lex manifestata in literis. Tunc incensus est fatanas per bonum utique. Vidit enim prouideri homini, & illicita illi iuasit, ut pro uita ex lege ei mors, pueniret. Quod quidem negligentiam humanam ascribendum est, quæ sic uigorem naturæ suæ infirmauit cupiditate peccandi.

Math. 19.

candi, ut suggestiones aduersarij reprimere non posset. Inimicus tamen quem in peccato significat, ut apparet esse inimicus, per legem accepit occasionem operari homini mortem. Dum enim ad illicita illum suadet, apparet esse inimicus. Quamquam & ante legem, mortem homini procurauerit excepta prima causa Adæ. Post legem tamen maiores ei poenas apud inferos, ubi mors secunda est, adinuenit. Minus enim criminis est ante legem manifestaram peccasse, quam post legem. ¶ Ut fiat supra modum ipsum peccatum peccans per mandatum. Quid est supra modum, quasi datum sit modus delinquentibus, cum peccari non liceat? Sed dei uerba sunt dicentis: Non sunt completa peccata Amorrhæorum. Per quod ostendit mensuram quandam esse delictorum, quam cum impleuerint peccatores uita digni minime iudicentur. Sicut & Pharaon quia istum modum impleuerat, dei uirtutes & signa in illum ostensa sunt, per quæ cæteri terribi ad emolumenta uitæ se exercerent, ut in mortuo uita discatur. Sed alius est modus quem tractat Apostolus. Ut ostendat enim plus peccatum esse sub lege, quam fuerat ante legem, supra hunc modum peccatorum ampliorem modum significat creuisse post legem, inuidia & astucia satanæ, ut prouidentia dei contraria fieret homini, cum timore legis minime peccare debuerint. Ideo deus ut inuidiam diaboli uinceret, & prouidentiam homini raram faceret, mutauit ordinem, mittens saluatorem Christum, qui & diabolum uinceret, & statuta dei erga hominem firmaret. Scimus enim quod lex spiritalis est. Quoniam sanctis legem loquitur, ideo ait: Scimus quia lex spiritalis est. ¶ Ego autem carnalis sum uenundatus sub peccato. Legem Moyse spiritalem uocat, quæ est data in tabulis, quæ quia peccare prohibet spiritalis est, quippe cum uisibilia & carnalia colit prohibeat. Hæc ad commendationem legis pertinent, ne culpa digna putaretur, quia seueritate exercuit in peccatores.



COMMENT. D. AMBRO.

Hominem autem carnalem appellat, dum peccat. Ven-
ditus sub peccato. Hoc est, uenditum esse sub peccato, ex
Adam qui prior peccauit originem trahere, & proprio
delicto subiectum fieri peccato, sicut dicit Esaias prophe-
ta: Venditi, inquit, estis peccatis uestris. Adam enim ue-
didit se prior, ac per hoc omne semen eius subiectum est
peccato. Quam ob rem infirmum esse hominem ad præce-
pta legis seruanda, nisi diuinis auxilijs muniatur. Hinc
est unde ait: Lex spiritalis est, ego autem carnalis sum
uenudatus sub peccato, hoc est, lex firma est & iusta, & car-
ret culpa, homo autem fragilis est & paterno subiuga-
tus delicto, ut potestate sua uti non possit circa obedi-
tiam legis, ideo est ad dei misericordiam confugiendus,
utfeueritatem legis effugiat & exoneratus delictis, de
cætero deo fauente inimico resistat. Quid est enim sub-
iectum esse peccato, nisi corpus habere uitio animæ corru-
ptum, cui se inserat peccatum & impellat hominẽ qua-
si captiuum delictis ut faciat uoluntatem eius? Hinc do-
minus inter cætera ait: Venit enim diabolus & tollit
quod seminatum est in tor illorum, ne salui fiant. Vn-
de idem Apostolus in alia epistola ait: Non est nobis
colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduer-
sus principes & potestates, contra spiritalia nequitiæ
in caelestibus, quos satellites constat esse satanæ. Nam
ante præuaricationem hominis, prius quàm se mancipa-
ret morti, non erat his potestas ad interiora hominis
accedere, & cogitationes aduersas inferere. Vnde astu-
tia eius factum est, ut confabulatione per serpẽtem ho-
minem circumueniret. Postquàm autem circumuenit eum
& subiugauit, potestatem in eum accepit ut interiorẽ
hominem pulsaret, copulans se menti eius, ita ut non
possit agnoscere, quid suum sit in cogitatione, quid il-
lius, nisi respiciat legem. ¶ Quod enim operor non in-
telligo.) Non intelligit quod operas, quia uider aliud
se per legem scire & aliud agere. ¶ Non enim quod uo-
lo hoc ago, sed quod odi illud facio.) Subiectus peccato,
facit

Luca 8.
Eph. 6.

IN EPIST. AD ROMA. 87

facit utique quod non uult. ¶ Si autem quod odi illud
facio, consentio legi.) Probat legem recte prohibere,
quando inuitum se hoc facere quod lex uetat profiteret,
& nature sue dicit esse quod mandat lex, quia quod extra
facit, odiosum sibi dicit. ¶ Nunc autem iam non ego
operor illud, sed quod habitat in me peccatum.) Quo-
niam audit legem prohibere quod agit, & consentit non
debere fieri, ac per hoc aliud esse cuius impulsu hæc agi
declarat, id est, peccatum. Peccatum autem ideo semper
nominat, cum sciatur diabolus esse cum angelis suis, quia
nisi peccasset primus homo, hæc non prouenirent, ac per
hoc peccatum est, quod ea omnia facit. ¶ Scio enim quoniam
in me non inhabitat, id est, in carne mea bonum.)
Non sicut quibusdam uidetur carnem malam dicit, sed
quod habitat in carne non esse bonum, sed esse peccatum.
Quomodo inhabitat in carne peccatum, cum non sit substantia
sed præuaricatio boni? Quoniam primi hominis
corpus corruptum est per peccatum ut possit dissolui,
ipsa peccati corruptio per conditionem offensionis manet
in corpore, robur tenens diuine sententiæ datæ in Adâ,
quod est signum legis diaboli, cuius insinuum peccatum
Adam. Per id ergo quod facti causa manet, inhabitare
dicitur peccatum in carne, ad quam diabolus accedit, quasi
ad suam legem, & manet quasi in peccato peccatum, quia
caro iam peccati est, ut decipiat hominem suggestionibus
malis, ne homo faciat quod præcipit lex. ¶ Nam uelle
adiacet mihi.) Tam bona asserit quæ iubet lex, ut na-
ruraliter sibi placere dicat & uelit facere. ¶ Perficere
autem bonum non inuenio.) Et placet ergo quod a lege
iubetur, & uoluntas est faciendi, sed ut impleatur, po-
testas & uirtus deest, quia sic pressus est potestate peccati,
ut non possit ire quod uult, neque ualeat contradicere, quia
potestatis eius alter est dominus. Homo enim iam con-
suetudine peccandi grauatur, & facilius succumbit pec-
cato quàm legi, quam scit bona docere, ac si uelit bona face-
re, premit illum consuetudo adiutore inimico. ¶ Non
F s ciii



26 COMMENT. D. AMERO.

enim quod uolo facio bonum, sed quod nolo malū hoc ago.) Sæpe repetit ut dilucider. Hoc ergo est quod supra dictum est, quia ut captiuus per supradictas causas illud cogitur facere quod uult peccatum. ¶ Si autem quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habirat in me peccatum.) Hoc est quod iam supra memorauit, quia pressus & subiugatus peccato, non suam sed illius perficit uoluntatem. Nunquid quia inuitū hominē dicit peccare, immunis debet uideri à crimine, quia hoc agit quod non uult, pressus ut potestatis. Non utique, Ipsius enim uitio & desidia hæc cœpta sunt. Quia enim mancipauit se per assensum peccato, iure illius dominatur. Primū enim suadet ut uictō iam dominetur. Apostolus autem ut gratiam dei referat, hæc exponit de quātis malis hominem liberauerit, ut quæ exitia ex Adam trahit, quæ uero beneficia per Christum consecutus est, cui nec lex subuenire potuit, demonstraret. ¶ Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum, quia in est mihi malum.) Legē Moyſi asserit uoluntati suæ dare consensum contra peccatum quod in carne habitat, quod aliud cogit facere quā quod uult homo & lex. ¶ Cōdelector enim legi secundum interiorē hominē.) Animum his oblectari dicit, quæ à lege traduntur: hic est interior homo, quia non in animo habitat peccatū sed in carne, quia est ex origine carnis peccati, & per traducem fit omnis caro peccati. Si enim anima de traduce esset, & ipsa & in ipsa habitaret, quia anima ad magis peccauit quā corpus, sed peccatum animæ corrumpit corpus. In carne ergo habitat peccatum quasi ad ianuas animæ, ut non illam permittat ire quod uult. In anima autem si habitaret, nunquā se cognosceret homo, nunc autem cognoscit se, & delectatur legi dei. ¶ Video autem aliā legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati quod est in mēbris meis.) Duas leges memorat, ex quibus unā in membris suis uidere se flagitat, id est, in exte

riore

INEPIST. AD ROMA. 27

riore homine qui est caro uel corpus. Hęc est lex aduersa, hæc repugnans animo, trahens illum captiuū in conditionem peccati, ne ultra egrediens inueniat assertorem. Alia est lex mentis, quæ est lex Moyſi uel naturalis, quæ est in animo, Hęc pressa est uolētia peccati, negligētia quidem sua, quia dum diligit uitia, subiecit se peccato, ut ipsa consuetudine teneretur captiua. Domīnatur enim homini consuetudo. Quatuor quidē leges nominat. Primam legem spiritālē, quæ est etiā naturalis, quæ reformata est per Moyſen, & posita in autoritate, ipsa est dei lex. Deinde legem mentis consentientem legi dei. Tertiam legē peccati, quam ex preuaricationem primi hominis in membris dicit habitare. Quartā uero quæ in membris uidetur dum suggerit mala & recedit. Sed hæc leges iteratæ quatuor uidentur, cū sint duæ, id est, boni & mali. Lex enim mentis ipsa est lex spiritalis siue Moyſi, quæ uocatur lex dei. Peccati uero lex eadem est quæ & illa quā in mēbris dicit uideri, quæ contradicit legi mētis nostræ. ¶ Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.) Infelicem hominē dicit, quia nascitur sub peccato. Nunquid nō uere infelix est homo, qui in hanc hæreditatē præuaricationis successit, hospitem secum habens peccatū, per quod ad illū aditum habet satanas? Gradus enim fabricauit Adam, per quos ad filios eius expoliator ascendit, nisi clementissimus dominus motus misericordia gratiam suā per Christum dedisset, ut releuatum genus humanum, remissione peccatorum accepta, de cætero possit respicere represso & damnato peccatō. Potest em̄ exoneratus malis & purgatus resistere aduersario, potestate accepta contra illum dum adiuuatur à deo. Hic quasi legem fidei tertiam inducit potiore, quam & gratiam uocat, quæ ex lege tamen spiritali originem habet, quia per hanc liberatus est homo, ut quia Moyſes dedit legem, deditque & dominus, duæ dicantur, una tamen inrelliga

F 4 tux



rum quantum ad sensum & prouidentiam pertinet. Illa enim initiatrix est salutis, hæc uero consummatrix. Sed non hanc partem legis dico, quæ in neomenis est & circumcissione & in ecclis, sed quæ ad sacramentum dei pertinet & disciplinam. Gratia dei liberatus est homo, de corpore mortis huius. Hanc dicit mortem, quam supra ostendit in necem hominis per peccatum inuictum apud inferos, quæ appellatur secunda. Corpus autem mortis est, cuncta peccata. Multa enim unum corpus sunt, singula quasi membra uno autore inuenta, ex quibus homo ereptus gratia dei per baptismum, supradictam mortem euasit. Nec enim in carnico corpore positus de eo ipso ereptus se diceret, sed hoc corpus dixit quod superius per baptismum & obseruantiam legis destrui significat. Nam & cum dicit, de corpore mortis, ostendit aliud corpus esse non mortis. ¶ Igitur ego ipse mente seruius legi dei. ¶ Legi dei, cum dicit, & Moyse significat legem & Christi. ¶ Carne autem legi peccati. ¶ Ego ipse, id est, qui liberatus sum de corpore mortis. In corpore est, quomodo liberatus est de corpore mortis, nisi quia liberatus est à cunctis malis? Remissio enim peccatorum omnia tollit peccata. Liberatus ergo de corpore mortis, gratia dei per Christum mente uel animo seruius legi dei: carne autem legi peccati, id est, diaboli, qui per subiectam sibi carnem, suggestiones malas ingerit animæ. Quia ergo duplex est homo, carne conuersus & animo, legi dei mente seruire se dixit, quia animus deuor⁹ est deo, & recuperata sui potestate, repugnare potest peccato quod per carnem operatur. Quia enim caro corrupta est & morti subiecta, quæ sic facta erat ut societate & coniunctione animæ non moreretur, recepit desideria quorum quasi honorem quandam transfert ad animum ut etiam ipse generetur. Sed quid respuit illam mortem? Gratia dei. Mente seruius legi dei, carne autem legi peccati, sicut dictum est. Iam enim liber animus & in consuetudine bonam reuocatus, spiritu san-

cto adiuuante, malas suggestiones potest spernere. Reddita est enim illi autoritas qua audeat resistere inimico. Qui enim iam non est obnoxius, minime poterit in dagari in uitis. Caro autem quia iudicium non habet, neque capax est discernendi, est enim bruta natura, non potest inimico aditum claudere, ne ueniens introeat, atque animo contraria suadeat, ac per hoc carne ait seruius legi peccati. Cum enim unus homo carne constet & anima, ex illa parte qua sapit deo seruit, ex altera autem qua stolidus est legi peccati. Si autem homo in eo quod factus est perdurasset, non esset potestas inimico ad carnem eius accedere, & animæ contraria susurrare. Ut autem totus homo minime reparatus fuisset Christi gratia ad statum pristinum, sententia obstitit data in Adâ. Iniquum enim erat soluere sententiam iure depromptam. Idcirco manente sententia, prouidentia dei remedium inuentum est, ut adhiberet homini salus, quam proprio uitio amiserat, ut hic sanatus crederet, quia aduersarius eius deuictus potentia Christi, non auderet transpuncta sententia primæ mortis hominē sibi defendere, adunato genere Adæ, ne ad primæ originis rediretur facturam iam totus permanens immortalis.

CAPVT VIII.



MIL enim nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Verum est, quia nulla erit damnatio horum qui sunt in Christo Iesu, legi dei sollicitè seruientes. ¶ Lex enim spiritus uite, in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. ¶ Securitatem flagitat homini per gratiam dei, ut de suggestionibus diaboli non sit sollicitus, dummodo spernat illas. Nihil enim oberunt homini apud mortem secundam, quia lex fidei, id est, spiritus liberauit hominem à morte secundæ



damnato peccato. Nec obesse iā homini, quia carni in-
est peccatum, si modo repugnet ille memor auxilij dei,
sed & coronandus est qui peccati manentis premit con-
silia. Magna enim solertia est domestici hostis insidias
entrare. Lex ergo spiritus uitæ, ipsa est lex fidei. Nam &
Moyfi lex spiritalis est, quia prohibet peccare, non ta-
men uitæ, quia reis mortis peccata remittere non po-
test ut uiuificet mortuos. Hæc uero quia & peccare nō
uult, & à morte reuocat, lex spiritus uitæ appellatur,
non per litteram constans, sed per spiritum, quia corde
creditur & spiritus est quod creditur. Hæc itaque lex
in Christo Iesu, hoc est, per fidem Christi liberat credē-
tem à lege peccati & mortis. Lex peccati est, quā in mē-
bris dicit habitare, quæ suadere nititur aduersa. Lex ue-
ro mortis Moyfi lex est, quia mortificat peccatores.

1. Corin. 3

Nam & in alia epistola inter cetera dicit de autoritate
legis: Si ministratio mortis formata in lapidibus fuit
in gloria. Nō ergo mirū, si lex spiritalis dicatur & lex
mortis, cum & Euangelium eodem modo sit. Dicit em̄
alio loco inter cetera, Alijs odor uitæ ad uitam, alijs
odor mortis ad mortem. Quos enim opinio uirtutum
aut rerum gestarum, uisus aut auditus attrahebat ad fi-
dem, his odor uitæ erat euangelium. Illis autem quorū
sensum inflammabat facta uirtus ad contradicendum,
mortis erat odor prædicatio fidei. Vna ergo cum sit fi-
des, diuersitatem præstat hominibus, sicut & sol cum sit
unus cæram soluit, lutum stringit. Qua ergo quis men-
te odoratus fuerit fidē, sic proficiet illi. Sed dicitur for-
te: Si eadem præstat fides quæ & lex, cur nō etiam ipsa
ex parte lex mortis dicatur: mortificat enim non cre-
dentes? Sed non ita est. Fides enim data est quæ iustifi-
cat confugientes ad se ut remittat eis quos lex tenet re-
os, ut agentes sub fide, liberi sint à peccato. Nam sub le-
ge agentes obnoxij sunt. Qui ergo non obediunt fidei,
non occidentur à fide, sed à lege, quia non accedentes
ad fidē rei tenentur à lege, ideoq; omnes qui malo ani-

mō

mo odorantur uerba fidei, remanent in morte. Vide-
mus nūc quid intersit cum dicitur lex spiritalis, & lex
spiritus. Hoc interest, quia idcirco dicitur lex spiritalis
quia præcepta dat per quæ non peccetur, quia qui non
peccat spiritalis uocatur, emulus superiorum cœlestium.
Lex autem spiritus propterea uocatur, quia deus cuius
fides est, spiritus est. Illic ergo uerba sunt, hic res. Illic
quæ dei sunt, hic deus ipse. ¶ Quia quod impossibile e-
rat legis in quo infirmabatur per carnem, deus filium
suum mittens in similitudinem carnis peccati, de pecca-
to damnauit peccatum in carne. Hęc dicit ut baptiza-
tos securos reddat, quia liberati à peccato sunt. Quoni-
am quod impossibile erat, inquit legis, cui impossibile?
Nobis scilicet impossibile erat mandatum legis imple-
re, quia subiecti eramus peccato. Ob hoc deus filium su-
um misit in similitudinem carnis peccati. Hæc est simi-
litudo carnis, quia cum eadem caro sit quæ & nostra:
non tamē ita facta in utero est & nara, sicut & caro no-
stra. Est enim sanctificata in utero, et nata sine peccato,
& neq; ipse in illa peccauit. Ideo enim uirginalis uer-
electus est ad partū dominicum, ut in sanctitate differ-
ret caro domini à carne nostra. In causa enim similis ē,
non in qualitate peccati substantiæ. Propterea ergo si-
milem dixit, quia de eadem substantia carnis, non ean-
dem habuit natiuitatem, quia peccato subiectum non
fuit corpus domini. Expiata est autem à spiritu sancto
caro domini, ut in tali corpore nasceretur quale fuit
Adæ ante peccatū, sola tamen sententia data in Adam.
Misso ergo deus Christo de peccato damnauit peccatum,
hoc est, peccatū peccato proprio damnauit. Christus enim
cum à peccato crucifigitur, quod est satanas, peccauit
peccatū in carne corporis saluatoris. Quo facto damna-
uit deus peccatum in carne, ibi utique ubi peccauit. Si-
cut & in alia epistola ait: Detriumphans illos in ipso,
id est, in Christo. Nam solet dici de quocunq; da-
mnato in qua causa damnatus est, respōdetur, ut puta,

in



COMMENT. D. AMBRO.

in homicidio. Ita & peccatum in carne damnatum est, hoc est, in peccato quod admisit in carne. Hoc itaque peccato reus factus satanas, amisit dominium retentorum animarum, ut iam signatos signo crucis in qua uictus est, in secunda morte tenere non audeat. Quam ob rem ad securitatem nostram hæc tractat Apostolus. ¶ Ut iustificatio legis adimpleretur in nobis qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Ideo damnatum dicit peccatum, ut impleretur in nobis iustificatio legis data à Moysè. Sublati enim de conditione legis, facti sumus amici eiusdem. Iustificati enim amici legis sunt. Quomodo autem impletur in nobis iustificatio, nisi cum data remissio omnium peccatorum, ut sublatis peccatis, iustificatus appareat, merte seruiens legi dei, hoc est, non secundum carnem ambulare, sed secundum spiritum, ut deuotio animi qui est spiritus, non consentiat desiderio peccati, quia per carnem seminat concupiscentias animæ quod inest peccatum. Si damnatum est peccatum, quomodo inest? Damnatum est & à saluatore & triplici genere damnatum. Primo enim in loco damnauit peccatum, dum non peccauit dissentiens à peccato. Deinde in cruce peccatum quia peccauit, damnatum dicitur. Unde sublata est illa autoritas, quasi peccati, qua detinebat homines in inferno propter delictum Adæ, ut de cætero in quibus signum crucis est, detinere non audeat. Tertio damnauit peccatum, dum irrita fecit delicta remissione peccatorum concessa. Cum enim peccator causa admisit peccati damnandus esset, ignoscens autem ei, damnauit in eo peccatum. Itaque si & nos saluatoris exemplo non peccemus, damnamus peccatum. ¶ Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Hoc dicit, quia qui suggestioni quæ efficitur per carnem obtemperat, quæ carnis sunt sapit. Hoc enim illi suaue uidetur quod sequitur, contra fas appetens usum & sententiam erroris carnis, in carne enim mundanus error signatur quacumque ex parte. ¶ Qui uero secundum spiritum ea quæ

sunt

IN EPIST. AD ROMA. 95

sunt spiritus sentiunt. Manifestum est, quia qui se à carnis desiderijs continet, iuxta legem mentis uiuit. Hoc enim illi utile uidetur sapere, quod conueniat legi.

Nam prudentia carnis mors est. Prudentia carnis peccatum est, quod generat mortem. Prudentia enim ideo dicitur, cum res stulta sit, quæ secularibus hominibus errores ex uisibilibus concepti, siue in sensu siue in actu contra legem dei, prudentia uidentur, maxime quia omnis industria & astutia illorum in eo est, ut peccent. Sapere enim sibi uident si istud diligentius curent, cum nihil stultius sit quam peccare. Est & alia prudentia carnis, quæ mundanis rationibus inflata, negat aliquid fieri quod mundi careat ratione. Unde deridet uirginis partum, carnis resurrectionem. ¶ Prudentia autem spiritus, uita & pax. Vere hæc est sapientia, quæ uitam acquirit & pacem. Sequens enim spiritualia contemptis illecebris uitæ præsentis, æternam habebit uitam cum pace, id est, sine inquietudine. Vbi enim perturbatio est, & poena est. ¶ Quoniam sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei non est subiecta, nec enim potest. Non carnem dixit inimicam sed sapientiam carnis, id est, non substantiam sed actus, aut cogitationem siue asseuerationem quæ nascitur ex errore. Sapientia ergo carnis est primum in loco astrorum ab hominibus inuenta disputatio, deinde uisibilibus oblectatio. Hæc inimica deo sunt, quia elementorum dominum & opificem mundi his coæquant quæ fecit, astruentes nihil posse fieri præterquam mundi continet ratio. Quam ob rem negant deum fecisse, ut uirgo pareret, aut mortuorum corpora resurgeret, quia stultum est, inquirunt, ut deus fecerit ultra quam sapit homo. O prudentes mundi, qui putant deum non debere aliter facere quam ab eo facie condita creatura, ut ipse similis creaturis putetur. Sic cæcati sunt ne uideant qualis contumeliam deo faciunt. Opus enim quod in laudem suam predicandam facere dignatus est, isti uituperantes incredulæ & stultæ asse-

runt



COMMENT. D. AMBRO.

runt, ac per hoc legi dei hoc studium subiectum esse nō potest, in eo quod exercitatur ut dei gestis repugnet. ¶ Qui enim in carne sunt, deo placere non possunt.) Sapientes mundi in carne sunt, quia respicientes mundū, spiritali sapientiæ resistunt, quia tōtus mūdus caro est. Omne enim uisibile carni deputatur : cognata em̄ sunt carnis, imō elemēta carnis. Ideoq; qui mundanis rebus obtemperat, in carne est. ¶ Vos autem non estis in carne sed in spiritu.) In carne positi dicuntur, non esse in carne, si assentientes Ioanni apostolo mundana non diligant. Sententia enim homini sua quasi fingit naturā, ut hoc appelletur quod sentit. ¶ Si tamen spiritus dei habitat in uobis.) Hoc ideo ambigue dicit, quia in lege inducti, non adhuc perfectæ erant fidei, sed spem in eis uidebat perfectionis. Vnde aliquādo quasi perfectis loquitur, aliquando quasi perfecturis, hoc est aliquando laudat, aliquādo commonet, ut si secundum supra memorata uersentur iuxta legem nature, in spiritu esse dicuntur, quia spiritus dei in eo habitare non potest, quā carnalia sequitur. ¶ Si quis autem spiritum Christi nō habet hic non est eius.) Spiritum dei nunc spiritum dicit Christi, quia omnia patris, filij sunt. Hoc ergo dicit, quia qui supradictis erroribus subiectus est, ad Christum non pertinet: spiritum enim eius non habet, quē ut filius dei esset acceperat. Duabus enim ex causis deserit hominem spiritus sanctus, cum aut sensum carnis habet, aut gesta, itaq; per hæc ad bonam conuersationem compellit. Quāuis enim bonitate dei erigantur homines, non erunt tamen filij dei uocati nisi sic uixerint, ne satis indigni concessō nomine uideantur. ¶ Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus uero uita propter iustificationē.) Peccati causa corpus mortuum asserit eorum quos deserit spiritus sanctus, nec ad istum, id est, spiritum quis eorum passione potest peruenire. Spiritus em̄ dei nescit peccare. Ad iustificationē enim datur, ut adiutorio suo iustificet. Ergo quia peccare

IN EPIST. AD ROMAN. 91

care nescit, uita est. Mori enim non potest, quia per peccatum mors: ac per hoc sibi peccator oberit, non spiritui quem accepit. Nec enim spiritus erit in causa, qui uoluit iustificare. Signum enim iustificationis, hoc est in homine, ut per id quod inhabitat in eo iustificatus appareat esse filius dei. Non enim in ficto homine, neq; in corpore subito peccatis potest habitare spiritus sanctus, sicut dicit Salomon. Si quis autem denuo carnaliter uiuat, desert⁹ ab spiritu sancto, in iniusticia sua morietur. Corpus autem dicens, totum hominem significat mortuum p̄ti causa. Sicut & à propheta sub uocabulo animæ totus homo significatur, quasi à parte totum. Ait enim: Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Nunquid sine corpore? Hic corpus pro toto homine posuit, ille autem animam. Et alius Propheta carnem dicens, totum hominem significauit. Ait enim. Videbit omnis caro salutare dei. Et quoniam baptizato datur spiritus sanctus, etiam ipsius esse spiritus dicitur. Idcirco cætera hominis ad comparisonem eius corpus appellauit, Præterea quod anima dum peccat caro dicitur: hoc enim uocatur quod sequitur, sicut sepe iam dixi. Simili modo & dominus cum in passione sua diuinitatē suam minime formidare uellet intelligi, sed hominis esse mœsticiam, ait: Spiritus quidem promptus est caro uero infirma, ut in spiritu deum, in carne uero hominem significaret. ¶ Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in uobis, q̄ suscitauit Iesum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter inhabitatē spiritui eius in uobis.) Ipsum sensum eadē tractat ratione, Corpora enim dixit, per quæ hoīes significat. Et quia supra dixit propter p̄tīm corpus mori morte secunda, hic iterū propter bonā uitā, mortalia corpora uiuificari promisit, id est, totum hominē. ¶ Igitur fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus.) Rectum & manifestum est non nos adinventioni Adæ quia carnaliter egit obse-

Sap. 1

Eze. 18

Esa. 40



obsecundare debere, qui prior peccans, mortem nobis hereditatis titulo dereliquit, sed legi Christi seruire nos debere, qui nos spiritali ratione à morte supradicta redemit. Huic enim debitores sumus, q nos carnalibus uicis fordidatos per lauacrum spiritus ablutos iustificauit, & filios dei fecit. Prius enim in carne positi exēplo Adæ uiuebamur subiecti peccatis, nunc ꝑo liberati redere debemus obsequium redemptori. Quod quidem obsequiū non illi utiq; proficit, qui nullius eget, sed nobis uitam acquirit æternam. Sic enim diligit nos ut sibi imputet quod nobis promissit. ¶ Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini. Nihil enim uerius, quia si secundū Adam uixerim⁹ moriemur. Adam enim præuaricans uendidit se peccato, carni deputatur. Omne enim peccatum caro est. Propter quod enim deforis uicis & delicta nascuntur ex sensibus, de auditu, uisu, odoratu, uel gustu, carni deputantur. Omnis em̄ cogitatio foras respiciens incurrit delictum. Nam & primi hominis deforis peccatum natum est, secundum carnē ergo uiuere mors est. Omnis enim actus carnis extra legem est. ¶ Si autē spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Corpus uult lege animæ gubernari. Vnde ostēdit, si duce sctō spiritu, actus & consilia carnis quæ huius mundi instigantibus potestatibus concinnantur fuerint repressa, ne agendi accipiāt potestatem, uitam præstari. Mortificari enim dicuntur si cessent, nō sunt enim si cessant, quia peccatum non est, si non fiat.

Quicunq; enim spiritu dei aguntur hi filij sunt dei. Hos dicit spiritu dei agi, in quorū actibus consilia principum & potestatum huius mundi non uidentur. In quorum enim uidentur, non sunt filij dei sed diaboli, quia q de deo natus est nō peccat, dicit Iōānes Apostolus. Hoc est enim quod probat dei filios & diaboli. Vnde dominus ad Iudæos quod male agerent & parricidium cogitarent ait: Vos de patre diabolo estis. ¶ Non enim accepistis spiritū seru-

Iōānis 3.

Iōānis 2.

turis

tutis iterum in timore.) Hoc dicit, quia accepto spiritu sancto à timore malorum actuum exuti sumus, ut de cætero nihil tale agamus, unde iterum timeamus. Ante enim sub timore eramus, quia lege data, omnes rei sunt constituti, spiritum ergo timoris legem dixit, quia homines peccati causa in timore constituit. Lex autem fidei quæ in spiritu adoptionis significatur, lex securitatis est, quia à timore nos eruit dū donat peccata, ac per hoc securos nos fecit, ac dicitur spiritus non timoris secundum hunc mundum. ¶ Sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. In quo clamamus abba, id est pater. Gratia dei à timore liberati, accepimus spiritum adoptionis filiorum, ut confidentes quid eramus & quid dono dei sumus adepti, magna cum diligentia uitam nostram ordinemus, ne nomen dei patris in nobis iniuriam patiamur, & ea omnia quæ euasimus ueluti ingrati incurramus, ut audeamus dicere deo, abba, id est pater. Ideoque commonet, ne accepta fiducia in temeritatem uertatur. Si enim huic uoci qua dicimus, abba pater, dissimilem uitā exhibeamus, iniuriam deo factum uocantes eum patrem. Idcirco enim bonitate sua hoc nobis indulset quod super naturā nostram est, ut quod substantia indigni sumus operibus mereamur. ¶ Ipse spiritus reddet testimonium spiritui nostro, quod sumus filij dei. Bene agentibus nobis, & per hoc ipso manente in nobis spiritu sancto, huic uoci & animo nostro quo clamamus in oratione: abba, id est pater, spiritus dei testimonium dat dum manet in nobis, quoniam non temere dicimus, abba pater. Dignam em̄ uitam huic uoci exhibeamus, & hoc est testimonium filiorum, si in eos per spiritum uideatur signum paternū. ¶ Si autem filij & hæredes, hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi. Cum deus pater nullo modo mortuus possit dici, Christus autem eius filius mortuus dicitur causa incarnationis, quid est ut hic qui mortuus est, semper uiuentis hæres esse dicatur, cum hæredes utique non nisi mortuorum sint? Sed hæc causa humanitatis est.

G Nam



COMMENT. D. AMBRO.

Nam apud deum quæ apud nos hæreditas dicitur, donum
ei patris in filios obediētes transfusum, ut uiuus uiuus
hæres sit, merito proprio, non necessitate defuncti.
Vnde & dominus in Euāgelio, nō magis humana quā
diuina ratione, uiuum uiuentibus substantiā suam parti-
tum esse, licet in parabola significauit. Nec enim parabo-
la absurda ratione componitur. Vt ergo promptos nos
ad obediendum deo patri faceret, hac spe exhortatur di-
cens: dei nos futuros hæredes, cohæredes autem Christi,
ut quia spes magna præmij est, tanto magis in dei rebus
propensiores essemus, postponentes curam mundanorū.
Quid sit autem cohæredem esse filij dei, ab apostolo Io-
anne docemur. Inter cetera enim ait: Scimus quoniam
cum apparuerit, similes ei erimus. ¶ Si tamen compari-
mur, ut & simul glorificemur. ¶ Quō cohæredes Christi
fieri possumus declarat, dicens: Si tamen compariamur,
ut & simul glorificemur. Videamus ergo quid sit compa-
ri. Compari est persecuciones tolerare propter sp̄e futu-
rorum, carnemq; crucifigere cum uitij & concupiscen-
tij, hoc est, uoluptates & pompas seculi spernere. Cū enī
hæc omnia mortua fuerint apud hominē, crucifigit mū-
dum, futuri seculi uitam credens, in qua se sperat cohæ-
redem Christi futurū. ¶ Existimo ergo quod non sint con-
digna passiones huius temporis ad futuram gloriā que
reuelabitur in nobis. ¶ Exhortatio hæc ad superiora per-
tinet, per quam ostendit parua esse que hic possunt a per-
fidis irrogari, ad comparationem decreti muneris in fu-
turo seculo. Propterea ad omnia exitia paratos esse de-
bere, quia magna pro his repromissa sunt præmia, ut in
tribulatione consoletur se animus & spes crescat. Nam
& quosdam, imo multos scimus, pro præsentibus lucris
ad modicū utiq; profuturis quā asperos & duros subi-
re labores, & ad quæ aliquādo quia ipsa uita fragilis est
& incerta, peruenire non possunt. Nautæ pro quibus cō-
modis tantis se procellis & tempestatibus credunt, cum
sciant in his magis mortem ante oculos esse, quā uitā.
Et milites spe presentis præmij cum incerta uictoria sit,

I. Ioan. 7

IN EPIST. AD ROM.

29

in gladios insurgere non dubitant. Quanto ergo magis
pro Christo patiendum est, cuius etiā protelata sunt no-
bis beneficia, qui pro paruis, magna, & pro temporā-
libus perpetua præmia cum gloria pollicetur. Pro Chrī-
sto dicimur pati, cum nobis, non illi proficiat quod pa-
timur. Sed quia ille occasione quærit remunerandi nos,
hoc præcipit. Vt bonus enim uel profusus largitor, cau-
tas quærit, quomodo donet aut indignis aut uerecūdis.
Deniq; ut ipsa exitia tolerari possint, ipse suggerit uires.
¶ Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei
expectat. ¶ Quoniam præsentis temporis passionēs indi-
gnas dixit ad futuram gloriā, subiecit, quod creaturæ
hoc expectat, ut compleatur numerus filiorum dei desit
natus ad uiram, ut tunc demum etiam ipsa creatura pos-
sit liberari a seruitute corruptionis, & cessaret in uitio.
¶ Vanitati enim creatura subiecta est non uoluntaria.
In domini & creatoris potestate posita creatura, nō uti-
que sponte subiecta est uanitati. Non enim proderit sibi
quod subiecta est, sed nobis. Quid est ergo in quo uanita-
ti subiecta est, nisi quia quæ generat caduca sunt? Opera
tamen enim ut fructus faciat corruptibiles. Corruptio ergo
ipsa uanitas est. Omnia enim quæ nascuntur in mundo,
infirma, caduca & corruptibilia, ac per hoc uana sunt.
Vana sunt enim, quia statum suum tenere non possunt.
Nam cuncta deformata per fluxum semper in se redeunt
confusa in naturam. Dicit de his & Salomō, quia omnia
hec uanitas. Nec discordat ab his Dauid dicens: Verunta-
men uanitas omnis homo uiuus. Manducare enim & bi-
bere & res mūdī curare, nōne uanitas est, & prodest ta-
men ipsa uanitas? Proficit enim hominibus natis in mū-
do, ut per hec in corporibus exercitati, discant mysteriū
creatoris, ad comparationem enim æternorū uana sunt.
Nam suo bona sunt, quippe cū sint necessaria. ¶ Sed pro-
pter eum qui subiecit illam in spe. ¶ Quæ spes ita tim sub-
iecit dicens. ¶ Quoniam & ipsa creatura liberabitur
a seruitute corruptelæ in libertatem gloriæ filiorum
dei. ¶ Quoniam contradicere non potest creatura cōditori

Ecccl. 7
Psal. 38

G: suo



COMMENT. D. AMBRO.

suo, eius causa subiecta est, non sine spe. Habet enim in labore posita hoc solatium, quoniam habebit requiem, cum crederint omnes quos scit deus credituros, quorum etiam causa subiecit. ¶ Scimus enim quoniam omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc. Parturire, dolere est. Ipse sensus est, quia omnis creatura per quotidianum laborem ingemiscit, & dolet usque modo. Usque modo, tam diu significat, quamdiu legitur. Ipsa enim elementa cum sollicitudine operas suas exhibent, quia sol & luna non sine labore statuta sibi implent spatia, & spiritus animalium magno gemitu artatur ad exhibenda seruitia. Nam uidemus illa gementia cogi inuita ad laborem. Hæc ergo omnia expectant requiem, ut a seruiti opere liberentur. Si autem hæc esset seruitus, quæ ad deum proficeret promerendum, gauderet non doleret creatura, sed quia nostri causa subiecta est seruituti corruptionis, dolet. Videt enim quotidie opera sua interire, quotidie enim oritur & occidit opus eius. Recte ergo dolet, cuius operatio non ad æternitatem pertinet sed ad corruptionem. Quantum datur ergo intelligi, satis de nostra salute sollicita sunt, scientes ad liberationem suam proficere, si modo nos citius agnoscamus autorem. Hæc itaque scientes, omni cura diligentiaque dignos nos præbeamus, alijs quoque ut exemplo simus, non nostra solum miseratione commoti, sed & eius causa quæ diebus ac noctibus iniurias patiens ingemiscit. Solemus enim in alienis causis propensus uigilare. ¶ Non solum autem illa sed & nos qui receptaculum spiritus habemus, nos ipsi intra nosmetipsos ingemiscimus expectantes redemptionem corporis nostri. Post creaturam mundanam adiecit etiam nos hoc expectare & ingemiscere ad deum, ut hinc liberemur cuncti destinati ad uitam, quia Christianis mundus hic pelagus est. Sicut enim mare aduersis excitatur procellis, insilit, & tempestatem nauigantibus facit: ita & seculum perfidorum conspiratione commotum, perturbat fidelium mentes, & tanta peruersitate agit inimicus, ut quid prius euitandum sit ignoretur. Si enim potestas de

finit

IN EPIST. AD RO.

101

finit esse aduersum nos, priuatorum mentes exagitat, si & hi compefcantur, per domesticos constat incendium. Et si hoc positum fuerit, arte sua inter ipsos geminos facit discordia, ut quatuor angulis pulsata domus, ex aliqua parte faciat ruinam, propter quod uno consilio fugiendum est hinc Christianis. Exemplum enim debent sequi sancti Symeonis, qui sciens bellum hic geri contra perfidiam, in pace dimitti se postulauit. Hoc est quod singuli orantes, pro omnibus oramus, ut ueniat regnum dei. Tunc enim erit liberatio corporis nostri, id est, omnium Christianorum. In corpore enim omnes significauit, quia sumus alter alterius membra. Apostolus quidem quasi uir diuinus bene sentit de nobis dicens: Quia ingemiscimus ut hinc liberemur, sicut & ingemiscerat Symeon. Sed uideo oblectatione mundi nos teneri. Igitur per hæc quæ supra dicta sunt, ostendit quam uim creatura patitur nostri causa, quando nos quibus obsequium eius proficit, quibus dei spiritum adiutorem habemus ingemiscimus, ut hinc liberemur, ut promissa consequamur præmia. Quanto magis ergo creatura ingemiscit, quæ neque adiutorem habet spiritum sanctum, nec in sua causa laborat addito hoc, ut ea quæ labore suo generat, ut in alimentis seruorum dei proficiat, contra fas uidet idolis immolari. Unde plus dolet & optat citius liberari, sciens hoc ad iniuriam proficere creatoris.

SPE enim saluari sumus. Hoc dicit, quia sperando quod promisit deus in Christo, nobis merium fecimus ut liberemur. Ergo in spe liberati sumus, quia non aliud futurum puramus quam credimus. ¶ Spes enim quæ uidetur non est spes. Manifestum est non esse spem quæ uidetur sed quod non uidetur, ac per hoc sperantes præmissis afficiendi sunt, quia quæ non uident sperant. ¶ Nam quod uidet quis quid sperat? Sed si quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Dubium non est ea sperari quæ non uidentur, expectantur enim futura. Hæc expectatio patientia est, quæ multum meretur a domino, ut de die in diem expectans cupiat uenire

G 3 nire



COMMENT. D. AMBRO.

nire regnum dei, & non dubitet quia tardat. ¶ Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatē nostrę orationis.) Quoniam superius ingemiscere nos & precari liberatiōnem memorauit, & in dolore positi, aut quę longe futura dicta sunt, mox fieri uolumus, aut cito tolli per quę ad meritum peruenimus, & uidemur imbecilla oratione precari, dum illi denegatur affectus. Infirma est enim quia contra rationem postulat, ac per hoc infirmitatem hanc à sancto spiritu data nobis adiuuari ostendit. Adiuuat autem, quia quę aut ante petuntur quę peti debeant, & sunt contraria, & non finet fieri. ¶ Nam quid oremus sicut oportet nescimus.) Infirmitatem orationis nostrę ignorantiam significare declarauit. Fallimur enim purantes prodesse quę poscimus, cum nō sint. Denique eisdē apostolo tertio deprecanti, ut tērationes ab eo cessarent, quę crebrę erāt, dictū à domino est: Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur, id est, sic meritū quod collocat dum in tribulationibus patiens inuenitur. Dicit ergo contra se esse quod petebat. Est & aliquando superba & stulta petitio, sicut fuit duorū apostolorum Iacobi & Ioannis, quibus incongrua et immensa petentibus dictū est: Nescitis quid petatis. ¶ Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.) Nō humanis eloquijs postulare pro nobis dicit spiritū dñi, sed more naturę suę. Cū enim quod de deo est, deo loquitur, eo more loquatur necesse est, quo ille loquitur de quo est. Nemo enim cum ciue suo alia lingua loquitur. Superfundit enim se precibus nostris spiritus datus nobis, ut imperiam & improuidentiam nostram motu suo operiat, & illa nobis à deo petat quę prosint nobis. ¶ Qui autem scrutatur corda scit quid desideret spiritus, quia secundum deū postulat pro sanctis.) Manifestum est, quia deo cui nihil tacitum est & occultum, nota est precatio omnium spirituum, quanto magis spiritus sancti qui eiusdem utriusque substantiæ est, eloquit non impulsu aëris, neque ut angeli aut sicut cetera ex creaturis, sed sicut competit eius diuinitati. Deo ergo loquitur cū nobis tacere uidetur, quia & uide-

I. Cor. 12

Math. 20

IN EPIST. AD ROMAN. 103

det cum non uideatur, & hæc petit quæ scit deo placere, & nobis prodesse. Tunc sanè pro nobis interponit se idē spiritus, cum scit nos per ignorantiam nō per iactantiā contraria postulare. ¶ Scimus autē quoniam diligentibus deum omnia procedunt in bonum, his qui secundū propositum uocati sunt sancti.) Hoc dicit, quia diligētes deum, & si imperite precati fuerint, non illis oberit, quia propositum cordis illorum sciens deus & ignauiam, nō illis imputat quæ aduersa postulant, sed ea annuit, quæ danda sunt deum amantibus. Vnde & dominus ait: Scit autē, inquit, pater uester quid uobis opus sit ante quā petatis ab eo. Hi autem secundum propositū uocantur, quos credentes præsciuit deus futuros sibi idoneos, ut antequam crederent scirentur. ¶ Nam quos præsciuit & prædestinauit.) Istos quos præsciuit futuros sibi deuotos, ipsos elegit ad promissa præmia capeffenda, ut hi qui credere uidentur & non permanent in fide coopta, à deo electi negentur, quia quos deus elegit apud se permanent. Est enim qui ad tēpus eligitur, sicut Saul & Iudas, non de præscientia, sed de præsentī iusticia. ¶ Confortes fieri imaginis filij sui.) Hoc dicit, quia ideo prædestinantur in futurum seculum, ut similes fiant filio dei, quod iam supra memorauit. ¶ Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.) Recte primogenitus qui ante omnem creaturam nō factus sed natus est, ad cuius exemplum deus homines in filios sibi adoptare dignatus est. Est & primogenitus in regeneratione Christus. Est & primogenitus ex mortuis, cuius natura ignoratur. Est & primogenitus post uitōriam ascendens in cælos. Primogenitus igitur in omnibus frater noster dicitur, quia homo dignatus est nasci. Dominus uero est, quia deus noster est, sicut dicit propheta Hieremias: Hic est deus noster.

Q Vos autem prædestinauit, illos & uocauit,.) Vocare est cogitantē de fide adiuuare, aut cōpūgere eū quē sciat audire. ¶ Et quos uocauit, ipsos & iustificauit, quos autē iustificauit, hos et magnificauit.) Hoc dicit quod supra, quia quos præsciuit deus pro sibi,

Mat. 6

G 4 hi



COMMENT. D. AMBRO.

hi credentes permanent, quia aliter fieri non potest, nisi quos præcavit deus ipsos & iustificavit, ac per hoc & magnificavit illos ut similes fiant filio dei. De cæteris quos non præcavit deus, non est illi cura in hanc gratiã, quia non præcavit, ac si credant, aut eligantur ad tempus, quia videntur boni, ne iusticia contempta videatur, nõ permanent ut magnificetur, sicut & Iudas Scarioth, aut illi septuaginta duo, qui electi, post scandalum passi recesserunt à salvatore. ¶ Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos? Manifestum est, quia deo nobis testimonium perhibente, quis est qui audeat accusare nos, quando ipse qui iudex est ante præcavit nos & idoneos iudicavit? ¶ Qui proprio filio suo nõ peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Sic securos nos debere esse fidei causa hortatur, ut deum quo præcavit ante quam ex impijs fideles essemus, filium suum pro nobis morti tradidisse, ostendat. ¶ Quomodo non etiã est illo omnia nobis donavit? Deum olim decrevisse dicit remunerandos credentes in Christum. Si enim quod maius & præcipuum est præstitit nobis, ut filium suum verum & charissimum traderet propter nos adhuc impios, quare non quod minus est facturus credatur pro nobis credentibus sibi, quia iam parata sunt credentibus præmia? Minus est enim nobis omnia cum illo donare, quam illum nostri causa morti tradere. ¶ Quis accusabit aduersus electos dei? Neminem audere nec posse iudicium & præscientiam dei in nobis retractare, apertum est. Quis est enim qui possit hæc quæ deus probat, improbare, cum nemo equalis sit deo? ¶ Deus qui iustificat. Hoc in Esaia propheta est, quod hic quasi suum ponit, quia nemo est alius, qui quod probat deus, arguat. Aut ne forte ipse nos deus accuset, sed non potest quos iustificat accusare. ¶ Et quis erit qui condonet? Christus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, & est in dextera dei, qui etiã interpellat pro nobis. Deum, quia nos iustificat, accusare nos negat: simul & Christum damnare nos nõ posse, quia eo affectu diligit nos, ut moreretur pro nobis: & resurgens, semper cau-

IN EPIST. AD ROMA. 105

causas nostras agit apud patrem. Cuius postulatio contemni non potest, quia in dextera dei est, hoc est, in honore quod deus est, ut de deo patre securi, & Christo filio eius, qui iudicaturus est, in fide eorum lætemur. Hinc illud est quod dicit Petro apostolo: Ecce exposulavi Satanas, ut ues uerilet sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua. Hoc ergo modo interpellat pro nobis saluator. Sciens enim impudentiã & altitudinem aduersarij nostri, cum se commouet aduersum nos, si nõ ei assentiamus, saluator noster interpellat pro nobis, ne aliquid uiolenter præsumat circa nos, ut arceatur insolentia eius. Hac causa tamen dicitur filius interpellare, cum ipse agat totum, & æqualis sit deo patri. Et quia unus dicitur deus, ne pater & filius singularis uel unio putaretur, ad personarum distinctionem sic loquitur scriptura, ut & filium non disparem tradat: & patrem quia pater est, & quia ab ipso sunt omnia, præferat. ¶ Quis nos se parabit à charitate Christi? Hoc est, quis nos auertere poterit à dilectione Christi, qui nobis tam magna & innumera præstitit beneficia? ¶ Tribulatio? Sed non facit, quia dilectionem firmi Christiani nulla uincunt tormẽta. Amantis enim plus incitatur charitas, si eum, cuius sensit beneficia, prohibeatur amare. Dum enim putant se immerita eius seminare, memorat beneficia. ¶ An angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te morte afficimur tota die, estimati sumus uelut oves occisionis, sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Hoc scriptum est in psal. 43. Manifestum est ergo hæc omnia, quæ enumerat exitia, tribulationes, pressuras, & mortem non posse conferri uel cõparari charitati Christi, quam seminavit in nobis. Multo enim maiora eius beneficia habemus, quàm hæc sunt omnia quæ uidentur aduersa. Si enim morimur pro illo, quod grauius uidentur in his, & ille mortuus est pro nobis. Sed ille ut prodesset nobis, nostra autem mors non illi proficit, sed nobis. Temporalẽ enim uitam perdimus, ut nobis rependa-

Lucæ. 19



COMMENT. D. AMBRO.

rum aeterna. Et quid mirum si serui moriantur pro bono domino, quando dominus mortuus est pro seruis, & malis. Vincunt ergo beneficia, & exhortantur animum ad perseverandum propter eum qui dilexit nos. ¶ Confidentiam enim, quia neque mors. Confidentia haec de sponsione Christi est, quae promissit in tribulatione adiuuare sibi delectatam fidem. ¶ Neque uita, neque angelus, neque uirtus, neque altitudo, neque profundum, neque praesentia, neque futura, neque alia creatura poterit nos separare a charitate dei, quae est in Christo Iesu domino nostro. ¶ Haec sunt omnia quae ad abductionem nostram a diabolo inferuntur, quae idcirco memorat, ut muniat nos, ut si aduenerint confidentes de spe & auxilijs Christi, armati fide aduersus haec repugnemus. Quid enim si mors illata fuerit: nonne lucrum est maximum occasionem inuenire, quae citius eatur in regnum promissum? Neque si praesens uita promissa nobis fuerit dignitate munita, debet nos auertere a spe & beneficijs Christi, quem scimus, quia non solum in futuro, sed et in praesenti proderit nobis. Nec quidem si angelus nobis ostendat ad seducendos nos, subornatus fallacis patris sui diaboli, praualere debet aduersum nos, cum sciamus Christo ut magni consilij angelo nihil praeponendum. Neque si uirtus ab aliquo facta fuerit, sicut dicitur facta a Symone Mago, qui dicitur in aere sursum, ut populum Christi scandalizaret, uolasse, fidem nostram debet minuere, scintillum saluatorem nube famulante susceptum ascendisse super omnes caelos. Neque si in altitudinem se nobis ostendat. De qua dicit idem apostolus: An ignoratis altitudinem Satanae, a deuotione nos domini Iesu debet auferre, quem scimus descendisse de caelo, ut terrena spiritalibus sociaret. Neque si per phantasiam, qua seducere meditatur, profundum nobis ostendat errorem mirandum, quae territi forte, succumbamus illi: nec sic dignum est ut Christo fidem frangamus, quae scimus nostri causa in profundum terrae descendisse, & morte pressa, genus humanum liberasse. Neque si futura nobis spondeat, quae promissit Euae, assensum dabimus illi, discreti

IN EPIST. AD ROMA. 107

creti a Christo, quem uirtute & natura deum credimus & scimus. Nec si arte & sublimitate astuciae suae aliam creaturam fingat ad horam, sicut sinxerunt Iamnes & Mambres palam Pharaone, conueniens est, ut per haec a deo creatore uero nos reuocet, quae non ignoramus per Christum filium suum creaturam condidisse in aeternum existentem. Quibusdam uideretur aliam creaturam dixisse de idolis, sed non est uerum, quia hanc debuit significare, quae sub admiratione seductionis uideretur fingere Satanas. Nam quis seducatur fidelium ad haec, a quibus recessit manifestato errore? Sed haec meditatur ac iungit, per quae electos possit seducere. Nulla ergo sunt, quae nos possint a charitate dei separare, quae est in Christo Iesu. Deus enim charitatem suam in Christo nobis ostendit, dum tradidit illum pro nobis.

CAPVT IX.

Veritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi reddente conscientia mea in spiritu sancto, quia tristitia est mihi magna, et corinthus dolor cordi meo. Optabam enim ipse ego anathema esse a Christo pro fratribus meis cognatis secundum carnem, qui sunt Israelitae. Quoniam superius contra Iudeos loqui uideatur, qui ex lege iustificari se putant, nunc ut uorum suum & affectum circa eos ostendat, teste conscientia sua in Christo Iesu, & in spiritu sancto dicit se loqui, ut non uelut inimico illorum fides haberi non possit. Ideo Christum & spiritum sanctum, quos nihil latet, testes dat, & quorum testimonium reprobari non potest, qui sic perhibent testimonium Apostolo, dum commendant eum uirtute signorum, quae faciebant per illum. Quia enim tam magnum praesidium Christi, & precipuam charitatem erga genus humanum ostendit, & dignatio eius gloriosa, & immortalia praemia repromissa: ac per hoc doleret genus suum, quod est secundum carnem, quia incredulitate sua



108 COMMENT. D. AMBRO.

sua hoc perenni & salutari beneficio se priuarunt. Ergo optabam, ait, non opto: quia scit fieri non posse, ut tam honestum membrum nullo præcedente uitio abscedere tur a corpore Christiano, affectum tamen & dilectionem circa genus suum ostendit. ¶ Quorum adoptio est filiorum. Iuste se dolere probat, quando prædicat laudem generis eorum, quia olim filij adoptati, affectum & gratiam dei patris irritum habuerunt. Adiecit adhuc, ut & alios dolere pro his faciat, dicens: ¶ Et gloria, & legislatio, & testamēta, & obsequium, & promissa, quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen. Tanta præconia nobilitatis & dignitatis generis Iudæorum, & promissionum enumerat, ut omnibus pro his dolorem incutiat: quia non recipiendo saluatorem, prærogatiua patrum & promissionis meritum perdidit, peiores gentilibus facti, quos prius, quia sine deo erant, abominabatur. Propensius enim malum est dignitatem perdidisse, quam non habuisse. Interea de saluatore dicit: Qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen. Quando enim nulla paterni nominis sit merito, & de Christo sermo est non potest differri ne deus dicatur. Frequenter enim scriptura propter unius dei professionem, si de deo patre loquitur, & deo adiungit filium, deum patrem uocat, & filium dominum. Si quis autem non putat de Christo dictum, qui est deus, det personam de qua dictum est. De patre enim deo hoc loco mentio facta non est. Sed quid mirum, si in hoc loco Christum deum super omnia aperta uoce loqueretur, de quo alia in epistola, hunc sensum tali sermone firmavit, dicens: Ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Hæc sunt omnia, super quæ deus Christus est. Neque enim, exceptis his, sunt aliqua, ut non super omnia deus Christus sit, nec potest genu flecti ab omni creatura, nisi deo. Denique Ioannes apostolus, inscius cum angelum ut deum uellet adorare, audit ab eo: Ne feceris, quoniam conseruus tuus sum, deum, inquit adora. Nec dominus utique adorari

Phil. 2

Apo. 19

IN EPIST. AD ROMA. 109

rari se pateretur, nisi quia deus est. Si quo minus, usurpasse dicitur, & peccasse, quod absit, cum ipse diabolus increpans, dominum deum adorandum, & ipsi soli seruiendum, ostendat. Nihil ergo præiudicatur deo patri, cum adoratur Christus ut deus, quia & cum soli deo seruiendum dicitur, seruitur & Christo. Dicit enim alio loco: Qui in his seruit Christo, placet deo. Quid ergo superest, nisi ut pater deus, & filius deus, & nihilominus unus deus credatur uterque? Siue enim patrem quis adoret, siue filium, unum deum dicitur adorare: & seruire patri aut filio, uni deo seruitiū exhibetur. Nulla igitur discretio est, quia qui adoratur filium, adoratur & patrem: & qui seruit patri, seruit filio. Et ut sine adulatione deitatis huius confessionem esse doceret, in conclusione posuit: Amen, hoc est, uerum est, ut Christum deum super omnia in ueritate ostenderet benedictum in secula.

Non autem excidit uerbum dei. Non excidit uerbum dei dicentis: In Isaac uocabitur tibi semen, id est, hoc euenit, inquit, quod dixit deus futurum ut non hi dicerentur semen esse Abrae, qui filij eius essent secundum carnem: sed isti, qui fidem acciperent, per quos natus est Isaac, reformatam tempore Christi: non iam speciale, sed generale, ut quod Abraam credidit de Isaac, isti crederent de deo & Christo, qui natus est dei filius ad salutem humani generis redimendam. ¶ Neque omnes qui sunt ex Israël, hi sunt Israhelitarum: neque quia semen sunt Abrae, omnes filij dei, sed in Isaac uocabitur tibi semen. Hoc est quod uult intelligi, non iam ideo dignos esse omnes, quia filij sunt Abrae, sed illos esse dignos, qui filij promissionis sunt: id est, quos præscit deus promissionem suam suscepturos, siue ex Iudæis, siue ex gentibus. Hi enim digni sunt dici Israhelitarum, id est, uidentes deum qui credunt. Nam de Isaac utique omnes hi filij sunt Abrae, quia omnis propago generis Iudæorum ex Abraam per Isaac est. Sed quia sicut dixi, hi sunt uere filij Abrae, qui promissionem sequuntur, quæ in Isaac facta est, ac per hoc reliqui filij non sunt dicendi Abrae, Abraam enim credens, Isaac accepit

Gen. 28



COMMENT. D. AMBRO.

cepit propter fidem, quia credidit deo. In quo mysterium future fidei designatum est, ut illi essent fratres Isaac, qui eandem fidem haberent, in qua Isaac natus est: quia Isaac in typo saluatoris natus est ex promissione, ut qui crediderit Christum Iesum promissum esse Abrae, hic sit filius Abrae, frater uero Isaac. Dictum est ergo Abrae, quia in semine tuo benedicentur omnes gentes: quod utique in Isaac factum non est, sed in eo, qui in Isaac promissus est Abrae, qui est Christus, in quo omnes gentes benedicuntur credentes. Ceteri ergo Iudaei filii sunt carnis, dum promissione priuantiur: nec deputari possunt merito Abrae, qui fidem non sequitur, per quam dignus exitit Abrae. ¶ Id est, non qui filii carnis, hi sunt filii dei: sed qui filii promissionis, aestimantur in semine.) Apertum est, quia non possunt dici filii dei. Hi enim ex concupiscentia carnis nati sunt, isti uero ex fide spiritaliter, secundum quod promissum est Abrae, ut hi aestimarentur semen esse qui cederent. ¶ Promissionis enim uerbum hoc est, ad hoc tempus ueniam, & habebit Sara filium.) Hoc in Genesi habetur, ut quod praefiguratum in Christo est, ut futurus Christus promitteretur filius Abrae, in quo promissionis uerbum impleretur, ut in Christo benediceretur omnes gentes terrae. Quando enim promissio facta est Abrae, & addiuit: Quia in semine tuo benedicentur omnes gentes terrae, Christus utique illi, promissus est ex traduce Isaac, in quo hoc impletum uidemus. ¶ Non solum autem haec, id est Sara, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patrem nostrum.) Non tantum ergo Saram in typo dicit generasse Isaac, sed & Rebecca uxorem Isaac. Sed alia causa est in Isaac, alia in Iacob & Esau, quia Isaac in figura saluatoris natus est, Iacob uero & Esau duorum populorum habent typum. i. credentium & non credentium, ut cum ex uno sint, diuersi sint tamen. In singulis enim & genus significatur, ut hi unius generis dicantur, qui in causa fidei unum sunt uel perfidiae. Vnus enim significatur in multis, non per traducem carnis, sed per communem causam: quia & ex Esau Iacob filii dicendi sunt, & Iacob Esau imputan-

di

I NEPIST. AD ROMA.

121

di sunt filii. Nec enim quia Iacob laudatur, omnes ex eo nati filii eius merito dicendi sunt: aut quia Esau displicet, omnes ex eius origine reprobi sunt, cum uideamus & de Iacob traduce natos factos perfidos, & de Esau fideles & deo charos. Nam quia & de Iacob multi sunt perfidi, dubium non est. Omnes enim Iudaei non credentes, aut credentes ex eo habent originem. Et quia de Esau sunt boni & fideles, probat Iob, qui est ex filiis Esau quintus ab Abraam, hoc est, nepos Esau. ¶ Nam cum nati nondum fuissent, aut aliquid egissent bonum uel malum, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est: Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.) Hoc in Malachia habetur. Praescientiam dei flagitat in his causis. quia non aliud potest euenire, quam nouit deus futurum. Sciendo enim quod unusquisque illorum futurus esset, dixit: Hic erit dignus, qui erit minor: & qui maior, erit indignus. Vnum elegit praescientia, & alterum spreuit. Et in illo quem elegit, propositum dei manet: quia aliud non potest euenire quam scit & proposuit in illo, ut salute dignus sit. Et in illo quem spreuit, simili modo manet propositum quod proposuit de illo, quia indignus erit. Hoc quasi praescius, non personarum acceptor. Nam neminem damnat, antequam peccet: & nullum coronat, antequam uincat. Hoc pertinet ad causam Iudaeorum, qui sibi praerogatiua defendunt, quod filii sint Abrae. Apostolus autem consolatur se, ut quia dixerat dolorem habere se cordis continuum causa incredulitatis eorum, quorum adoptio erat filiorum, & legis constitutio, & ex quibus CHRISTVS saluator, sicut & ipse ait, quia salus ex Iudaeis est: tractata lege inuenit: quia non omnes qui ex Israel sunt, credituri sunt: neque quia dicuntur filii Abrae, omnes Abrae filios dicendos, sicut supra memorauimus. Minuit ergo dolorem suum, inueniens olim praedictum, quod non omnes essent credituri, ut hi soli doceant, qui per inuidiam in incredulitate laborant. Possunt tamen



COMMENT. D. AMBRO.

tamen credere quod ex subiectis aperit. Incredulis tamē prædictis non ualde dolendum est, quia non sunt prædestinati ad uitam. Præscientia enim dei olim hos non saluandos decreuit. Quis enim plangat eum, qui olim mortuus habetur? Sed subintrantibus gentibus, quæ sine deo prius erant, & salutem quam illi perdidērunt, accipientibus, exuscitur dolor: sed iterā quia ipsi sibi perditionis causa sunt, sopitur. Præsciū itaq; deus malæ illos uoluntatis futuros, non illos habuit in numero bonorum, quāuis dicat saluator illis septuagintaduobus discipulis, quos elegerat secundā classe, qui ab illo postea recesserūt: Nomina uestra scripta sunt in celo. Sed hoc propter iusticiam, quia hoc est iustum, ut unicuiq; pro merito respondeatur. Quia enim boni erant, electi sunt ad ministerium, & erant scripta nomina illorū in celo propter iusticiam, sicut dixi: secundum præscientiam uero in numero erant malorum. De iusticia enim deus iudicat, nō de præscientia. Vnde & Moyſi dicit: Si quis peccauerit ante me, delebo eum de libro meo uitæ, ut secundum iusticiam iudicis tunc uideatur deleri cum peccat, iuxta præscientiam uero nunquam in libro uitæ fuisse. Hinc & apostolus Ioannes de huiusmodi ait: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscum. Nō est personarum acceptio in præscientia dei. Præscientia enim est, qua diffinitū habet qualis uniuscuiq; futura uoluntas erit, in qua mansurus est, per quam aut damnetur aut coronetur. Deniq; quos scit in bono mansuros, frequenter ante sunt mali: & quos malos scit permanentes, aliquotiens prius sunt boni. Vnde cessat querela, quia deus acceptor personarū non est. Nam & Saul, & Iudas Scarioth ante fuerunt boni, dicente scriptura de Saul: Erat uir bonus, & non erat illo melior in filiis Israël. Et de Scarioth dicit Petrus apostolus: Qui sortitus est sortem ministerij huius in signis & prodigijs faciendis. Quomodo igitur ministeriū salutare sortiretur, nisi esset bonus? In sorte enim dei iudicium fuit, dignum illū fuisse tempore illo, quo electus est.

IN EPIST. AD ROMA. 113

est: sicut illi septuagintaduobus, quos supra memorauimus. Hinc est, unde & Iudas post mali totius admittum scelus penitentia motus, laqueo uitam finiuit. Non potest enim in aliquo omne bonum penitus obliterari, quippe cū natura non possit immutari, sed uoluntas: non in omnibus tamen causis, quia remanet in natura, quod testimonio fit creatori.

Quid ergo dicemus, nunquid iniquitas apud deum? Absit. Quia enim unum diligit & alterū odit, nunquid, ait, iniquus est? Non planē, sed iustus. Scit enim quid faciat, & nec retractandum est eius iudicium. Hoc in Malachia propheta habetur: Iacob dilexi, Esau uero odio habui. Hoc iam de iudicio dicit. Nā prius de præsciētia ait: Maior seruet minori. Sicut & de præscientia Pharaonem damnauit, sciens non correpturum: Apostolum uero Paulum persequentem elegit, præsciens utiq; quod futurus esset bonus. Hunc ergo præcūnit ante tempus, quia necessarius erat: & Pharaonem ante futurum iudicium damnauit, ut crederetur iudicaturus.

¶ Moyſi enim dicit: Miserebor cui misertus ero: & misericordiam præstabo, cui misericordiam præstitero. Ergo miserebor, inquit, eius cui misertus ero, hoc est, eius miserebor, cuius præsciens eram quod misericordiam daturus essem, sciens conuersurum illum & permanentem apud me. Et misericordiam præstabo ei, cui misericordiam præstitero: id est, ei misericordiam dabo, quem præsciens post errorem recto corde reuerſurum ad me: hoc est, dare illi cui dandum non est, neq; non dare illi cui dandū est, ut eum uocet quem sciat obaudire, illum autem non uocet quem sciat minime obaudire. Vocare est autem cōpungere ad recipiendam fidem. ¶ Igitur non uolentis neque currentis, sed miserentis est dei. Recte dicit, quia non in uoluntate petentis, sed in dantis arbitrio debet esse quod postcitur. An enim dandum sit, dantis debet iudicio pensari. Nam Saul peccans, cum petisset ueniam, non accepit: At contra Dauid peccans, & ignoscī sibi ueniam postulans, consecutus est. Ex hoc utiq; dantis deū

Mat. 27

Malach. 1

Gen. 25

Exo. 33

H & not



COMMENT. D. AMBRO.

& non dantis iudicium sequendum est, quia non iniuste iudicat, qui omnes saluos uult, manente iusticia. Inspector enim cordis scit petentem, an hac mente poscat, ut mereatur accipere. Et quamuis periculosum sit iudicium dei discernere, tamen propter diffidentes, ut mens eorum medelam consequi possit, ne putet iudicium dei iniustum, dicentes: Vnum uocat & alterum negligit, sic arbitantes excusari posse damnandos, rebus istud potius probemus quam uerbis. Vbi enim reru gestaru exempla sunt, nemo audet queri, nec aliquam excusationem obtendere. Duo fuerunt, Dauid & Saul. Requiramus historias qualis unusquisq; eorum reperitur post iudicium dei, ut si Saul bene seegisse, postquam misericordiam non accepit, probetur, iniustum, quod absit, dei iudicium arbitremur: Aut si Dauid accepta misericordia, deum contempsisse inueniatur, an in eo manserit, in quo misericordia consecutus est, & utatur dispendio. Vterq; necessitatem passus est regni. Et quanta fuit necessitas Dauid, ut filius eius uellet cum regno priuare. In qua necessitate stens, nudo pede iter faciebat, ut fugeret rex, & dux populi dei intantum humiliatus, ut & in faciem sibi seruo suo maledicenti non responderet, ut per patientiam deum sibi propitium faceret, per quem regnum sibi creditur reseruari. Saul autem nec in tali necessitate inuentus, quia maius malum est intestinum bellum quam externum, insuper ferens, quia semel & iterum non sit auditus cum esset indignus: nec in prece perstitit, ut meritum sibi faceret quod esset dignus, sed impatiens & de dei iudicio indignatus, ab idolis quae prius uelut nullius momenti damnauerat, auxilium requisit. Ecce iustum esse iudicium praescientiae dei, etiam nolentibus manifestum est. ¶ Dicit enim scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipso te seruauit, ut ostendam in te uirtutem meam, & ut nuncietur nomen meum in uniuersa terra. ¶ Alij codices sic habent: ¶ Ad hoc te suscitauit, ut ostendam in te uirtutem meam. ¶ Siue seruauit, siue suscitauit, unus est sensus. ¶ Hoc enim dicit, quia cum Pharao, quod nomen regu erat apud

EXO. 3

I NEPIST. AD ROMAN. 113

apud Aegyptios, sicut & apud Romanos reges Augusti appellatur. Hic ergo Pharao, cum tantis malis esset reus, ut uiuere non deberet, nunquam futurus bonus, ne se aut merito uiuere, aut deum quem sepe fallendum censebat, ad uindictam danda impotentem putaret, audit a deo: Ad hoc te seruauit, ut ostendam in te uirtutem meam, & ut nuncietur nomen meum in uniuersa terra, ut in hoc caetera gentes addiscerent non esse alium deum praeter hunc, qui Iudaeorum erat, et factus est Christianorum: quauis & illi Christiani fuerint, & nos nunc sumus Iudaei propter Iudam, ex quo Christus est secundum carnem: quia Iudaei ueteres sperando futurum Christum redemptorem, Christiani erant. Nam Raab meretrix dicit exploratoribus missis a Iesu Naue, qui prius Auxes dicebatur: Audite sunt hic uirtutes & plagae, quae factae sunt in Aegypto a deo uestro, & conterriti sunt nimis, timent enim a facie uestra. Ad hoc enim seruatus est Pharao, ut multa signa & plagae ostenderentur in illum, quasi iam mortuum. Suscitatus autem dicitur est, quia cum apud deum mortuus esset modicum tempus accepit ut uiuere uideretur: ut esset, in cuius poenam & uaria tormentorum genera usq; ad mortem, omnes qui sine deo erant, metu territi, hunc solum deum esse cum admiratione maxima faterentur, a quo haec uindictae sunt. Hoc etiam genere antiqui medici in hominibus morte dignis, uel mortis sententiam cosecatis, requirebant quomodo prodesse uiuis, quae in homine latebant, apertis his cognoscerent causas egritudinis, ut poena morientis proficiat ad salutem uiuentis.

Igitur cui uult miseretur, & quem uult indurat. Dicitur itaq; mihi. ¶ Ex persona contradicentis loquitur, qui quasi putet deum neglecta iusticia alicui grauius, ut unum e duobus paribus accipiat, alterum respiciat: hoc est, unum compugnat ut credat, alterum indurat ne credat. Cui quidem ex autoritate respondit, seruata tamen iusticia ex supra memorata praescientia dei, dicens: ¶ Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? ¶ Primum dicit, quia resisti ei non potest. Est enim potens

Iosua. 1

H 2 tisse



COMMENT. D. AMBRO.

tissimus ultra omnes. Deinde quia deus omnium est, & parens, & ideo nulli male uult. Quæ fecit enim incolumita uult manere. Nec enim competit ei ut iniustus sit, cuius beneuolentia tanta apparet, ut non solū faceret esse quæ non nō erant, uerum ea ipsa uita æterna donaret & gloria, ut opus eius aliquid maiestatis eius simile haberet. Qui ergo tam prouidus & bonus est, ambigi non debet, quia iustus est. ¶ O homo tu quis es, qui respōdeas deo? Magna est, inquit, indignitas & præsumptio, hominem respondere deo in aduersis, iniquum iusto, malum bono, imperitum perfecto, infirmum fortissimo, corruptibilem incorrupto, mortalem immortalī, seruum nequā domino, creaturam conditori. ¶ Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? Hoc de Esaia propheta est, quod hic quasi proprium ponit, quo ostendit contra autorem opus eius queri non posse. In potestate enim autoris est, qualem uelit condere creaturam. ¶ An aliud quidem uas in honorem, aliud uero ad contumeliam? Manifestum est, uasa aliqua fieri ad honorē, quæ ad usum honestos sint necessaria: alia uero ad contumeliā, quæ instrumenta sint culinārum, unius tamen esse substantiæ, sed differre uoluntate opificis in honore. Ita & deus, cum omnes ex una atq; eadem massa simus in substantia, & cuncti peccatores, alij miseretur & alterum despiciat non sine iusticia. In figulo enim sola uoluntas est, in deo autem uoluntas cum iusticia: scit enim cuius debeat misereri, sicut supra memorauit.

Esa. 45

¶ Quod si uolens deus ostendere iram, & manifestare potentiam suam, in multa sustinuit patientia, in uasis iræ præparatis in interitum. Ipse senius est, quia uoluntate & longanimitate dei, quæ est patientia, præparantur infideles ad penam. Diu enim expectati, conuerti noluerūt. A deo ergo expectati sunt, ut inexcusabiles perirent. Sciuit enim deus hos non credituros. ¶ Et ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasis misericordiæ, quæ præparauit ad gloriam. Patientia &

lon-

IN EPIST. AD ROMA. III

longanimitas dei ipsa est, quæ sicut malos præparat ad interitum, ita & bonos præparat ad coronam. Boni enim sunt, in quibus spes fidei est. Omnes enim sustinet, sciens exitum singulorum: ac per hoc patientia est, quæ illos, qui ex malis corriguntur, aut in bono pseuerantes sunt, præparat ad gloriam dei. Diuitiæ autem gloriæ sunt, diuitias multiplex præparata credentibus. Eos autē qui ex bonis fiunt mali, & in ccepto malo perdurant, præparat ad perditionem. Hoc est autem manifestare potentiam suam in multa patientia, quia cum putatur nō uindicaturus, quia diu dissimulat, cum cœperit uindicare, apparebit eius potentia: quia cum possit statim uindicare, diu sustinuit, ut perfidi queri non possint damnati.

Præparare est autem unumquēq; præscire quid futurū est. ¶ Quos & uocauit nos, non solum ex Iudæis, sed etiā ex gentibus. Hos ergo quos uocauit, præparauit ad gloriam, siue eos qui prope erant, siue illos qui longe, sciens permanuros in fide. ¶ Sicut in Osee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & nō dilectam, dilectam. Erit enim in loco ubi uocabuntur non plebs mea, ibi uocabuntur filij dei uiui. Apertū est ihud de gentibus esse prædictum, quæ prius non erant plebs dei: postea autem ad opprobrium Iudæorum, misericordiam accipientes, uocatae sunt plebs dei: & qui dilecti ante nō erāt, abdicatis Iudæis adoptati in filios & dilecti sunt, ut in loco ubi nō uocabant plebs dei, ibi uocarent filij dei uiui. Pri' enim nūq; uocabant filij dei, nisi in Iudæa: hoc ē Hierosolymis, ubi domus dei erat, sicut dicit in psal. sexagesimo quinto: Notus in Iudæa deus. Postea autē in propheta Zacharia: Ponam, inquit, Hierusalem in omnibus gentibus, quæ est Ecclesia. Hinc dominus ait Iudæis, Quia tolletur a uobis regnum dei, & dabitur genti faciēti fructū eius.

Zacha. 12

Mat. 21

¶ Esaias autem clamat pro Israël. Hoc dicit, quia Esaias clamat pro his qui credunt in Christum. Hi enim uere sunt Israëlita, sicut dicit dominus ad Nathanaël: Ecce uere Israëlita, in quo dolus non est.

Ioan. 1

H 3 ¶ Si



COMMENT. D. AMBRO.

¶ Si fuerit numerus filiorum Israël tanq̄ arena maris, reliqua salua fiet. Recedentibus Iudeis à merito & promissione patrum, fide illa non recipiunt, hi relique sunt, qui credendo in fidē promissionis patribus facta, sunt fideles effecti. A lege enim recedunt, qui in eum quem lex solum ad salutem sufficere promisit, nō credunt. Igitur apostata habeantur necesse est, qui dum Christum nō recipiunt, rei sunt uiolatae legis. De maxima itaq; multitudine solos credētes dicit saluari, quos pr̄scit deus. ¶ Verbum enim cōsummans & breuians in æquitate, quia uerbum breuiatum faciet dominus super terram. Saluari hos promittit, quos reliquos dicit per uerbum, quod iuste definiens, breuiauit dominus super terram. Conuenit enim, ut in solo nomine domini cōditoris contetur salutem creatura, hoc est, per fidem: quia sublatis omnibus neomenijs, & sabbato, & circumcisione, & lege escarum, & oblationibus pecorum, sola fides posita est ad salutē, quae abbreviata ex lege est: quia quod in fide est, in lege habetur quasi principale legis, dicēte saluatore:

Ioan. 5 De me enim scripsit Moyses. Abbreviata ergo lege reliqui Iudeorum saluantur. Ceteri uero saluari non possunt, quia per definitionem dei spernuntur, per quam genus humanum saluandum decreuit. ¶ Et sicut pr̄dixit Esaias: Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuisset, & sicut Gomorra similes fuisset. Hoc semen, quod de omnibus solum relictum & reseruatum est ad reformationem generis humani, Christus est & doctrina eius. Sicut & ipse dicit: Semen est uerbum dei. Hoc ergo nobis olim promissum, sublaris quæ oneri erant legis, reliquit ad redemptionem, ut data remissione peccatorum, non periremus à lege, sicut perit Sodoma. Saluatorem ergo relictū nobis dicit ad suffragium uitæ, quam lex præuidere nō potuit, quem ab initio deus natus decreuit: qui propterea quod solus sine peccato inueniretur, deus: scio humani generis hoste, omnium peccata deleret. Hoc & in Apocalypsi Ioannis habetur:

Apo. 5 Quia nemo, ait, dignus inuentus est, siue in celo siue in terra

IN EPIST. AD ROMA. 119

ra, qui aperiret librū & signacula eius, nisi saluator qui uicit mortem. Hoc ergo est semē quod olim promissum reseruauit deus, ut tunc fructificaret, quādo omnium tã Iudeorum quã gentilium peccata repleta erant. Fructus autem eius est, indulgentia peccatorum. Nisi enim Christus fuisset reseruatus, quē idcirco semen dicit, quia per ipsum reparatum est genus humanū, interisset progenies Abraę, eo quod peccatis obruti erāt, & lex eis prodesse nō potuit. Idcirco hunc sequendum docet, qui præfidium contulit uitæ.

¶ Vid ergo dicemus? Quod gentes, quæ non sectabantur iusticiam, comprehenderunt iusticiam, iusticiam autem quæ ex fide est. Quoniam iusticia est in lege, quæ credita mundo est, quæ prohibet peccare: idcirco gentes non hanc iusticiam dicit comprehendisse, quæ natura magistra dinoscitur, sed eam iusticiam quæ ex fide est Christi. Deo enim hæc uera iusticia est & permanens, si ipse agnoscat. Quid enim est tam iustum, q̄ cognoscere deum patrem, ex quo sunt omnia: & Christum filium eius, per quē sunt omnia. Prima ergo hæc iusticia est agnoscere creatorē, deinde custodire quæ præcepit. Gentes ergo quæ prius non requirebant iusticiam, id est, legem, quæ creatori testimonij perhibebat, uenientes inuenerunt iusticiam superabundantem plus q̄ scribarum & pharisæorum. Qui enim tunc, quod minus est, non sectabantur, cōprehenderūt postea quod maius est: Iudei autē in lege positi, q̄ proficere magis debuerant, deteriorauerunt. ¶ Nā Israël sectando legē iusticie, in legē iusticie non puenit. Perfectio legis fides est, quæ gentes apprehendētes, totā legē implere uidentur. Iudei autē dum per inuidiā saluatori non credunt, iusticiam quæ in lege mandata est uendicantes, id est sabbatum, circumcisionem, & cetera, in legem non peruenerunt, hoc est, legem non perfecērunt: & qui nō perficiunt legē, rei sunt iuxta legem. Hic enim implet legē, qui à lege Moyfi peruenit ad fidem Christi. ¶ Quare? Quia nō ex fide, sed quæ si ex operibus. Spērnentes enim fidem, quæ, sicut dixi,

H 4 per-



perfectio legis est, ex operibus legis iustificari se dicebāt id est, per sabbatum, neomenias, circumcissionem. &c. immemores scripturę dicentis: Quia iustus ex fide uiuit. Iusticia autem legis idcirco dicitur, quia iusto iudicio dei hæc Iudæis data sunt propter duriciam cordis illorum, ut si mustelam fortè quis mortuam calcasset, aut tetigisset aliqua morticina: aut si forex in uas ruisset, immundum diceretur, quod magna cum sollicitudine obseruantes, ex quacunq; causa incurrebant, ut immundi essent. Si autem sanguis mustelę pauimentum maculasset, non leuit cura expiandum erat, & ut à cibis melioribus abstineretur. Sabbatum uero & circumcisio propriam habuerunt iusticiam tēpore suo, quia in figura data sunt. Hoc dominus per Ezechiel prophetam ostendit, inter cętera dicens: Propterea dedi illis præcepta non bona, quia erant irreuerentes & infideles. In aduentu autē Christi, qui salutare donum erat daturus, per Hieremiam prædicat dicens: Dabo illis testamentum nouum, nō quale dedi patribus illorum. Hoc testamentum legem uocat, in quam non peruenerunt, sicut supra memorauī. Nam cū gentibus quę crediderant, hanc sarcinam obseruationis Iudæi credentes uellent imponere, tunc apostolus Petrus ait: Quid imponentis iugum supra ceruicem fratrum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuerunt? A tempore enim Christi indulgentia data est promissa in lege. Ait enim Esaias propheta: Veniet ex Syon qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob, & hoc illis à me testamentum cum abstulero peccata eorum, hoc est nouū testamentum promissum à deo in Christo. ¶ Offenderūt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Syon lapidem offensionis & petram scandali: & q̄ crediderit in illum non confundetur. Hoc in Esaiā habetur. Multorum relatione compertum est, in petra uel lapide Christum esse significatum. Daniel enim propheta lapidem hunc dicit, qui abscisus à monte sine manib; percussit & comminuit omnia regna, & repleuit omnē terram, quod euidenter de Christo dictum est. Et in le-

Ezc. 20

Hier. 31

Acto. 15

Esa. 28

Daniel. 2

g.

ge, petra, de qua fluxerunt aque, Christus est appellatus. Petra autem, inquit, erat Christus. Et Petrus Apostolus inter cętera ad Iudæos ait: Hic est lapis, qui reprobatus est à uobis ædificantibus. Offensio ergo posita in Syon, Christus est. Syon uero altitudo est, siue ciuitas ipsa Hierusalem, quę propter notitiam dei non immerito excelsa dicta est, in qua saluator à deo patre suo positus prædicator, offensio factus est Iudæis, dum se filium dei prædicat, natus de spiritu sancto ex muliere. Per corpus autē eius scandalum passi sunt, & dicebant: Nonne mater & fratres eius apud nos sunt? Quomō ergo hic dicit, Quia de cęlo descendit? Nolebant enim uerba gestis comparare, ut perinde agnoscerent non absurdum esse, quod dicebat de cęlo se descendisse, quasi corpus operaretur, & nō deus latens, operibus tamen se prodens in corpore. Petra ergo hæc scandalum est Iudæis & offensio, quę petra sine dubio corpus intelligitur saluatoris. Hęc excisa sine manibus propterea, quasi sine uiro de spiritu sancto facta de uirgine est.

Acto. 4

Ioan. 6

CAPVT X.



Ratres uoluntas quidem cordis mei & obsecratio fit ad deū pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis, quod emulationem dei habent, sed nō secundū agnitionem. Quoniam à lege uult eos auerre credentes, quia uelamen est Iudæis, ne hoc odio Iudaismi facere uideretur, ostendit affectum suum circa illos: & legi dat multum, sed docet tempus iam seruandę legis nō esse: ac per hoc providere se illis uelle testatur, si modo audiant illum ac probent suum non esse inimicū, quando & testimonium perhibet illis nobilitatis & traditionis paternę. ¶ Ignorantes enim dei iusticiam, & suam quærentes constituere, iusticię dei non sunt subiecti. Per ignorantiam dicit non illos credidisse in Christum: emulationem quidem dei habentes, sed uoluntatem

H 5 lunt-



COMMENT. D. AMBRŌ,

Iustitiam & consilium eius nescientes, contra deum agebant, quem se defendere testabantur. De his dicit, qui nō maleuolentia & inuidia, sed errore Christum non receperunt. Quibus & Petrus apostolus dicit: Scio fratres, quia per ignorantiam gessistis hoc malum, sicut & principes uestri. Ignorantes enim hunc esse Christum, quem promiserat deus, alterum expectandum dicebant. Huic iustitias suas, quas ex lege habebant, anteponebant, qui est dei iustitia in fide. Iustitia enim ipse est, quia quod p̄ miserat deus, in ipso impleuit. ¶ Finis eā legis Christus ad iustitiam omni credenti.) Hoc dicit, quia perfectionē legis habet, qui credit in Christum. Cum enim nullus iustificaretur ex lege, quia nemo implebat legem, nisi qui speraret in promisso Christo, fides posita est, quæ crederet perfectionem legis, ut omnibus prætermisissis, fides factis faceret pro tota lege & prophetis.

Leuit. 18

Moyses enim scripsit iustitiam quæ ex lege est, quia qui fecerit homo ea, uiuet in eis.) Hoc dicit quia iustitia legis Moyſi reos illos non faciebat ad tempus, si seruarietur, id est uiuebant faciendo legē, debitores enim erāt. Hoc dictū est in Numeris & in Leuitico. ¶ Quæ autē ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendit in cælum?) Hoc in Deuteronomio dictum est, quod hic interpretatur in Christo, dicens: ¶ Hoc est Christiū deducere. Aut quis descendit in abyſſum, id est Christiū ex mortuis reducere.) Hoc propriū apostoli est. Itaq; iustitiam hanc dicit esse fidei, si nō dubitetur de spe dei quæ in Christo est, ne diffidēs dicat: Quis potuit ascendere in cælum? quia ideo passus est, ut expoliatis inferis uirtute patris, deuicta morte resurgēs cum animabus ereptis in cælum ascenderet. Omnis enim quicumq; uiso saluatore apud inferos sperauit de illo salutem, liberatus est, Petro apostolo hoc testante. Dicit enim, quia & mortuis prædicatus est. Qui de his ergo in corde suo non dubitat, iustificatus est ex fide. Ex lege autem iustificari timor facit. Timet enim legem, quia uidet illam p̄nam inferre peccantibus. Ideo non magna iusti-

I N EPIST. AD ROM.

115

iustitia legis est, nec meritum collocat apud deum, sed ad præsens: fides autem, quia incredulis iustitia est, mercedem habet apud deum, de quo quod non uidetur speratur. ¶ Sed quid dicit scriptura? Propē est uerbū in ore tuo, & in corde tuo.) Hoc scriptū est in Deuteronomio, quia non est longe ab animo nostro uel ore, quod nobis dicitur ut credamus. Quāuis enim oculis non uideatur, à natura tamen animorum & loquendi ratione nō discordat quod credimus. In ipsa enim natura inserta sunt uelut semina, quæ auditu & uoluntate exculta, fructificant testimonium creatoris. ¶ Hoc est uerbum fidei, quod prædicamus.) Nullum opus dicit legis, sed solam fidem dandam in causa Christi. ¶ Quia si confitearis in ore tuo Christum dominū Iesum, & crederis in corde tuo quod deus illum excitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.) Quæq; superius locutus est, hic illa manifestauit, hęc esse regulā fidei, credere dominū esse Iesum, & non erubescere profiteri, quia deus illum ex mortuis reducens, deduxit illum in cælum cum corpore, unde uenerat incarnandus, ne incurrat sententiam euāgelicā dicentem: Multi, inquit, ex principibus crediderunt in Iesum, sed palām nō profitebantur propter Iudeos. Maluerunt enim gloriam hominum magis, quām gloriam dei. ¶ Dicit enim scriptura per Esaiam: Omnis qui credit in illum, non confundetur.) Cum examen ceperit fieri omnium rerum in die iudicij, & omnia falsa cōmentia uel dogmata in confusionem deduci, tunc in Christum credentes tripudiabunt uidētes omnibus manifestari: quia quod crediderunt, uerum est & prudens, quod putabatur stultum. Aspicient enim inter ceteros se solos gloriosos & prudentes, qui estimati fuerant contemptibiles & stulti. Illic est em̄ uera probatio, ubi remuneratio & cōdemnatio. ¶ Non est enim distinctio Iudæi & Græci.) Generaliter omnes aut confundi propter diffidentiam dicit, aut sublimari causa credulitatis: quia sine Christo apud deum nulla salus est, immo p̄na est aut mors.

Deut. 30

Ioan. 12

Esa. 18

Nec



COMMENT. D. AMBRO.

Nec enim Iudæos commendare poterit prerogatiua patrum aut legislatio, qui meritum & promissionem patrum non receperunt. Gentes autem nullum habent testimonium, quo uel secundum carnem commendentur, nisi credant in Christum. ¶ Nam idē dominus omnium, diues in omnibus qui inuocant illum. Manifestū est ad omnes hoc pertinere, siue Iudæos siue Græcos: quia sine uocatione domini Christi nemo uiuit apud deū. Cū ergo omnium dominus sit, consentiēte Petro Apostolo, & dicente: Hic est, inquit, omnium dominus, diues tamen non est, nisi in his qui inuocant illum, quia ipsi accipiēt remunerationem. Perfidis uero non est diues, quia participes non sunt honorū eius. Neq; eū accipiēt quod daturum illum non crediderunt, & tamen non dixit deum diuitem credentibus, sed inuocantibus illā, ut postq; credidit, non desinat animus id postulare, quod a deo semper doctus est postulandum. Quia in Euangelio Lucę dicit, propter aduersariū, quia subtilis & uersutus est, semper orandum esse. Credentibus autem sola datur remissio peccatorum. Sequitur autem ut precibus deditis, liberetur a malo, & possit cōsequi quod promisit deus toto corde uigilantibus. ¶ Omnis enim, quicumq; inuocauerit nomē domini, saluus erit. In Michæa dictum est: Ipse deus, qui uisus est Moysi, dicit: Nomen mihi dominus. Hic est filius dei, qui ideo & angelus & deus esse dictus est, ut non ipse esse, a quo sunt omnia putaretur, sed hic esse, per quē sunt omnia, ut ad id pertineat, quia deus dictus est quod unum sunt pater & filius. Angelus autē ad hoc, quia nuncius promissæ salutis est, missus a patre: & missus ideo dicitur, ut nō ipse pater esse credatur, sed ab eo genitus: ideoq; quicumq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. Hoc sensu & Moyses locutus est: Quicumq; ait, non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Si ipse est omnium dominus, ipse inuocatur a feruis. Et quia uerus est, adiecit:

Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt? Certe Christo nō credunt Iudæi ipsi quem

INEPIST. AD ROMA. 114

quem dixit dominū. Hoc sequitur quod supra dixi, quia prius credendum est ut sit fiducia postulandi. ¶ Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Apertum est nō posse credi illi, cui obedientia denegatur. ¶ Quomodo autem audient sine prædicante? Nec hoc obscurum est, quia qui prædicanti resistit, autorem eius non recipit. ¶ Aut quomodo prædicabit, nisi mittantur? Neq; istud recipit quæstionem, quia non erunt ueri apostoli, nisi a Christo mittantur: nec poterunt prædicare sine autore: nulla enim his signa uirtutum perhibent testimonium. ¶ Sicut scriptum est: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Hoc propheta dicit Naum. Pedes dicendo, aduentum significat apostolorū circumeunium mundum, & regnum dei aduentare prædicantium. Aduentus enim ipsorum illuminabat hoīes, uiam ostendens qua itur in pace ad deum, quam primū Ioannes baptista uenerat præparare. Hæc pax est, ad quam festinant credentes in Christū. Deniq; sanctus Symeon, quia in mundo discordia erat, lærus in ortu Saluatoris: Nunc, ait, domine dimittis seruum tuum in pace, quia regnum dei pax est. Omni enim amputata discordia, omnes uni deo genu flectunt. Deniq; Hierusalē superior ciuitas pacis interpretatur, quæ est mater nostra. ¶ Sed non omnes obediunt Euangelio. Verum est, quia quamuis illustretur mundus splendore disciplinæ dominicæ, sunt tamen qui repugnēt, qui lumē tenebras uocant. Horum eū sic errore acies obtunfa est mentis, ut nec ueri luminis recipiant splendore. Quos accusat Euangelium, dicens: Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cōprehenderunt. ¶ Esaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Hoc est, quis credidit quæ audiuius abs te, & loquimur? Firmavit Iudæos esse prophético exemplo contradicētes Euangelicæ ueritatis. Lex enim Iudæos increpat, quia sicut fuit apud uereres, ita & nunc est. Hunc enim numerum non tangit, qui fidē non recipit. ¶ Ergo fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi. Manifestum est, quia nisi dicatur ali-

Naum. 1
Esa. 52.

Lucę. 7.

Ioan. 4
Esa. 53

quid

Lucę. 13

Deut. 18



COMMENT. D. AMBRO.

quid, nec audiri potest, nec credi. ¶ Sed dico: Nunquid nō audierunt? Hoc est, audierunt, & credere noluerunt. Quāuis enim fides ex auditu sit, sunt tamen qui audientes non credunt. Audiunt em̄ & non intelligunt, quia maleuolentia obcæcatum est cor illorum. ¶ In omnem terram exiit sonus eorum, & usq; ad fines orbis terræ uerba illorum. ¶ Vsq; adeo prædicationem dei à Iudæis auditam esse testatur, ut etiam impletum orbem diuina annunciatione pronūciat. Ipsa enim fabrica mundi prædicat creatorem. Quod enim Psalmographus de creatura dixit, hoc Apostolus de Euangelistis. Quia ubiq; audita est, & peruenit in omnem locum prædicatio nominis Christi. Vbi enim præsentia hominis prædicatis defuit, sonus tamen & fama peruenit, sicut peruenerat opinio factarū uirtutū in Aegypto ad omnes gentes, teste Raab meretrice. Si enim in omnem locum peruenit, non potuerunt non audire Iudæi apostolicam prædicationem, ut nemo ex his excusatus sit à crimine diffidentiae. ¶ Sed dico: Nunquid Israël non cognouit? Hoc est, cognouit: ne quia per supra dicta testimonia genus Israël incredulitatis causa arguit, cum dolore de omnibus Israëlitis queri uideretur, non negat Israël cognouisse & affectum esse, quod illi promissum fuerat in lege: sed eum qui spiritu magis Israël est q̄ carne, quem & deus præciterat crediturum. Omnes enim audierunt, & non omnes crediderunt. ¶ Ideo primus Moyses dicit. In Cantico Deuteronomij. ¶ Ego ad æmulationem uos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram uos mittā. Indignantis uerba sunt, propter quod semper diffidentes inuenti sunt Iudæi, & omnibus malis unam assignat generationem & causam, dum præsentem increpat ibidem, tangit magis futuros, ad quos hoc pertinet. Omnium enim horum una damnatio est, si permaneant in diffidentia. Aemulatio ergo illis data est inuidentia, dum uident gentem, quæ prius, quia sine deo fuit, sensu bruta erat, deum suum appellare, qui fuerat Iudæorum, & donum illis promissum assecutā, per quā zelū passi, iracundia

Deut. 32

IN EPIST. AD ROMA. 129

dia distenderentur, ut maliciæ & incredulitatis suæ mercedem exoluerent. Nulla enim res sic consumit hominem nisi zelus, quem ideo deus ultorem posuit incredulitatis, quia graue peccatum est. Nam semper in ira missi excruciantur, quando audiunt legē & prophetas ad nos pertinere, qui in Christū credim⁹. ¶ Esaias audit & dicit, Palam factus sum non querentibus me, & inuentus sum inter eos qui me non interrogabant. ¶ Quoniā supra uerbis Moysi usus est de exclusionē Iudæorum, ad hoc quoq; Esaiæ prophetae exemplum subdidit, ut de eius persecutione apertius doceret deum expulsis Iudæis, ultrō gentibus gratiā obtulisse ad opprobriū & necem Iudæorū. Hæc enim Esaias propheta, ex persona Christi testatur. ¶ Ad Israël autem quid dicit? Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & cōtradicentē. ¶ Hic Israël carnalis est, Hoc est Abraę filij, sed nō secūdū fidē. Nā Israël uerus & spiritalis est, q̄ credēdo uidet deū. Tota die, semp̄ significat. Semp̄ em̄ correcti sunt, propter increpantur nō credituri, ut sciant q̄ ipsi sibi causa sunt perditionis. Potest hoc & de saluatore accipi, qui in cruce extensis manibus, interficientium eum peccatum arguit. Causa enim illa clamat sceleratum facinus Iudæorum: superius quod uisus sit dicere Esaias de his qui defuerant inimici, ostendit hos amicos futuros, & eos quī Iudæi dicebantur, propter quod inobedientes erant, ut inimicos abijciendos.

Dico igitur, Nunquid repulit deus hæreditatem suam? Absit. ¶ Quia populum Israël incredulum ostendit, nunc ne omnem Israël dixisse diffidentem putaretur, ostēdit nō repulisse deū hæreditatē suā, quam præsciit: id est, filios Abraę, quos fideles sibi futuros scit. Nec enim promitteret eis regnum, si sciret nullū ex his crediturū. Hæreditas ergo domini iuxta legē filij sunt Abraę, sed credentes. ¶ Nā & ego Iudæita sum ex semine Abraę, de tribu Beniamin. ¶ Exēplo suo docet partem Israël saluatam, quam præsciit deus saluandam, aut adhuc posse saluari: & partē Israël propter iugē diffidentiam

Esa. 67



COMMENT. D. AMBRŌ.

tiam perditioni deputatam. ¶ Non repulit deus plebem suam, quam præscit.) Hoc est quod dicit saluator: Pater quos dedisti mihi, custodiui, & nemo ex his periit, nisi filius perditionis. Ita & hi quos præscit deus credituros, nemo ex his à promissione repulsus est, quia hic factum est, sicut præscit deus futurum. ¶ An nescitis in Helia quid dicit scriptura, quomodo postulat deum contra Israël: Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua effoderunt, & ego relictus sum solus, & quærun animam meam? Sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem milia uirorum, qui nõ curauerunt genua ante Baal.) Aperta sunt hæc. Ostendit enim non solum Heliam remansisse, qui deuotus deo non adorauerit idola, sed & multos qui in fide dei permanserunt, sicut & ex Iudeis non pauci crediderunt. Huic rei historia cõgruit, quia multi per speluncas occultati sunt propter Achab regem Samariæ, & Iezabel uxorem eius, qui pseudopphetis credentes, dei prophetas persequebantur, & populum ad idololatriam hortabantur. ¶ Sic igitur & in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt.) Hoc est, ita inquit, & nunc hi remanserunt in legis promissione, recedentibus multis quos ante præscit deus. Qui enim susceperunt Christum quasi in lege promissum, hi in lege steterunt: qui em nõ illam receperunt, à lege recesserunt. Ideo credentes reliqui dicuntur, hoc est, remanentes in lege. ¶ Si autem gratia, iã nõ ex operibus.) Manifestum est, quia gratia donum dei est, nõ debita merces operibus, sed gratuita ratione, misericordia interueniente, concessa. ¶ Alioquin gratia iã non est gratia.) Verum est, quia si merces est, non est gratia. Sed quia merces non est, sine dubio gratia est: quia ueniam dare peccantibus non est aliud quàm gratia, & his qui non requirunt, sed offertur illis ut credant. Duplex ergo gratia est, quia hoc competit deo, qui abudat misericordia, ut & requirat quos gratis curat.

Quid ergo? Quod quærebat Israël, hoc non est consecutus, electio autem cõsecuta est.) Israël
litæ

IN EPIST. AD ROMA. 129

litæ hi carnales sunt, qui ex operibus legis iustificari se putantes, non adepti sunt ut iusti essent per fidem apud deum. Præterea cum omnes rei sint per legem, quia male dictus omnis qui nõ permanserit in omnibus que scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Qui autem per fidem iustificari se crediderunt, consecuti sunt electionem, ut iustificati filij dei fierent, memores scripturæ dicentis, Quia iustus ex fide uiuit, id est, non ex lege. ¶ Cæteri uero excæcati sunt, sicut scriptum est.) Hoc subiectum in Esais legitur. ¶ Dedit illis deus spiritum compunctionis, oculos ut nõ uideant, & aures ut non audiant, usq; in hodiernum diem. Et Dauid dicit: Fiat mensa eorum in laqueum & in captiõnem, & in scandalum, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ut non uideant, & dorsum illorum semper incurua.) Ideo mensam maledicti malorum, quia illic decipi solent innocentes. Dolo enim uocantur ad conuiuium, ut perimantur, quia sic & Amõn filius Dauid deceptus est à fratre suo Abessalon, & malignus Olofernes per epulum, sanctam Iudith putauit se posse decipere, & in mensa scelerati Herodis scauerunt maligni in caput Ioannis propheta. Vnus sensus est duorum prophetarum de huiusmodi hominibus, qui ab initio infidi & repugnantes inuenti sunt hostes honorum. Sed aliqui illorum emendati sunt & correcti, licet tarde: quidã uero in pertinacia manentes, scueritatem sententiæ non euaserunt in perpetuum curuati, hoc est excæcati, ne de cetero possint ueritatis uiam aspicerè, quam maleuolentiã aspernati fuerant, declinantes ab ea, & ad salutis gratiã peruenire. Qui enim, cū intellexisset, credere noluit, id debet consequi quod uult, ne de cetero possit fidem recipere, & saluari. Exempla igitur prophetarum supradicta duplicem continent sensum: duobus enim modis decreta sunt & scripta. Duo etenim genera hominum hic continentur: unum est quod maleuolentiæ suæ causa excæcatur in semperenam, ne saluetur. Sunt etenim pestimæ uoluntatis usq; adeo, ut intelligentes dicant se nescire quod audiunt. Deniq; dicebant de saluatore: Quid est

I quod

Deut. 27

Abacuc. 2

Ioan. 10



Lucæ. II

quod dicit: Nescimus quid loquitur. Quid eum auditis? Dæmonium habet, & insanit. Alia autem pars, quæ uerbum Israël est, contradicebat illis. Hęc uerba nō sunt dæmonium habentis. Nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire? Dum inuident ergo saluatori, nolebant uideri intelligere quæ audiebant: ut dum à legisperitis & pharisæis non intelligi uidentur, res absurdas, & quæ extra legem essent, loqui putaretur: quæ res etiam alios à fide possit auertere. Vnde audiunt à saluatore: Vos habetis clauem scientiæ, & neq; uos intratis, neq; alios finitis introire. Quis enim non leuium, sed paulo grauiorum, legisperitorum & pharisæorum consilium & sententiã non sequeretur, & qui uidentur legis defensores? Deniq; his qui uere Israëlitię sunt: nunquid aliquis ex principibus credidit in illum, ut inde iuste uiderentur non credidisse, si multos cōspirationis suæ socios fecissent? Quia quod à paucis defenditur, solet non probari uideri. Ideo excæcati sunt, ne de cætero possint credere, & saluari. In uoluntate ergo sua adiuti sunt, ut quoniam scientes uerum, dicebant esse falsum, de cætero nō intelligerent quod est uerum, ut uerum haberent falsum quod uolebant. Alterum genus est, quod cum iusticias legis sectatur, iusticiam Christi non recipit: ex quo iam non per inuidiam malæ uoluntatis hoc agit, sed errore æmulando traditionem patrum cæcatur ad tempus: quia cum debent magnalibus Christi addiscere hunc non posse fallere, cuius tā magna uirtus in rebus gestis appareret, & prædicationem eius testamento nouo promisso per prophetas, comparare, & exinde profiteri hunc esse qui promissus est, negligentes contra deum, & hominibus assentientes inueniunt. Propterea ergo cæcantur, ut admiscen-
tibus ad promissionem eorum, ipsa æmulatione dum inuident gentibus, reuertantur ad fidem Christi.

CAPVT XI.

Dico ergo: Nunquid sic offenderunt ut caderent? Absit. Hoc dicit quod supra memorauimus, quia nō sic diffiderunt, ut nunquam crederent: id est, nō

17

Ita propter improbitatem suã cæcati sunt, ut curari non possent: sicut & diabolus legimus cecidisse, dicente Esaia propheta: Quomodo cecidit de cælo lucifer: casum apostoliam significauit. Non ergo hos sic offendisse dicit ut caderent, sed offensionis suæ causa ad tempus obrunfos. ¶ Sed illorum delicto salus gentibus, ut illos emuletur. Hoc est quod dixit, quia propter peccatum illorum gentibus salus data est. Quia enim donum dei recusauerunt Iudæi, translatum hoc ad gentes, ut æmulatione zeli accensi Iudæi conuerterentur ad Christum, zelantes promissionem patrum. ¶ Quod si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium, quantomagis plenitudo illorum? Manifestum est, quia si delictum illorum profuit mundo, dum horum dispendio plures habet bonos, quia multo plures sunt gentes quam Iudæi, & diminutio eorum, quod est damnum promissionis, diuitiæ gentium, per id quod lucrati sunt uitam æternam, quāto magis plenitudo eorum? Apertum est, quia magis diues erit mundus hominibus bonis, si & hi qui excæcati sunt, conuertantur. Ex magna enim parte saluabitur mundus. Mundus homines significantur. Sicut dictum est de saluatore: Ecce totus mundus abiit post illum.

Vobis enim dico gentibus quod diu quidē ego sum gentium apostolus, minister sicut meū glorificabo, si quomodo æmuler carnem meam, ut saluos faciã alios ex illis. Ostendit gentibus, quo affectu diligit Iudæos: Nam ministerium suum quo apostolus gentium est honorificat, si propter affectum generis sui data opera, etiã Iudæos acquirat ad fidem. Honorificentior enim fiet, si & illos apud quos non missus est lucretur ad uitam. Patribus enim in laude maxima erit, si fratres inuenierit qui perierant. ¶ Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi, quæ est assumptio nisi uita ex mortuis? Hoc dicit, quia si non credentibus Iudæis gentes reconciliatæ sunt deo, ad incrementum mundi circa fidem Christi, quæ erit in hac parte, & quanta plenitudo salutis si

A 2 assu-

Ioan. 12



COMMENT. D. AMBRO.

assimantur & Iudei ad fidem Christi, nisi ut ex mortuis uiuificetur mundus in hominibus? Quia ergo profectus est, dandam dicit operam ut credant, quoniam cecitatis obtusio tempore compensati delicti aufertur, ut uoluntatis suae recipiant liberum arbitrium. ¶ Quod si delibatio sancta est, & massa.) Manifestum est, quia quod unius substantiae est, unum est, ac per hoc non potest delibatio sancta esse et massa immunda. Delibatio enim de massa est. Ideoque ostendit non posse indignos dici ad fidem, hos quorum iam patres adepti sunt fidem, quia si pars Iudeorum credidit, cur non & alia pars posse credere dicatur? ¶ Et si radix sancta & rami.) Immutatis uerbis eadem reperit, ut sensum commendat duobus exemplis. ¶ Quod si aliqui ex ramis facti sunt.) Id est si aliqui non crediderunt ex eis excisi a promissione. ¶ Tu autem cum esses oleaster, insertus es in illo, & socius factus es radicis oleae.) Hoc significat, quia non creditibus multis Iudeis, gentes insertae sunt per fidem in spem promissionis, ut doli esset Iudeis. Sed non iuxta legem agriculturæ, quia bonum surculum inserunt in non bonam arborem. Hi enim cui essent in radice mala, inserti sunt in bonam arborem. Ideo oleastrum dicit inferrum, ut fructum surculi radicis afferat socius eius effectus. ¶ Noli gloriari aduersus ramos.) Hoc est, noli gaudere in incredulitate illorum. Displicet enim deo si quis exulter in malis alterius, dicit Salomō. Nec enim causa gentium abiecti sunt ut gaudeat, sed quia non crediderunt, occasionem dederunt ut predicaretur gentibus. ¶ Quod si tu gloriaris, non tu radicem portas, sed ramum dixit te.) Id est, si te exulteris super illos in quorum infernus radicem es, insultes generi quod te ut ex malo bonus esse suscepit, nec stabis si illud per quod stas destruis. ¶ Dicis itaque, fracti sunt rami ut ego insererem.) Ex persona gentilis credentis loquitur, qui exultandum putat in casu Iudeorum diffidentium dicens: Illorum reprobatio locum fecit gentilibus. Sed non sunt reprobatum a deo ut gentes intrarent, sed seipsum reprobos fecerunt spernentes donum dei, unde occasionem dederunt gentilibus ad

IN EPIST. AD ROMA. 13

ad salutem. Quam extollentiam reprimi uult, ut magis saluti congaudeatur, non aegritudini insultetur. Facile enim decipitur qui gaudet alienis malis. ¶ Bene.) Id est recte dicis, quia fractis ramis insertus es. ¶ Sed incredulitate fracti sunt.) Hoc est, non propter te, sed suo uitio, quia illis diffidentibus ad æmulationem illorum tu uocatus es ad salutem. Ideo gratias debes agere dono dei per Christum, non illis insultare, sed petere si malum illorum tibi contulit salutem, ut & ipsi redeant ad originem, tunc placebis deo qui tui misertus est. Ideo enim te aduocauit, ut per tuam æmulationem reduceret & illos ad gratiam. ¶ Tu autem fide stas.) Quia Iudaei per diffidentiam lapsi sunt. Hos fide dicit stare, quia cum prius per fidei causa facerent, credendo stare ceperunt. ¶ Noli autem sapere, sed time.) Id est, noli superbus esse, sed caue ne & tu offendas. ¶ Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.) Verum est, quia si illos qui prerogatiua patrum digni si erant, quibus etiam facta repromissio est, deo in filios adoptati, incredulitatis causa excæcauit, quid his si dubitauerint aut si se extulerint faciet, qui nulla commendatione sublimati sunt, qui cum nullius dignitatis essent, honorati sunt. ¶ Vide ergo bonitatem & seueritatem dei, in eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem si permanferis in bonitate, alioquin & tu excideris.) Bonum deum gentibus esse testatur, quia cum idola sequeretur digni utique mortis, patientia sua expectauit illos, & nec sic requirentes se, ulterius uocauit illos & peccata eis remisit. Iudaeis autem seuerus est, excæcauit enim eos quia donum dei spreuerunt. Hos tamen nunc significat Iudaeos, qui propter maleuolentiam suam in perpetuum cæcati sunt, unde eos & cecidisse dixit. Illos autem quos supra memorauit offendisse, non tamen cecidisse, quia ad tempus cæcatos illos ostendit, ac per hoc seuerum deum in eos fuisse, ut in perpetuum cæcati essent apostatae. ¶ Sed & illi si non permanserint in incredulitate inserentur: Potens est enim deus iterum inserere illos.) Ostendit iu-



scitiam dei, nō in feueritate permanere circa illos quos
excēcauit ad tempus, quia non sic illos excidit, ut non
illos possit iterum inserere si conuertantur, qui per pro-
phetam dixit: Reuertentes ad me replantabo, ut hoc scī-
entes Christiani non insultent iudæis, cerri, referuari il-
lis quasi lapsis misericordiam dei. ¶ Nam si tu ex natura
si excisus es oleastro, & cōtra naturam insertus es in bo-
nam oliuam, quantomagis hi secundum naturam inse-
rentur suæ oliuæ? Oliuam, fidem per quam Abraam ut
fructificatus est accipiamus, oleastrum uero quia agrestis &
infructuosa natura est, perfidiam significat: ac per hoc si
hi qui semper inimici dei fuerunt conuersi in fidē Abraę
infecti sunt, ex cuius origine non sunt, quantomagis Iu-
dæi si post diffidentiam credant, paternæ reddendi sunt
naturæ inseri iterum in suam promissionem.

Nolo enim ignorare uos fratres mysterium hoc,
ut non sitis ipsi uobis sapientes, quia obtusio
quædam ex parte Israël facta est, donec plenu-
do gētiū intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Nō
est obscurum, quia ad tempus cecitatis obtusio data est
Iudæis, his qui dum æmuli legis sunt, nō uiderunt donū
uenisse promissum a deo, quod prædicabatur a Christo.
Zelo enim excēcati sunt, putātes legem factorum nunquā
debere cessare. Vnde sabbatum zelabatur, quia offensio-
ne ex parte obtusi sunt, ut pro incredulitate sua ciuita-
rentur, uidentes gentes profiteri cum gaudio, consecra-
tos re promissionem Abraę: copia tamen admissa gentiū
abstergere tur caligo ab oculis eorū, ut possint credere:
ut spiritum compunctionis prohibens a cordibus eorū
qui eis præstat cæcitatē, reddat eis arbitrium liberum
uoluntatis, quia non de maleuolentia erat incredulitas,
sed de errore emendarentur ut postea saluarentur. ¶ Si-
cut scriptum est. Vt probaret donum illis referuatum
a deo, exemplum Esaie prophete in subiectis ponit, ut
hac gratia qua liberati sunt Iudæi credentes, & hos libe-
rari posse doceret, quia non erat exinanita sed semper
abun-

abundat. Dicit ergo: ¶ Veniet ex Sion qui eripiat & auer-
tat impietatem ab Iacob, & hoc illis a me testamentum,
cum abstulero peccata eorū. ¶ Exempli huius ratio sem-
per manet quādiu sunt qui credant. Hic enim domi-
nus Iesus qui de cælis uenturus promissus est, ad libera-
tionem humani generis, ipse quotidie remittit peccata
conuersis ad se, nec statim non credētes condemnat sed
expectat, sciens posse proficere ad agnitionem dei. ¶ Se-
cundum euangelium quidē inimici propter uos. ¶ Causa
incredulitatis inimici sunt Euangelii, ut error & delictū
illorum gentibus aperiret uiam ante tempus intrandi
ad fidem, sicut supra memorauimus. Prius enim ubiq; omni-
bus Iudæis prædicandum erat, tunc demum & gentibus
oportebat credi uerbum dei. Sed quia non crediderunt,
ablatum ab eis regnum, datum est gentibus. Itaque non
insultandum esse his præmonet, quorum delictum pro-
fuit gentibus. Illi enim insultantur est cuius peccatum
obitit aliquibus. Non enim perfidias illorum gratulan-
dum est, sed dolendum si tardant conuerti, ut quomodo
peccato illorum gauisæ sunt gentes, quia saluatae sunt,
sic conuersione eorum lætentur, ipsorum enim occa-
sione dei gratiam citius perceperunt. ¶ Secundum ele-
ctionem autem dilecti propter patres. ¶ Quāuis gra-
uiter peccauerint Iudæi reprobando donum dei & di-
gni sint morte, tamen quia filii sunt honorum quorum
prærogatiua & merito plurima a deo beneficia perce-
perunt, regressi ad fidem suscipiuntur cum læticia, quia
dilectio in his dei exuscitatur memoria patrum. ¶ Si-
ne penitentia enim sunt dona & uocatio dei. Ver-
um est, quia gratia dei in baptisate non quarit ge-
mitum, aut planctum, aut opus aliquod, nisi solam
ex corde professionem. Ne enim quia grauer de-
liquere non recipiendo promissum D E I, & quia
quæ grauer peccantur, non nisi fletu & gemitu ad
ueniam pertinent, ne ideo illos non posse iam accipe-
re misericordiam putarent, quia dolere illos non ui-
debant, ostendit hoc inter primordia fidei non requiri.



COMMENT. D. AMBRO.

Donum enim dei gratis donat peccata in baptismo. ¶ *Scilicet* enim & uos aliquando non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum diffidentiam: ita & isti nunc non crediderunt in uestra miseratione, ut & ipsi misericordiam consequantur. ¶ Incredulitatem gentium memorat, ut ipso rubore non se iactarent insultantes Iudeis qui non crediderant, sed oblectarent illos agnoscere promissum dei. Quia enim uos inquit, gentes cum his eloquia dei credita sint repugnantes fuissetis, nunc autem misericordiam accepistis, non uestro merito sed ad horum opprobrium, quare non magis isti conuersi accipiant misericordiam qui prius in lege dei conuersati sunt, & quibus facta promissio est. ¶ Conclufit enim deus omnia in incredulitate, ut omnem miseret. ¶ Gentes porro ab antiquis temporibus in impietate & ignorantia uersabantur, utpote sine deo, propter quod manifestata lex in literis est, qua possent infrenari precipites. Et quoniam uersutia aduersarii cumulari peccata coperunt, ut per interdictum magis reus homo constitueretur, deus clementia bonitatis suae semper homini procurans, ut & quod sine lege peccatum erat & in lege possit deleri, hoc decreuit ut solam fidem poneret, per quam omnium peccata abolerentur, ut quia nulla spes per legem omnibus hominibus erat, dei misericordia saluaretur. Hoc est omnia conclusisse in incredulitate, ut tunc decretum donum a deo ueniret, quando omnes diffidentia laborarent, ut gratia muneris esset gratissima. Itaque nemo se iactet, miserum est enim superbum esse eum cui ignotum est.

O Altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae ipsius. ¶ Excelsum & immensum deum in diuitiis sapientiae & scientiae suae cum omni laude & gratiarum actione testatur, est enim consilium & iudicium eius incomprehensibile. Nam sciens ab initio conuersationes & opera hominum, quia neque sola seueritate iustitiae saluari possit hominum genus, neque sola misericordia

IN EPIST. AD ROMA. 117

cordia ad profectum meritorum peruenire, unoquoque tempore decreuit quid esset praedicandum, ante tamen permittens uniuersum suo iudicio, quia natura ipsa duce cognoscitur iusticia. Et quia autoritas naturalis iusticiae obrorpuerat consuetudine delinquendi, data est lex ut humanum genus terrore manifestatae legis frenaretur. Sed quia non se cohibentes, rei tenebantur a lege, praedicata misericordia est, quae ad se confugientes saluaret, reitantes autem caecaret ad tempus, ad promissionem eorum gentes inuitans, quae prius iustitiam dei per Moysen datam se qui noluerunt, ut horum saluti dum inuident, ipso zelo ad radicis saluatoris originem se reformarent promissae in lege. Haec est altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, qui tam Iudaeos quam gentes multifaria providentia acquisiuit ad uitam. ¶ Quis enim cognouit sensum domini, aut quis illi consiliarius fuit, aut quis prior dedit illi & retribuatur ei? Hoc in Esaia scriptum habetur. Manifestum est solum deum esse qui nouerit omnia consilia, & hunc unum esse qui nullius egeat, quia ab ipso sunt omnia, ac per hoc consilium eius a nullo nec comprehenditur nec metitur, quia inferiora superioris sensum scire non possunt. Denique Iudaeis credentibus impossibile uidebatur consilium esse & uoluntatem dei ad redemptionem gentium: simili modo & gentibus arduum & incredulum uidebatur Iudaeos qui non crederant posse conuerti, aut credentes suscipi ut saluarentur. Inter cetera hoc est consilium dei quod latuit nec potuit comprehendi. ¶ Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria. ¶ Quia ratione sensum & consilium dei inuestigare non potest, declarauit. Ex ipso enim, inquit, & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria. Hoc dicto aperuit sensum qui occultus erat mundo. Quia enim omnium creator est deus (Fecit enim ea quae non erant ut essent) ideo ex ipso sunt omnia. Et quoniam ab ipso sunt, per filium eius qui eiusdem utriusque substantiae est esse ceperunt, cuius opus, patris est opus.

Quia ergo ipse operatur per filium, per ipsum sunt omnia.



COMMENT. D. AMBRO.

omnia. Et quoniam quæ sunt ex deo per deum sunt, post renata in spiritu sancto sunt, in ipso sunt omnia, quia & spiritus sanctus de deo est pater, unde & scit quæ in deo sunt. Ergo & in spiritu sancto pater est, quia quod de patre est deo, non potest aliud esse quam est deus pater. Ac per hoc ipsi gloria, quia ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Itaque ex ipso & per ipsum & in ipso ut essent, esse ceperunt, sensum & consilium eius scire non possunt. Ipse autem scit omnia, quia in ipso sunt cuncta. Patefecit mysterium dei quod superius dixit non ab eis ignorari debere.

CAPVT XII.



Disce itaque uos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium uestrum: Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis quæ sit uoluntas dei, quod bonum & placitum & perfectum est. Per misericordiam dei illos hortatur, per quam saluatur humanum genus. Post tractatum enim legis et fidei, populi natura Iudaici & gentilis, ad bonam uitam agendam hortatur, per hanc enim spes fidei obrinetur. Commonitio est ergo hæc ut memores sint, quia misericordiam acceperunt, & uigilet circa obsequium eius à quo illis data est, per quem ex impijs gratis iustificati sunt, scientes hanc esse hostiam uiuam, sanctam & deo acceptabilem, si corpora nostra incõraminata seruemus, dissimiles à secularibus qui uoluptatibus student. Hæc est uoluntas dei, sanctificatio uestra. Nam corpora subiecta peccatis, non uiua habentur sed mortua, sub desperatione enim promissæ uitæ sunt. Ad hoc enim peccatis, dono dei abluimur, ut de cetero mundam uitam agentes, dei amorem in nos prouocemus, non irritum facientes opus gratiæ eius. Nam apud ueteres idcirco oblata occidebatur hostia, ut homines

i. Theff. 4.

nes

IN EPIST. AD ROMA. 139

nes peccati causa morti subiectos significaret. Nunc autem quia per donum dei purificati sunt homines, & à morte secunda liberati, uiuam hostiam debent offerre, ut signum sit uitæ æternæ. Non enim sicut turc corpora pro corporibus immolantur, nunc uero non corpora, sed uita corporis perimenda sunt. Ut autem obsequij nostri effectum habere possimus, seruata iusticia, pudorem custodiamus. Nihil enim proficit pudor, nec rationabilis potest uideri, neglecta iusticia. Hoc erit conformem fieri spiritalium, renouatum in spiritu ac fide, hoc scire quod placet deo, nec aliud bonum & perfectum esse.

Disco enim per gratiam quæ data est mihi omnibus qui inter uos sunt, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & unicuique sicut diuisit deus mensuram fidei. Aperte ostendit hoc debere nos sapere quod iusticiæ terminos non egrediatur, ut non nobis solum utile sit, sed & nulli obsit. Hæc est enim prudentia, prodesse magis aliis quibus quæ obesse, & contentum esse debere sorte qua mensus est deus merito & fidei uniuscuiusque, nec sibi defendere quod non sibi concessum uidet, hoc est, non plus sapere, quia uni totum concedi non potest. Nec enim si quis bonæ uitæ est, ex eo sibi etiam doctrinæ prudentiæ debet defendere, aut quia peritiam habet legis, Leuitarum sibi obsequia uindicare debebit. Hortatur ergo & docet per gratiam sibi datam. Hæc gratia peritiam intelligitur dominicæ disciplinæ, per quam humilitati iusticiæ studendum tradit.

Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eadem habent officia, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Exemplo corporis docet non posse nos singulos omnia, quia sumus inuicem membra, ut alter alterius non egeat, ac per hoc curam nostri inuicem nos agere debere, nec alterum alij obsistere, quia inuicem officijs nostris opus habemus. Hoc erit diligere Christum, si inuicem se membra exhortentur, ut impleant modum quo corpus in Christo perfectum sit. Habentes autem



COMMENT. D. AMBRO.

autem donationes dei diuersas secundum gratiam quæ data est nobis.) Nunc autem ipsa officia deputata membrum merito fidei enumerat, ut cum uiderit membrum quod sibi deputatum officium est, non perstrepat alteri cui uiderit aliud traditum, sed congerat, ut corpus ecclesie sit perfectum. ¶ Siue prophetiam secundum operationem fidei.) A propheta incipit, quæ prima probatio est rationabilem esse fidem nostram. Denique credentes accepto spiritu prophetabant. Hæc ergo datur pro modo accipientis, hoc est, quantum causa exigit propter quam datur. ¶ Siue ministerium in ministrando.) Ad obsequium fraternitatis prebendum intantum minister firmatur, quantum credit debere se obsequi, ne ultra fidem laboras in obsequio, fatigetur incassum, quia hoc sequitur unumquemque quod conatur ex corde. ¶ Siue qui docet in doctrina.) Similiter dicit adiuuari doctorem in doctrina, ut in quantum fides eius est ad docendum, intantum inspiretur ad tradendam disciplinam celestem. ¶ Siue qui exhortatur in exhortando.) Et hunc eodem modo in corpore in quo tendit auxilio spiritus preparari, ut habeat gratiam dum prouocat. Lacesit enim fratres ad bonum, aut incredulos ad fidem. ¶ Qui largitur in simplicitate.) Huic dicit qui bono animo tribuit auxilia semper suppeditare procurante spiritu, ut non desit tribuenti simpliciter, dicente Salomone: Qui tribuit pauperibus non indigebit. Hic ergo tribuit simpliciter, qui non in simulatione hoc agit ut laus ei ab hominibus detur, sed ut à deo per hoc ipsum meritum consequatur. ¶ Qui præest in sollicitudine.) Eum qui curam ut præest fratribus suscepit, iuxta fidem suam accipere uigilantiã & autoritatem, ut proficiat in quo sollicitus sit, habens in illis fructum quibus præest. ¶ Qui miseretur in hilaritate.) Hunc quoque secundum sensum suum qui læto animo misericordiam facit, non quasi nolenti extorquetur, fundari & roborari à deo ut in hac re nullam infirmitatem patiat, sciens dictum à Salomone: Dum habes occasionem benefac. Sed hoc multifarie intelligendum est.

Multi-

Proue. 25.

IN EPIST. AD ROMA. 141

Multiplex est enim misericordia sub uno uocabulo. Nam si supra dixit: Qui largitur in simplicitate, quid erat opus iterare, nisi quia sub uno misericordie nomine multa bona opera significauit? Peccantibus etenim ignoscere misericordia est, & in necessitate aliqua posito uel oppresso opem ferre, misericordia est, & nudum uestire, & esurienti panem frangere, & paruulum expositum colligere, & cadauer operire, & alia operari, misericordia est. Ideo si hæc impigre & sine tædio fuerit operatus, habebit huius operis & in præsentis & in futuro mercedem. Omnis ergo misericordia & simpliciter & cum gaudio fieri debet, ut simplicitas excludat hypocrisim, gaudium uero fretum futuræ spei testetur examen. ¶ Dilectio sine simulatione.) Huic merito qui hoc meditatur, ut ideo diligat fratrem quia scit hoc placere auctori deo, ne adulatione præsentis uitæ hoc agat, subuenit spiritus, ut quia hoc deuota mente querit, obsequiis possit implere. Audiuit enim dictum à domino: Præceptum nouum do uobis ut diligatis inuicem. ¶ Odientes malum, adherentes bono, fraternitatis amore inuicem benigni, honore multo præuenientes.) Non magnum dicit euitare malum nisi adhæreatur bono. Illud enim de timore fit, hoc de amore, nec benignum esse fraternitatis honorem, si non mutuis se obsequiis præuenerint. ¶ Sollicitudine non pigri.) Hoc est quod dicit propheta Hieremias, quia maledictus qui facit opera domini negligenter. Piger enim in conuersatione diuina, sine spe est: Ideo subicit: ¶ Spiritu feruentes.) Hoc est, ut in exercitio diuini operis aut legis non sit tepidus, sicut dicitur in Apocalypsi Ioannis: Quoniam tepidus es, inquit, euomam te ex ore meo. Quotidiana enim meditatio tollit soporem, & facit uigilantem. Opera enim domini sunt quæ mandat fieri pro utilitate ecclesie, id est, fratrum. ¶ Tempori seruientes.) In Græco dicitur sic habere: Deo seruientes, quod nec loco competit. Quid enim opus erat summam hanc ponere totius deuotionis, quando singula membra quæ ad obsequia & seruitia dei pertinent memoret. In omnibus enim his quæ

Ioan. 75

Hier. 48

Apo. 5



COMMENT. D. AMBRŌ.

quæ enumerat, plenum deo seruitium exhibetur. Nā seruiture tempore quid sit, alibi soluitur cum dicit: Redimētes tempus quoniam dies mali sunt, ut sciatis quæ admodum unicuique respondeatis. Quā autē dixerat: Spiritu feruētes, ne hoc sic acciperent ut passim & importune uerba religionis ingererent, tēpore inimico per quod forte scandalū excitarent, statim subiecit: Tempori seruiētes ut modeste & cū honestate aptis & locis & personis et apto tempore religionis fidē loquerētur. Sunt enim quidam etiā hoc tēpore quo pax est, qui sic perhorrent uerba dei, ut audientes cum magna ira blasphemēt uiam Christianā. Nam & ipse seruiuit tēpore quādo quod noluit fecit. Inuitus em̄ circumcidit Timotheū, & raso capite purificatus secundum legē ascendit templū, ut Iudæorum sopiret infantiam. ¶ Spe gaudentes. Postq̄ dixit: Tēpore seruiētes, adiecit: Spe gaudentes, ut si forte propter iniquitatem temporis nō liceat de fide publice loqui sed esse in metu, spe gaudeat, quia hæc tristitia parit læticiā. ¶ In tribulatione patientes. Hoc est spe gaudere, in tribulatione patientē esse. De gaudio enim spei tolerat tribulationem, sciens multo maiora esse quæ pro his promissa sunt. ¶ Orationi iustantes. Necessaria est ualde oratio, quia ut tribulatio possit tolerari, precibus insistendum est. ¶ Memor ijs sanctorum communicantes. Manifestum est, quia qui preces suas exaudiri uult, emulus debet esse uitæ sanctorum. Cum imitatur enim communicat, ut hoc sit memorem esse & communicatorē, imitari actus illorū, & si sumptibus indigēt, communicandū eis, sicut dicit alio loco: De collectis autem quæ sunt in sanctos. Et ad Galatas: Ut pauperū memores essemus. ¶ Hospitalitatem sectantes. Imitator & amator sanctorū hospitalitatem sectatur, exemplis sancti Abraę & Loth uiri iusti. ¶ Benedicite et nolite maledicere. Ut Christianos per omnia nouos faciat, etiam ab hæc illos consuetudine auferre uult, quæ omnibus communis est, ne irato animo incitati, prius facile maledicere uelint, sed ut magis uicē iracundia benedicant, & laudis sit disciplina do-

i. Cor. 16
Gal. 2

I N EPIST. AD ROM. 147

dominica. ¶ Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Hoc est, quod alio loco dicit: Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, & si lætatur unum membrum, congaudent omnia membra. Cum enim quis fideli solatio est in necessitate, erigit animum eius & apud DEVM sibi collocat meritum, quia membrum diligit corporis CHRISTI, & si cum infideli condoleat, prouocat magis illum ad profectum disciplinæ dominicæ. ¶ Idipsum inuicem sentientes. Hoc est, quod dictum est, compati debere in tribulatione, sicut & in alta dicit Epistola: Considerans teipsum ne & tu tenteris, alter alterius onera portate. ¶ Non alta sapientes. Alta sapere superbia est. Nam & diabolus cum alta sapiri, apostatavit. Ne elatio sit in animo, & præsumens forte de incolumitate actus sui, non condoleat fratri suo, sed exprobrat quasi peccatori, hæc superbia est, quæ cum se præponit offendit. Quod & Dominus denotat dicens. Eijce trabem prius de oculo tuo, & tunc uidebis eijcere festucam de oculo fratris tui. Ipsa enim elatio peccatum est, ac si non sit peccator, quod impossibile est, sit peccator dum superbit. Denique dicit Salomon: Superbis deus resistit. ¶ Sed humilibus consentientes. Hoc est, ut deposita superbia alienam causam suam faciant, & suam quasi alienam, ut habeant gratiam apud DEVM, quia qui se exalauerit humiliabitur. ¶ Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Hoc in Esaiâ Propheta scriptum est, quod hic quasi proprium ponit, ut iusticia communis habeatur, non ut sibi quis iustus sit, cæteris autem iniustus. ¶ Nemini malum pro malo reddentes. Hoc est, quod Dominus dicit: Nisi abundauerit iusticia uestra plusquam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum DEI. Mandatum enim in lege erat: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: Hæc quantum uidetur iusticia est, sed ut abundet iusticia Christianorum dantur non reddere malum pro malo, ut perfecti sint, & pro

i. Cor. 13

Gal. 6

Math. 5

Mat. 23

Mat. 23



COMMENT. D. AMBRO.

& pro hoc merces illis reddatur in iudicio dei. Supergræ
di enim uidetur ipsam iusticiam, cum quod licet, ut me-
lior sit, non facit cœlestis iusticiæ imitator. Mundi ergo
iusticia à deo illi concessa innocentem facit, cœlestis au-
tem perfectum ut meritum habeat apud deum. ¶ Proui-
dentes bona, non tantum coram deo, sed etiam coram o-
mnibus hominibus. ¶ Prouidere est bona futura ante o-
culos habere, ut ea gerantur quæ possint postq̃ facta fue-
rint in reprehensionem non uenire, sed magis laudi esse
siue apud deum siue apud homines. Ne quis existimet,
quia deo licita non displicent, idcirco non curandum si
fratri scandalum sint, hoc præmonet, quia illud fieri de-
bet quod & deo non displiceat, & fratri scandalum non
sit. Et si liceat enim & fratrem scandalizet, deo non pla-
cet, quia deus saluti studendum monet. Sic ergo proui-
dentur bona coram deo & hominibus si ea que licent sic
agantur, ne scandalum faciant. ¶ Si fieri potest quantum
ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. ¶
Omnibus pacificus uult esse, qui diuinam seruant iusti-
ciam. Viderit si quis hanc pacem spreuerit, ut tali uiro ini-
micus, cum aut reprehendi forte ab illo non uult, aut in-
uidet bonis eius: quod ad illum ramen pertinet, non dis-
scordat à bene agentibus. Hic est enim impacificus, qui
prætermissa uoluntate legis, suum ius sequitur, quantum
dicat Dauid: Cum his qui oderunt pacem eram pacificus:
Sed hoc necessitatis erat propter potentiam personarum,
ut uel obsequijs humilitatis uincatur, quem sic extollit
superbia ut mandata legis spernat: potest fieri ut de ti-
more dei pacificum se quis præbeat illi, qui odit pacem.
Quando enim uicem malis reddere non uult pacificus
est, hoc est, de bono uincere malum, ut uel obsequijs uin-
catur, quem mandata legis non uincunt. Ergo si fieri po-
test, inquit, quod ex uobis est, ut bene agentes pacem ha-
bere uideamini. Iam si non fuerit amator pacis, tu ramen
uis esse pacificus quantum ad te pertinet. Si autem irre-
uerens & blasphemus quis sit & pacem habere cum illo
non possis, non utique tibi ascribendum erit, quia Ioan-
nes

Psal. 119

IN EPIST. AD ROMA. 144

nes apostolus eos qui negant in carne Christum uenisse
nec saluari per misit. Nos ergo parari simus si fieri po-
test, ut cum omnibus pacem habeamus: alijs uero repu-
gnantibus fiat impossibile non ex nobis, si de nobis tan-
tum querela non deponatur. Qui enim nullâ lædit, ap-
paret esse pacificus. ¶ Non uosmet ipsos defendentes cha-
rissimi, sed date locum ire. ¶ Ut & pacis fœdera seruari pos-
sint, ab ira dissimulandum monet, maxime quoniam per
iram solet peccari, quando quis furore commotus plus
exigit quam postulari causa delicti, aut sibi ipsi incommo-
dum præstat, si grauiora peccata incompetenti uindicta uult
execqui. Debilem enim efficit quem potuit emendatum habe-
re & sanum. Vnde & Salomon: Noli, ait, iustus esse mul-
tum. Est enim, inquit, qui perit in sua iusticia. Volens enim
singulis peccatis respondere circa uindictam, mortem po-
test inuenire tam sibi quam ei quem plagis affigit. So-
lent enim in penam delinquere. Non solum autem de
subiectis uindictam prohibet competentem, sed & de pæ-
ribus & magnis, hoc est, de fratre forte in nos peccante
non queramus uindicari, sed remittamus dei iudicio re-
seruantes, nedum ab ira detinemur, inueniat locum ini-
micus, in quo suggerat & suadeat quod contra nos est.
¶ Scriptum est enim. ¶ Ut fortius suadeat, exemplo legis
hoc confirmat dicens: Scriptum est in Proverbijs. ¶ Mihi
uindictam & ego retribuam dicit dominus. ¶ Ut si mini-
me à nobis fiat quod docet, deum à nobis contemptum
ostendit. Duplici ergo genere proficitur si deo remitta-
tur uindicta, quia & cum iracundiam uicit, perfectus fit,
& dei iudicio uindicabitur. ¶ Si esurierit inimicus tuus
ciba illum, si fiserit porum da illi, hoc enim faciens, carbo-
nes ignis congeres super caput eius. ¶ Non nudam uindictam
deo reseruari debere ostendit, sed & beneficia dari
inimicis, ut uere ostendamus non meritis nostris habere
nos inimicos, quos ut ab inimicitijs desinant obsequijs
uincere nitimur. Qui si in inimicitijs perdurauerint
impietate mentis sue, nostra obsequia proficerent illis ad
penam: Aut certe obsequiorum nostrorum sedulitate

K conti-



COMMENT. D. AMBRO.

compuncti, ueluti carbones mortui reuiuiscant. Vt ergo hos intantum perfectos faciat, ut non solum nos ipsos, sed & alios acquiramus ad uitam, inimicis non solum uicem reddere prohibet dominus per Salomonem, uerum etiam humanitate ad amicitiam prouocare hortatur. ¶ Noli uinci a malo, sed uince in bono malum. Hæc interpretatio apostoli est cohortantis, ne uicem reddamus inimicis, sicut dictum est. Multum enim proderit nobis, si malicia cedamus. Vincit enim malum, qui ad tempus uinci uiderur ab illo. Et saluator enim sic uicit malum dum non resistit. Contra se enim agit malicia, & dum uincitur, uincere se putat. Id enim agit inimicus, & ut nos de proposito nostro abstrahat, occasione querens quo modo peccemus. Ideo si prouocati ab illo, uicem illi non reddamus, uincimus illum in bono. Ideo enim non resistimus ut bonum seruemus neglecta iusticia, quia cogit iusticia ad retribuendum.

CAPVT XIII,



Mnibus potestatibus sublimioribus subditi estote: Non est enim potestas nisi a deo. Quoniam celestis iusticie legem sequenda mandauit, ne ab hac presentis dissimulare uideretur, hanc commendat. Quippe cum nisi hæc fuerit obseruata, illa custodiri non possit: hæc enim quasi pædagogus est quæ paruulos imbuat, ut possint potioris iusticie uitam sequi. Nemini enim potest imputari misericordia, nisi habuerit iusticia. Vt ergo ius & timorem legis naturalis confirmet, deum autorem eius testatur, & ministrantes eam dei ordinationem habere: Ideo adiecit: Quæ autem sunt, a deo ordinata sunt. Vt nemo putet quasi humana commenta commendanda: Vident enim ius diuinum humanis autoritatibus deputatum. Hic ergo subiectus est potestati, qui se terrore dei ab his abstinet quæ prohibet. ¶ Itaque qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Hæc contra istos qui

IN EPIST. AD ROMA. 147

qui per potentiam fortem, aut quia aliquid deprehendi se posse non credunt, & per hoc illudere se legem putant: Ostendit his dei esse legem, & non euasuros iudicium dei, quia ad tempus aliquo pacto euadunt. ¶ Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Manifestum est, quia unusquisque operibus suis aut iustificabitur aut condemnabitur. Qui enim audientes legem peccant inexcusabiles sunt. ¶ Nam qui principantur non sunt timori bonis operibus sed malis. Principes hos reges dicit qui propter corrigendam uitam & prohibenda aduersa creantur, dei habentes imaginem, ut sub uno sint cæteri. ¶ Vis autem non timere potestatem? Bonum facito & habebis laudem ex illa. Laus ex potestate tunc surgit, cum quis innocens inuenitur. ¶ Dei enim minister est tibi in bono. Manifestum est ideo rectores datos ne malum fiat. ¶ Si enim malefeceris time, non enim sine causa gladium portat. Hoc est, ideo comminatur ut si fuerit contemptus uindictet. ¶ Dei enim minister est, uindex in iram in eum qui male agit. Quoniam futurum iudicium deus statuit, & nullum perire uult hoc in seculo rectores ordinauit, ut terrore interposito omnibus uelut pædagogis sint, ne in poenam incidant futuri iudicii. ¶ Ideoque subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Recte dicit subiectos esse debere non solum propter iram, id est, ultionem presentem, Parit enim iram uindictam: sed & propter futurum iudicium, quia si hic euaserint, illic eos poena expectat, ubi accusante conscientia ipsa punientur. ¶ Nam idcirco tributa penditis. Ministri enim dei sunt in hoc ipso seruietes. Ideo dicit tributa præstari, uel quæ dicuntur fiscalia, ut subiectionem præsentem per quam sciant non se esse liberos, sed sub potestate degere, quæ ex deo est. Principi enim suo qui uicem dei agit, sicut dicit Daniel propheta. Dei est enim inquit, regnum, & cui uult dabit illud. Vnde & dominus: Reddite autem quæ sunt cæsaribus cæsaribus. Huic ergo subiecti estis sicut deo, cuius subiectionis probatio hæc est, cum illi pendunt tributa.

Mat. 22



Reddit ergo omnibus debita.) Reddi uult ab omnibus debita, quia & potentes sunt debitorum minoribus, ut respondeant meritis illorum. (Cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal.) Primum ea que sunt potestati regie debita exolui iubet, quia maior in his causa aut necessitas est. (Cui timorem, timorem.) Timorem potestati exhibendum, quia timor prohibet peccatum, deinde aut parenti aut domino terreno, ut gratias agat in filio aut seruo Christiano. (Cui honorẽ, honorem.) Potest hic honor etiã circa eos esse qui sublimes uidentur in mundo, ut uidentur humilitatem seruorum Christi, laudent magis quam uituperent euangelicã disciplinam. (Nemini quicquã debeatis nisi ut inuicẽ diligatis.) Pacẽ uult nos habere si fieri potest cum omnibus dilectionem uero cum fratribus, & hanc tamen honore seruato. Idcirco aut debitor dicitur, quia homini qui dignus honore est, siue presentẽ siue futuro, dignum esset debitum inclinari. Illi enim quis inclinatur à quo honorem accepit, ideo debitor dicitur. Si enim non hoc feceris principi tuo superbus es, aut enim merito quis aut ætate honorandus est. (Qui enim diligit proximum, legem impleuit.) Legẽ datam à Moyse implet qui diligit proximum, nam noue legis mandatum est etiã inimicos diligere. (Nam non adulterabis, nõ occides, non furaberis, non concupisces.) Hoc Moyse scriptum accepit à deo, ad reformationem legis naturalis. (Et si quod est aliud mandatum in hoc uerbo consummatur, diliges proximum tuum sicut teipsum.) Hoc scriptum est in Leuitico, manentibus supra dictis mandatis. Itaque in dilectione impleri legem significat, sicut dixit, ac si sint alia mandata quæ nunc tacuit, tamen pro oibus mandatis dilectio satisficit. Nam si se humanum genus ab initio dilexisset, iniquitas in terris non esset. Exordium enim iniustitiæ discordia est, ideoque iniquitatis dilectio iniquitas est, quia quod malo malum est, bono bonum est. (Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo enim legis est dilectio.) Malum non operatur quia bona

Deut. 5

na est dilectio, nec peccare potest illa quæ legis est perfectio: per legis uerba ad sensum euangelicum peruenit. Ideo enim quod summum est legis memorat, ut huic euangelium societ, ostendens unius esse sensum auctoris. Sed quia tempore Christi addi aliquid oportuit, non solum proximos, sed inimicos diligere precepit. Unde subditur: Plenitudo legis est dilectio, ut iusticia sit diligere proximum, abundans uero & perfecta iusticia etiã inimicos diligere. Inimicum autem diligere quid aliud est, quam optare desinere illum ab odio, & nihil asperum petere aduersus illum, hoc est amare illum, ea illi optare per quæ deum habeat propitium: hæc est cælestis iusticia, hæc deo patri similes facit, quæ non colentibus se annua dona largitur. Nam & dominus in cruce positus postulat pro inimicis, ut plenitudinem iustitiæ quam docuerat demonstraret.

Et hoc sciẽtes tempus, quoniam hora est iam nos de somno surgere.) Tempus esse dicit quo ad meritum proficere debeamus, hoc est de somno surgere operari bonum, quasi in die, hoc est, palam. Illicita enim in nocte, id est, in abscondito fiunt. Iam enim in manifestatione positi, quod est in noticia dei, agnoscetes quid sequi debeamus, dare operam debemus, ut pure uiuentes ad promissum præmium ueniamus excusso somno, id est ignorantia siue negligentia. (Propior enim nunc nostra salus quam cum credidimus.) Manifestum est, quia post lauacrum bene uiuentes & charitati studentes, non longe sunt à merito resurrectionis promissæ. Bona enim uita Christiani, signum est salutis futuræ. (Nox præcessit, dies autem appropinquauit.) Noctem ueterem hominem significauit, qui per baptismum innouatus est. Huc præcessit ille dicit quasi noctem, diem autem appropinquasse cuius lumine ueritas nobis apparuit, ut sciremus quid agere deberemus. Prius enim ignorantes Christum in tenebris eramus, at ubi didicimus lux nobis orta est, transiimus enim ex falso ad uerum, Abijcimus ergo opera tenebrarum, & in-

K 3 duamur



duamur arma lucis.) Tenebrarum sunt opera uita carnalis, quæ illecebris agitur secularibus, hæc digna est tenebris sicut dicit dominus. Tollite illum & ligatis manibus & pedibus, mittite in tenebras exteriores. Induere arma lucis, gesta sunt bona, quia sicut mali actus tenebris depurantur, quia occulte fiunt, ita & qui bene agunt, palam agunt, quia non uerentur sed gaudent. Boni ergo actus arma lucis sunt impugnantes tenebras quæ sunt uitia carnis. ¶ Sicut in die honeste ambulemus.) Verum est, ut quia publice non peccatur, sic agamus quomodo agit publice, nihil enim tam publicum quam ueritas. ¶ Non in comestationibus aut ebrietatibus.) Comestationes sunt luxuriosa conuiuia, quæ aut collatione omnium celebrantur, aut uicibus solent à contubernaliis exhiberi, ut neminem illic pudeat aliquid in honeste dicere aut facere, quia unusquisque præsumit quod suum conuiuium sit. Solent enim in aliena mensa pudore coerceri, sed hic ad hoc conuenitur, ut fæda illic gerantur copia uini, & incitetur libidinis diuersa uoluptas. Idcirco euitanda præcipit huiusmodi conuiuia. ¶ Non in cubilibus & impudicitijs.) Post luxuriosum conuiuium & ebrietatem hoc subiecit quod sequitur, id est, concubitus impudicus. Hoc genus huius lasciuitatis est fructus. ¶ Non in cõtentione & æmulatione.) Recte ab his coerceri monet, quia omnis contentio & zelus inimicitias parit, quas tenebras uocat, quia ad lucis præmium peruenire non possunt. ¶ Sed induite dominum Iesum Christum.

ET carnis curam ne feceritis in desiderijs.) Curam carnis prohibet, id est, uoluptatē, ut omne quod desideratum uincatur. Ipsa sunt enim opera carnis, ut his exuti induant dominum Iesum Christum, id est, in nouari per Christum, ab his malis se retineat. Hic enim induit Christum qui se ab omni errore & turpitudine separauerit, ne in conuiuiu nuptiarum sine ueste eius inuentus turpiter abiscius tenebris mancipetur: si quo minus

nus non sunt induti Iesum Christum dominum nostrum, super cuius nouam uestem ueteres pannos induunt. Exuti enim uetrem hominem, in nouitate uitæ manēdi est.

CAPVT XIII.



Infirmum autem in fide assumite, nõ in disceptatione cogitationum.) Quoniam ex Iudæis erant qui Romanos ad nomē Christi assumpserant admixta lege, sicut in primordio epistolæ memorauimus, ideo quibusdam uidebatur prohibitam carnem edere non debere. Aliquibus autem qui sine lege Christum sequebantur, uidebatur contra legem licere edere. Et per hoc ipsum disceptationes erant inter eos, quas Apostolus concordia & saluti studens, diuina disputatione auferit, ostendens neq; edenti prodesse apud deum, neq; nõ edenti obesse: Infirmum esse dicit qui propterea quod Iudæi prohibiti sunt, timeret edere. Hunc ergo remitti iudicio suo, ne scandalum passus à charitate, quæ quasi mater est animarum, recedat cum mētis perturbatione, cū Christiani pacifici debeant esse & quieti. ¶ Alius enim credidit edere omnia.) Hic fiducia lectionis non dubitat omnia edenda, quæ data sunt humanis uisibus. Legit enim in Genesi, omnia bona ualde esse quæ creauit deus, ideo nihil reijciendum, quia nec Enoch qui primus deo placuit, neque Noë qui in diluuiio solus iustus inuentus est, neque Abraam ille amicus dei, aut Isaac aut Iacob iusti & dei amici inter quos & Loth fuit, aut ceteri iusti ab his abstinuisse leguntur. ¶ Is uero qui infirmus est olera manducet.) Igitur quia hoc purat ut ille olera edat, ideo suadendum non est ut carnem edat, ne cum scrupulo edat & uideatur peccare, quia propositum suum non custodit. ¶ Itaque qui edit, non edentem non spernat, & qui non edit edentem non iudicat.) Quia uoluntatis est edere aut non edere, ac per hoc questio hinc fieri non debet. Ad hoc



COMMENT. D. AMBRO.

enim facta sunt omnia ut uoluntati subiaceant, quia domino humano subiecta sunt. ¶ Deus autem illum assumpsit. ¶ Assumptus à deo est, qui ad gratiam uocatus est. ¶ Tu quis es qui iudicas alienum seruū, suo domino aut stat aut cadit. ¶ Manifestum est seruū non debere conserui uoluntatem iudicare, cui lex in hac parte tradita non est. Nam qua conscientia edat aut non edat, deus iudex est cuius seruus est. ¶ Stabit autem, potens est enim deus statuere illum. ¶ Stabit, inquit, domino suo, propterea quia neq; si edat reus erit, neq; si non edat culpabilis, si tamen deuotione hoc agat, non euitans hanc uelut contrariam. ¶ Nam alius quidem iudicat diem inter diem. ¶ Hoc est alicui placet interpositis edere. Nam sunt quidam qui quarta feria carnem non edendam statuerunt, sunt qui sabbatis, sunt iterum qui à pascha usq; ad p̄tecofen edant. ¶ Alius autem iudicat omnem diem. ¶ Hic omnem diem iudicat, qui nunq̄ edet. ¶ Unusquisq; in suo sensu abundet. ¶ Hoc est unusquisq; suo cōsilio remittatur. ¶ Qui sapit diē, domino sapit. ¶ Verū est, quia qui semper abstinet se, deo placere se putat. ¶ Et qui edet, domino edet. ¶ Domino edet, q̄a gratias agit creatori. ¶ Et qui non edet, domino nō edet, & gratias agit deo. ¶ Gratiās agit, dum fatetur dei esse creaturam & bona creata, sed se dissimulat ab ea non condemnare.

Nemo enim nostrum sibi uiuit, & nemo sibi moritur. ¶ Sibi uiuere aliquis, si non ageret sub lege. At qui freno legis moderatur, non sibi utiq; uiuit, sed deo qui legem dedit, ut secundum uoluntatem eius uiuatur. Et qui moritur simili modo deo moritur, quo iudice aut coronabitur aut condemnabitur. ¶ Siue enim uiuimus domino uiuimus, siue morimur, domino morimur. ¶ Idem est sensus. ¶ Siue ergo uiuimus siue morimur domini sumus. ¶ Verū est, omnes nos domini quasi seruos in conditione & redemptoris domino, & unū quēq; pro merito suo tractari. ¶ In hoc enim Christus & uixit & mortuus est & resurrexit, ut & mortuorum & uiuorum dominetur. ¶ Per Christum dominum facta est crea-

IN EPIST. AD ROMA. 155

creatura, quæ per peccatum alienata est ab autore, facta captiua: quam deus pater ne opus eius periret, misso filio suo de caelis ad terras, docuit quid faciēdo manus piratarum effugeret. Propriet quod & occidi se passus est ab inimicis, qui descendens ad inferos innocens erat occisus, ut reum faceret peccatum, ut quos tenebat apud inferos amitteret. Quoniam ergo uiuis ostendit uiam salutis ac se obtulit pro eis, mortuos uero liberauit de inferno, tam uiuorum quam mortuorum dominatur: ex perditis enim iterum reformauit sibi illos in seruos. ¶ Tu autem quid iudicas fratrem tuum in non edendo, aut tu quare spernis fratrem tuum in edendo, omnes enim stabimus ante tribunal Christi. ¶ Docet enim non oportere iudicare, hac re, quia non contineitur in lege, propterea cum deum iudicem expectemus. ¶ Scriptum est enim, ¶ Viuo ego dicit dominus, quia mihi flectetur omne genu & confitebitur omnis lingua deo. ¶ Hoc in Esaya scriptū est, quia omnis lingua confitebitur deo in fide Christi. Nam quia occisus resurrexit futurus iudex, recte ait: ¶ Viuo ego dicit dominus, & non solum uiuo sed & iudicaturus sum, & inimici fatebuntur in me, & genu flectent cognoscentes me deum de deo. ¶ Itaq; unusquisque nostrum pro se rationem reddet deo. ¶ Quoniam, inquit, nos pro nobis inuicem reddituri sumus rationem, non nos in hac parte quæ suprascripta est alterutrū cōdemnemus. ¶ Non ergo amplius inuicem iudicemus. ¶ Id est, scientes hoc, censemus à discordia. ¶ Sed in hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum. ¶ In eo iudicandum monet quod prodest, quod potest & autoritate legis defendi. Nulli autem fratrum carnem edēri aut non edenti fiat scandalum.

SCIO & confido in domino, quia nihil commune sper ipsum. ¶ Manifestum est, quia saluatoris beneficio omnia munda sunt, qui de subigo legis eruens homines & iustificans, reddidit statum pristinū libertatis, ut digni sint uti tota creatura, sicut & ueteres sancti. ¶ Qui autem adhuc sub lege sunt, non licet illis uti

Esa. 45

K 5 aut



COMMENT. D. AMBRO.

aur edere quæ prohibet lex, quia indulgentiam datant spernunt. Non enim secundum naturam suam, sed cum contra edictum eduntur immunda sunt. Denique in lege ait: Erunt immunda uobis. ¶ Et plane qui existimat aliquid esse commune, illi commune est. Sive qui ex Iudeo Christianus est, siue gentilis fidelis putat esse aliquid tale uitandum, ipse est quem scriptura infirmum dicit. Duritando enim est infirmus: apud istum immundum est quod putat non edendum: & quia non hoc superstitione facit sed timore, suo iudicio remittendum.

1. Cor. 6

NAm si propter escam frater tuus contristatur, iam non secundum charitatem ambulas. In alia epistola dicit: Esca uentri & uenter escis, hunc & hanc deus destruet. Quia non de esca aut placet quis deo aut displicet, ideo charitatem sectandam monet, qua non deus liberare dignatus est. Sic enim ait: Deus autem propter charitatem nimiam misertus est nostri. Qui ergo huius beneficii memor est, hanc excolit nec illi aliquid anteponeat, sed pratermittit maxima, que scit promissionem non parere apud deum. ¶ Noli cibo tuo perdere illum, pro quo Christus mortuus est. Quantum ualeat salus fratris ex morte Christi cognoscitur. Iraque qui seipsum quatum constat, confirmare illum debet, non scandalizare, ut ex re frigida faciat illi serupulum, & incipiat hesitare an manducanda caro sit nec ne, qui forte simpliciter edebat, securus de conscientia sua. At uero cum adeunt controuersie incipit perturbatione in dei creaturam peccare, & erit in injuriam creatoris quæ proficiet ad perditionem dubitantis. ¶ Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Hoc est, doctrina dominica cum sit bona & salutaris, non debet per rem friuolam blasphemari. Blasphematur autem cum dubitatur de dei creatura. Potest & sic intelligi bonum nostrum blasphemari, quia qui bona opera habet si in alia reprehendatur re minima, bonum illud suum obfuscat, & incipit bonum eius blasphemari per malum eius, sicut scriptum est in Ezechiel. Iusticia iusti non proficiet si errauerit, Tale est, si quis decorus forte habeat in fronte

Eze. 33.

te aut

IN EPIST. AD ROMA.

119

te aut nasum collisum unde deformatur species eius: Ideoque illa monet sectanda, quæ bonis reliquis non tolerant fauorem. ¶ Non est enim regnum dei esca & potus. Manifestum est, quia nemo per escam placet deo aut displicet. ¶ Sed iusticia & pax & gaudium in spiritu sancto. Hos in regnum dei dicit intrare, qui iusticiam sequuntur, sed Christianam habentes pacem quam dominus dedit dicens: Pacem autem meam do uobis, pacem relinquo uobis, ex quo oritur gaudium in spiritu sancto. Disceptatio autem non habet gaudium sed iram, ideo non illic respicit spiritus sanctus, quia gaudet in solis pacificis. Sicut enim ex nobis contristatur, sic & gaudet de nobis. ¶ Qui enim in hoc seruit Christo, placet deo, & probatus est hominibus. Quoniam Christus nos redemit, ideo ait: Qui in hoc seruit Christo, quasi redemptori placet deo: Quare? Quia ipse misit Christum ut redimeret genus hominum, sicut ipse dominus ait: Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Qui ergo placet deo probatus est hominibus. Quomodo? Accepit enim donum per quod appareat dignus deo. ¶ Iraque quæ pacis sunt sectemur, & quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus. Quoniam disceptatio discordiam parit, ideoque ut pacifici esse possimus, ab intentione edendi aut non edendi dissimulare nos docet. Aedificationis autem uiam sequi hortatur, ut cum pace ea conferamus, per quæ inuicem nos ædificemus, ab his quæ infructuosa sunt & magis contraria declinantes. Collatio enim potest proficere. Est enim excilians mentem, si tamen uincendi studium contemnatur. hoc est enim quod parit litem. ¶ Noli propter escam solueri opus dei. Homo opus dei est, & iterum opus dei est dum reformatur per regenerationem: Et esca opus dei est, sed non homo propter escam, sed esca propter hominem. Multum enim distat: Ideo noli, inquit, hoc opus dei quod clarum est dissoluere propter quod humillimum est, hoc est, salutem fratris studere, non curam escae agere ut fratrem contristes. Beneficium enim dei

Ioan. 14

Ioan. 9



COMMENT. D. AMBRO.

dei irritum facit qui fratrem liberatum à peccato per dī
sceprationem rursus prouocat ad peccādum, soluens in
ipso opera Christi que gessit ut hominē à peccato libera
ret. ¶ Omnia quidem munda sunt.) Verum & manifestū
est omnia munda esse. Quippe cū in Genesi legat, omnia
quæ deus fecit esse bona ualde. ¶ Sed malum est hominī
qui per offensionem edit.) Cum ergo per naturam om
nia bona & munda sint, dubitantibus tamen fiunt im
munda, & erit illi offendiculum qui cum dubitat, edit
tamen immunda conscientia, quia quod sibi inutile pu
tat facit, ideo nulli contradicendum est quid in hac re se
quatur. ¶ Bonum est non edere carnem, & non bibere ui
num.) Cum de sola carne ageret, adiecit & potum: ut cō
foueat eos qui ab his abstinēt, per id quod licitum est &
carnem edere & uinum bibere, ne contristarentur ab il
lis qui his utuntur, dedit eis respirādi solatium, ut & in
uoluntate sua quiescerent, & disceptatio per quā discor
dia fit cessaret. Cum enim non latet bonum esse & carnē
edere & uinum bibere, & e contra carnem non edere &
non bibere uinum bonum esse, addiscunt, nemo litigat.
Creatura enim data est ad usum uolentibus, non tamen
necessitas est imposta aut uolenti aut nolenti. ¶ Neq; em̄
in quo frater tuus offendit aut scandalizatur aut infir
matur.) Eadem dicit non debere fratri qui infirmum a
nimū sibi constituit ad edendum fieri quæstionem, ne
perturbatus offendant nesciēs quid teneat. ¶ Tu fidem ha
bes penes te ipsum, habe coram deo.) Hoc est, tu quis
es qui edes securus, quia creatura dei bona est, non opus
est ut de altero iudices, quia plus est ut pacem habeas cū
fratre. Hoc enim utile est apud deum. In esca enim utili
tas carnis est, in pace uero & carnis & animæ, ac per hoc
ab huiusmodi disceptatione cessandum est, ut unusquis
que in proposito cordis sui maneat. ¶ Beatus qui non iu
dicat semetipsum in eo quod probat.) Vnumquēq; pro
prio iudicio censet condemnandum, qui quod dicit nō
debere se facere facit, & hunc beatum qui nō aliud facit
q̄ sibi utile probat. ¶ Qui autem discernit quid ediderit
damna-

IN EPIST. AD ROMA.

127

damnatus est.) Verum est, quia qui iudicat non edendū
& edit, damnatus est. Ipse enim se damnat, quando id
quod sibi inutile asserit, facit. ¶ Quia non ex fide.) Non
utiq; ex fide edit, qui edendum negat & edit. ¶ Omne au
tem quod non est ex fide, peccatum est.) Recte pecca
tum appellat, quod aliter fit quā probatum est. Quo
mā Romani in lege inducti erant sicut in primordio
Epistola memorauit: Aduentibus autem qui rectius
crederent, quæstiones mouerentur de edenda carne &
non edenda, & horum pars qui edendam & non probā
dam diceret melior uideretur, quia omnia munda ual
de sunt, infirmos dicit qui edendam negarent, siue ex lu
dæis siue ex gentibus, & remitti illos in proposito cor
dis sui. Nec enim obest non edere, aut prodest erga de
um edere, ne quāuis ratione astricti, per quod tamen
cum scrupulo ederent delinquerent.

CAPVT XV.



Ebimus autem nos firmiores infirmita
tes inualidorum portare.) Recte ait debe
mus, quia oportet doctores infirmos firm
mare, & imperitos erudire cum mansuetu
dine, ne prouocati dum cōtendere uolūt,
& ne dum humiles uideātur in peius pro
ficiant. ¶ Et nō nobis metipsis placere.) Hoc est, nō quod
nobis profit & placeat uēdicare, sed & quod fratri, quia
inuicem curam nostri agere debemus. ¶ Vnusquisq; pro
ximo suo placeat in bono ad ædificationem.) Nunc per
sonam suam discreuit. Hos enim commonet, ut chari
tati studentes proximis placeant, ad id quod est utile.
Hæc est ædificatio sicut alibi ait: Ego, inquit, omnibus p
omnia placeo. ¶ Nam & Christus non sibi placuit, sed si
cut scriptum est: Detractiones ex probatūm ceciderūt
super me.) In psalmo sexagesimo octauo. Saluatorem
non sibi metipsum dicit placuisse, sed deo patri: quia dicit:
Non enim descendi de cælo ut faciam uoluntatem meā,
sed

1. Cor. 10.
Psal. 68.
Ioan. 6



COMMENT. D. AMBRO.

sed uoluntatem eius qui misit me patris. Et quia cū hæc diceret, contradicentibus Iudæis quasi peccator occiditur, psalmographus ex persona eius uerba facit ad deum patrem dicens: Detractiones exprobrantium te ceciderunt super me. Hoc est, ego cum uoluntatem tuam facerem, dixerunt me peccare in te, qui nō me recipiendo quem misisti exprobrauerunt te, quia Iudæi cum peccarent in deum non recipientes quem misit Christum, in super & occiderunt cum quasi peccantē in deum: sic peccata peccantium in deum ceciderunt super Christum. In nocēs enim à peccatoribus occiditur quasi blasphemus, sicut scriptum est in euangelio.

Quæq; enim scripta sunt ad nostrā cōfirmationē scripta sunt, ut per patientiā & exhortationem scripturarum spem habeamus. Manifestum est enim, quia quæcūq; scripta sunt ad nostram disciplinam scripta sunt, ut ex ipsa exhortatione proficiamus ad spem, non diffidentes de promissis si adhuc tardent. ¶ Deus autem patientiæ & consolationis det uobis unum inuicem sapere secundum Iesum Christū, ut unanimes uno ore honorificetis deū & patrem domini nostri Iesu Christi. ¶ Quasi ad salutem missus Apostolus, bono uoto plebem profectur, optans ut deus det eis unū sensum sapientiæ secundum Iesum Christum, ut iuxta doctrinam Christi sapiant. Tunc enim poterunt dilectionem seruare exemplo domini dicentis: Maiorem hac dilectione nemo habet quā ut animam suam ponat pro amicis & fratribus suis, & ita uno ore, una cōfessione laudare deum patrē in Christo, si inuicem se iuxta sensum Christi fuerint exhortati: ut sine cessatione laudent deū, omnia quæ fecit per Christum, & post errorem lapsa, per eūdem iterum erigere & reformare dignatus est, duplex dans beneficium, misericordiam & cognitionem. ¶ Propter quod assumite alterutrum sicut & Christus assumpsit uos in honorem dei. ¶ Sic assumpti sumus à Christo, dum infirmitates nostras accepit, & ægritudines nostras

Ioan. 15

ca. 10.

ca. 11.

ca. 12.

IN EPIST. AD ROM. 159

stras portauit, ut hoc exemplo nos inuicem nostras infirmitates per patientiam confirmemus, ut nomē honoris dei assumptum in nos non euacuetur. Filij enim dicimur dei per gratiam Christi. ¶ Dico enim Christū ministrū fuisse circuncisionis propter ueritatem dei in hoc ut confirmaret promissiones patrum. ¶ Origenem commendat Iudæorū. In circuncisione enim filios significat Abrahæ, quibus missus Christus ministravit patribus gratiam repromissam. Vnde saluator: Ego esū sum, inquit, in medio uestrum, non ut ministrer, sed ut ministrem, ut ueritas in promissione facta patribus probaretur. Circuncisio enim carnis data est Abrahæ, in figuram circuncisionis cordis, quam postea propheta futuram significauit, dicens: Circucidite duriciam cordis uestri. Huius uerbis circuncisionis promissæ, minister Christus est, hoc est, prædicator. Dehinc apostolis ut circūcis carne ministraret cordis circūcisionem, sic ait: Sicut me misisti in hunc mundū, ita & ego misi eos in hunc mundū. Circuncisio autem cordis est, sublata erroris nebula, agnoscere creatorem, deum patrē & filiū eius Christum, per quem creauit omnia, ut ueritas dei impleteretur. Promiserat enim daturū se misericordiam, & promiserat patribus Iudæorum. Nam dixerat Abrahæ: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et ad Dauid dixit: De fructu uentris tui, ponam super sedem meam: Et oriatur stella ex Jacob. ¶ Gentes autem super misericordiam honorare deum. ¶ Quia enim his nulla promissio erat quasi indigni, per solam misericordiam assumpti sunt ad salutem, ut per confessionem honorent deū, quia increduli inhonorēt. ¶ Sicut scriptum est: Propter hoc confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo canā. ¶ Exēplo prophetico probat. Scriptum est enim in psalmo decimosextimo. Gentes admittendas ad gratiam dei ad percipiendam salutem. Vox enim Christi est, qua futurum dixit quod in gentibus prædicatio eius fructum habitura esset confessionis sacramenti DEI, ideo gratias ex hoc agit filius obedientiæ gentium. Vnde in Euangelio ait: Confitebor

Ioan. 17

Gen. 26
Psal. 131
Num. 24

Mat. 11



160 COMMENT. D. AMBRO.

sitbor tibi pater domine cæli & terre, qui abscondisti
ea à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis,
quoniam bonum placitum ante te. Cōfessio ergo ista u-
nius dei est in trinitate, ex qua surgit læticia, ut post uerā
confessionem lætus dacantet misericordiam & donum.
¶ Et iterum dicit: Lætamini gentes cum plebe eius. Hoc
in cantico Deuteronomio. ¶ Et iterum dicit: Laudate om-
nes gentes dominum, & magnificate eum omnes po-
puli. Hoc in psalmo centesimo decimo sexto. Olim de-
creuisse deum ostendit, interueniente misericordia sua
cōcordes facere Iudæos & gentes, ut gratiam adepti gē-
tiles socij fierēt Iudæos, qui & ipsi olim dono dei plebs
eius erat nominata. Sed iā nobiles Iudæi, hi uero ignobi-
les p̄ m̄iam nobilitati sunt, ut simul oēs læti sint agnitio-
ne ueritatis, & laudantibus gētibus deū magnificent om-
nes populi, duodecim tribus unū deū qui auxit nume-
rū plebi suę adiūctis gentibus: Deniq; cum disceptarēt Iu-
dæi cōtra apostolum Petrum causa Cornelij, reddita si-
bi ratione, quieuerunt magnificantes dominū, dicentes:
Forſitan deus & gentibus penitentiam tribuit ad conse-
quendam uitā. ¶ Et ita dicit: Erit radix Iesse & qui exur-
get regere gentes, in eum gentes sperabunt. Vt maiore
fiduciam gentibus faciat & spem non dubiam, multis te-
stimonijs firmat decretum dei hoc fuisse, ut omnes gen-
tes benedicerentur in Christo, ne insolentia infidentiu
Iudæorum contristaret, & dubios redderet credentium
animos gentium, quasi frustra sibi spem promittant, qd
à deo Abraę accepto feratur fides Iudæorum, ut ipsa læ-
ticia & securitate crescerent. Quare tamē Christus ex ra-
dice Iesse & non ex radice Booz uiri iusti, aut ex radice
Obed? Sed quia Dauid filius dicitur propter regnum, ut
sicut ex deo natus in regem est, ita et ex Dauid rege ortū
haberet iuxta carnem, ideo radix Iesse arbor Dauid, que
fructum fecit per ramū qui est Maria uirgo quę genuit
Christum. ¶ Deus autem spei repleat uos omni gaudio
& pace in credendo, ut abundetis in spe & uirtute spiri-
tus sancti. Certus sum autem fratres & ego ipse de uobis,
quia

A 20. II

I N E P I S T. A D R O M A. 161

quia & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia,
ita ut possitis alterutrum monere. Hęc exhortationes
sunt. Per laudem enim prouocat eos ad meliorem & in-
tellectū & uitam. Qui enim uidet se laudari, data opera
elaborat ut uera sint quę dicuntur. Ideo non dixit ut in-
uicē se doceant sed admoneant. Hoc enim solet moneri
quod cum seatur aliquando subterfugit animo. Cætera
non sunt obscura ut indigeant explanatione. ¶ Audaci-
us autem scripsi uobis fratres ex parte tanquam in me-
moriā uos reducens propter gratiam quę data est m̄i
hi à deo, ut sim minister Christi Iesu in gentibus, sancti-
ficans euangelium dei ut fiat oblatio gētium accepta &
sanctificata in spiritu sancto. Non enim temere se scri-
psisse significat, Autoritatem enim sibi datā per dei gra-
tiam dicens, ut omnibus gētibus audeat scribere, admo-
nens & confirmās propositum eorum in Christo, ut sol-
licitudinem suam ostendat in ministerio euangelij qua-
si magister gentium, & sacrificium eorum posse acceptū
fieri sanctificationis causa in spiritu sancto. Quicquid e-
nim fide integra & mente sobria offertur, à spiritu san-
cto purificatur. ¶ Habeo igitur gloriam in Christo ad
deum, nō enim audeo aliquid loqui eorum quę per me
non efficit Christus in obedientiam gētium uerbo & fa-
ctis, potestatem signorum & prodigiorum in uirtute spi-
ritus sancti. Gloriā habere se dicit apud deū per Chri-
stum Iesum. Credens enim & seruens Christo Iesu in
conscientia pura, meritum sibi fecit apud deum patrem
intantum ut nihil deesse dicat quod non per illum ope-
ratus sit Christus, ad exhortationem gentium dando si-
na & prodigia per manus eius, ut prædicationem eius
uirus commendaret. Hinc est unde gloriam se ostendit
habere in Christo ad deum. Seruens enim Christo
gloriam habet ad deum intantum ut indigere non ha-
beat aliquid diuinę uirtutis, quod sibi prælitum non sit
à deo: sed omnia, se quia idoneus inuentus est dispensa-
tor consecutum, quę ad conuersionem per signorū uir-
tutem proficerent proficitur: quod eo proficit, ut se non
L minus



COMMENT. D. AMBRŌ.

minus potuisse probet q̄ ceteri apostoli qui fuerant cum domino, nec aliquid minus inter gentes uirtutū operatū esse deū, ut per hoc ipsum crescant, uidētes hanc se gratiā affectuos, quā affectui erant Iudæi, qui sibi prerogatiuā stendicāt patrū. ¶ Ita ut ab Hierusalē in circuitu usq; Illyricum repleuerim euangelium dei & filij eius Iesu Christi. Sic autē hoc prædicauit euangelium non ubi nominatus est Christus, ne supra alienum fundamentum edificarē. Non sine causa illic se prædicare niti dicit, ubi non nominatus est Christus, sciens pseudo apostolos aliter quā oportebat Christum tradere. Ad hoc enim circumibant ut sub nomine Christi alijs dogmatibus populum manciparent, quod postea corrigere maximi erat laboris. Idcirco præuenire uoluit, ut inuiolate prædicationis uerba traderet audientibus, & integra linea superficies ordinata, incolumis fundamenti robur haberet. Et quia magister datus est gentibus, oportebat eum sollicitè hoc curare ut illic doceret ubi Christus non fuerat nunciatus, & ut autoritatem suam firmaret, & laborum suorū plenum fructum haberet ex his quos plantauerat. Hinc est unde omnia loca ecclesiæ occupauit: Hæreses enim postea subtilitate malignantes, sub nomine Christi legis & fidei sensum corrumpere nitentur. Quod testimonio legis monuit dicens: ¶ Sicut scriptum est: Quia quibus non est annuntiatum de eo uidebunt, & qui non audierunt intelligent. In Esaia habetur. Ut ergo huc Ilio, se festinasse semper dicit imbueri gentes Euangelica ueritate. ¶ Propter quod impediēbar plurimum uenire ad uos, nunc uero ulterius locum nō habens in his regionibus, cupiditatē habens ueniendi ad uos ex multis iam præcedentibus annis, cum in Hispaniam proficiscerē cœpero, uidebo uos & à uobis præmitti illuc, si uobis primum ex parte fruius fuero. Quod in capite Epistolæ memorat, dicens: Quia sæpe, inquit, proposui uenire ad uos & prohibitus sum usque adhuc: Nunc absolutè ostendens qua causa impeditus sit, ut uolēs uenire aliud ageret

I NEPIST. AD ROMĀ. 163

ageret quod imminēbat, ut excluderet pseudo apostolorum praua commenta: & deniq; postquā omnibus in circuitu prædicauit iam uacare sibi dicit uenire Romā, quod olim optauerat. Romanos igitur quia in lege inducti fuerant, interim per epistolam corrigit, illos autē qui non audierunt adhuc prædicationē, utilius esse præsentia sui doceri, ut fundati recta fide difficile aliud aliquid reciperent: Venturum tamen se promissit tempore quo ad Hispaniam erat iturus, quia illic Christus non erat prædicatus, ut occuparet mentes illorum. Et quia pseudo apostolis difficile fuit iter ad illos, ideo tardius si iter non erat molestum. ¶ Nunc uero proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt Hierosolymam. Pius tamen iturum se dicit ministrare sanctis Hierusalem, per quam rem Romanos scire uult quia huiusmodi operibus studendum est. Qui enim per misericordiam uiuunt & iustificati sunt apud deum, huic inferuire debent. ¶ Debitores enim sunt eorum, quoniam si spiritualium eorū participes factæ sunt gentes, debent & in carnalibus ministrare eis. Quippe cum debitores eos dicat Iudæorum credentium, ut sicut in spiritualibus participes eorum facti sunt, ita & hi communicent corporalibus necessitatibus illorum, ut gaudētes ex Iudæis credentes, collaudēte prouidentiam dei in salutem ipsorum per ministerium eorum. Hi enim rotos se diuinis dedentes obsequiis, & nihil mundanum curantes, exemplum bonæ conuersationis præbebant credentibus. In tantum deniq; nos humanos & misericordes uult esse Apostolos, ut & debitores nos dicat circa eleemosynam largiendam, & bonis operibus exercendum cū alacritate cordis, quia quæ misericordiā à deo sperat, debet esse misericors, ut probet se recte hanc sperare, quia si homo miseretur, quantum magis deus. Retributio em̄ hæc est uel merces, ut quæ accipiunt misericordiā, misericordiā faciant. Unde dñs: Beati, inquit, misericordes, ipsorū em̄ miseretur deus.



COMMENT. D. AMBRO.

Hoc igitur cum consummauero & assignauro eis fructum hunc, proficiscar per uos in Hispaniam. Scio enim quoniam uentens ad uos in abundantia benedictionis Christi ueniam.) Certus de dispositione & gratia dei, promisit se in abundantia benedictionis uenturum quam predicat Christi. Benedictio autem hæc signorum uirtus est per quam confirmati sunt. ¶ Obsecro ergo uos fratres per dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem spiritus sancti, ut sollicitudinem impartiamini mihi in orationibus pro me ad dominum, ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa.) Dehinc orat ut adiuuetur in orationibus ut euaderet manus Iudeorum infidelium: non quia ipse minus mereatur, sed ordinem sequitur, ut ab ecclesia fiat oratio pro rectore suo. Multi enim minimi dum congregantur unanimes fiunt magni, & multorum preces impossibile est ut non impetrent. Si ergo & ipsi cupidi sint uidendi apostolum, impensius orent ut inde liberati possint suscipere illum in gaudio charitatis. ¶ Et munerum meorum oblatio accepta fiat in Hierosolymam sanctis, ut ueniam ad uos cum gaudio per uoluntatem Iesu Christi, & refrigerer uobiscum.) Etiam hoc orandum dicit, ut ministratio munerum eius accepta fiat sanctis in Hierusalem, & omnia cum uoluntate dei facere se ostendat, ut quia deuotus est animus eius ad ferenda munera, etiam illorum animo dei iudicio responderi sibi uult, ut intellecta charitate illius erga se cum illo unanimes deo gratias agat. Magnus enim profectus est ei cuius ministerio læti effecti, deum laudibus prosequuntur. ¶ Deus autem pacis sit cum omnibus uobis amen.) Deus pacis Christus est, qui ait: Pacem ueram do uobis, pacem relinquo uobis, quem optat esse cum his, sciens dixisse Iesum: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Tales ergo istos cupit esse, ut sit cum illis dominus Christus Iesus, qui amputata omni discordia erroris humani, dedit ac offendiit quid sit uerum, ut in ipsa ueritate maneat pacifici.

Ioan. 14
Mat. 28

Capue

COMMENT. D. AMBRO.

CAPVT XVI.



COMMENDO autem uobis Phæben sororem nostram quæ est ministra ecclesiæ apud Cenchris, ut eam suscipiatis in domino digne sanctis, & assistatis illi in quibuscunque desiderauerit uestri, etenim ipsa quæ que assistit multis & mihi.) Phæben uenientem commedat sororem communem, id est, de lege, quæ ut merito commendat, ait hæc ministræ esse ecclesiæ Cenchris, & quia multis adiutorio fuit, dignam ipsam dicit adiuuandam peregrinationis causa. Ut autem sine intermissione excipiendâ illâ, & assistendû illi in necessitate, si prouenisset, suaderet, etiam sibi illam affuisse testatur, ut quanto sublimior persona eius cæteris sit, tantomagis reddere huic debitum obsequium per charitatem ostenderet.

¶ Salutate Aquilam & Priscillam adiutores meos in Christo Iesu, qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt, quibus non solum ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ gentium & domestica eorum ecclesia.) Hi ex Iudæis fuerunt, qui credentes facti sunt focii laboris apostoli, quia recte crediderant, ut etiam ipsi exhortarentur cæteros ad fidem rectam. Denique Appollo quâuis fuerit exercitatus in scripturis, ab his tamen uiam domini diligentius instructus est, ideo focios laboris sui dicit eos, sed in Christo Iesu. Cooperari enim eius fuerunt in Euangelio dei. Aquila uir Priscille est, quos non octo se Romam uenisse manifestum est. Propensiores enim erant in dei deuotione. Nam ad confirmationem Romanorum, hi omnes quos salutat his fuisse intelliguntur. Unde dicit, non solum se, sed & omnes gentium ecclesias gratias his referre, tægés & Romanos ut his obediant, quos ad profectum gentium audiunt laborare ad exhorrandam fidem in Christo. Quos intantum laudat, ut pericula pati pro eo non abnuerent. Inimicitias enim & Iudæorum & falsorum fratrum subire non aspernati sunt, L 3 dum-



COMMENT. D. AMBRO.

¶ Cum modo apostolum obsequijs & charitate iuauerent. Falsi fratres hi erant, qui credentes in Christu, legem tamen seruandam dicebant, non sufficere ad plenum salutis effectum Christum putantes, quod Apostolus desiruebat, quare & persecutiones ab his patiebatur. Horu etiam domesticos & uernaculos salutat, quos ecclesiam appellat, quia sanctorum uirorum erant discipuli circa fidem. ¶ Salutate Epāneru dilectum mihi, qui est primitiuus Asia in Christo. Huius Epāneti etiam presentem dignitatem non tacet, ut ostendat & dignitatos credere, & inuiter primos Romanorum ad fidem, aut certe humiles crescerent. ¶ Salutate Mariam que multum laborauit in uobis. Commonet hos nomine Mariae quam intellegimus ad exhortationem illorum impensius laborasse ut gratias illi agant. ¶ Salutate Andronicum & Iuliam cognatos & concapriuos meos qui sunt insignes in apostolis, qui ante me fuerunt in Christo Iesu. Hos cognatos & iuxta carnem & secundum spiritum, quomodo & angelus dixit ad Mariam: Ecce Helizabet cognata tua & ceteros etiam apostolis prioribus obsecutos cum testimonio sui declarat, & secum per captiuitatem passos fidei causa, ideoque istos plenius honorandos. ¶ Salutate Ampliandū dilectū mihi in Christo. Hūc quasi amicū salutat, sed in dño amicū, non tamen qui interfuerit labori eius aut captiuitati. ¶ Salutate Urbanū adiutorē meū in Christo. Non solum istū suum adiutorem dicit, sed & ceterorum fuisse sociū in exhortatione credulitatis. ¶ Stachinum quoque dilectum meum. Hunc Stachin quibus dilectum uocet, tamen subiicit illum Urbano participi operis euangelici. ¶ Salutate Appellen probum in Christo. Hunc Appellen quasi amicum suum aut participem operis salutat, sed propter tentationibus probatus est, & in Christo fidelis inuentus. ¶ Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo. Aristobolus iste congregator fuisse intelligitur fratrum in Christo, cuius factū sic probat ut eos quos congregabat dignos salutatione sua designet. ¶ Salutate Herodionem cognatum nostrum. Hunc quem cognatum

Luc. i

IN EPIST. AD ROMA. 167

tum tantum uocat, ostendit deuotum in charitate renascibilitatis, non tamen uigilantiam illius designauit. ¶ Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in domino. Narcissus hic illo tempore presbyter dicitur fuisse, sicut legitur in alijs codicibus. Et quia presens non erat, uideris qua causa eos in domino saluet ut sanctos qui ex eius erant domo. Hic autem Narcissus presbyter officio peregrini sungebatur exhortationibus firmans credentes, & quoniam non sciebat Apostolus merita illorum qui cū illo fuerant, sic dixit: Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo in domino, hoc est, quos scitis dignos esse ex his salutatione mea qui in domino posuerunt spem suam, illos salutate nomine meo. ¶ Salutate Triphēnā & Triphosam quæ laborant in domino. Has uno honore dignas declarat in Christo. ¶ Salutate Perfidem charissimam, quæ multum laborauit in domino. Ista anteposta uidetur supradictis, quia multum laborauit in domino. Labor hic in exhortatione est, & in ministerio sanctorum, & in presura, & in egestate propter Christum, quia domus suas relinquere fugati, & opprobrio erant infidis. ¶ Salutate Rufum electum in domino & matrem eius & meam. Ideo istum Rufum preposuit matri propter electionem administrationis gratiæ dei, in quo mulier locum non habet. Electus enim erat, id est, promotus a domino ad res eius agendas. Matrem tamen tam sanctam habuit, ut Apostolus suam quoque matrem hanc uocaret. ¶ Salutate Asincedum, Phlegontam, Herman, Patrobā, Hermen, & qui cum eis sunt fratres. Hos simul salutat, quia sciebat eos esse concordēs in Christo, hoc est, iunctos in amicitiam Christianam. Salutat simul & fratres qui erant cum eis, quorum nomina prætermisit. ¶ Salutate Philologum & Iuliam & Nereum, & sororem eius Olympiadē, & omnes qui cum eis sunt sanctos. Hi omnes unanimes intelliguntur fuisse, quos hac causa simul salutat, quorum meritum ex his qui simul cum eis erant dinoscitur. Sanctos enim nuncupat eos, ut merito illos salutare

E 4 uideat



COMMENT. D. AMBRO.

uideatur. ¶ Salutate inuicem in osculo sancto.) Omnes quibus scribit & quos nominat, iubet salutare se inuicem in osculo sancto, id est, in pace Christi, non in desiderio carnis sed in spiritu sancto, ut religiosa sint oscula non carnalia. ¶ Salutant uos omnes ecclesie Christi.) Per hoc intelligitur dici ecclesiam quae non sit Christi. Vnde & David conspirationem iniquorum, ecclesiam malignantiū uocat. Omniū ergo locorū illorū ecclesias dicit eos salutare, ut crescant in fide. Hoc ergo ad superiorem sensum retulit, ut ostēdat Christum esse in quo salus est, & hunc esse cuius populus fidelis est, & cuius nutu uiuit cuncta creatura. Autor enim uitae hic est, sicut dicit Petrus Apostolus, non lex in qua quidam illorum putabant sperari debere. ¶ Oro autem uos fratres ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula praeter disciplinam quam uos didicistis faciunt, & declinate ab illis. Hi enim tales Christo domino nostro non seruiunt sed suo uentri, & per illecebras ac blandimenta sermonum deprauant corda innocentium. Vestra enim obedientia in omni loco diuulgata est.) Hoc in loco de personis rupit pseudo apostolorum, quos in tota Epistola cauendos monuit, sicut & nunc, sed sine manifestatione traditionem illorum compressit. Hi enim cogebant credentes Iudaizare, ut dei beneficium circa se inanirent, sicut supra memorauim. Compositis enim genealogiae uerbis tractatus sibi coaptabant ad commendationem traditionis suae, per quos simplicium corda deciperent. Vestra enim obedientia, inquit, in omnem locum diuulgata est, hoc est, quod in primordio epistolae dicit, quia fides uestra praedicatur in uniuerso mundo, hoc significat quod securus sit de obedientia eorum. Erat enim incredulum quod se subicerent post cognitam ueritatem rei stultae quasi prudentes. ¶ Gaudeo igitur de uobis.) Et hic sensus de superiore parte epistolae est. Gaudet enim, quia Romani qui regnum habere uidentur, subiecerunt se fidei Christianae, ¶ Volo uos proficere ut eruditi sitis in bonum, rudes uero in malū.) Eruditus in bono hic est qui

bona

INEPIST. AD ROMA. 169

bona operatur. Rudes autem in malū hi sunt qui ignorant opera mala, id est, usum maliciae nesciunt. ¶ Deo autem pacis conteret satanam sub pedibus uestris uoluciter.) Id est breui. Hoc de aduentu suo dicit, quia aduentus eius opprimeret diabolom ob hoc quod isti spiritalem gratiam accepturi erāt, cui rei inuidet satanas, quia uult homines permanere in errore, ut discrepent cum sint unius professionis. ¶ Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum.) Gratiam quam promisit illis in aduentu suo, iam optat esse cum illis. Si enim merentur accipere iam cum illis in spe. ¶ Salutat uos Timotheus confors laborum meorum, & Lucius & Iason & Sopater, cognati mei.) Timotheus confors laborum eius est quasi coepiscopus, & cum magna sollicitudine ecclesiam gubernabat positus in inuidiam Iudeorum usque adeo, ut inter iniuria circūcideretur propter scandalum Iudaeorū, ut quia matre Iudaea erat, doctor esse non posset incircūcisus. Illos uero cognatos dicit, partim generis, partim fidei causa. ¶ Saluto uos ego Tertius qui hanc epistolā scripsi in domino.) Tertius nomine non numero, hic est scriba epistolae, cui concessit suo nomine salutare plebem Romanam, ad quam scribit ut ceteros saluent quos nominat. Adhuc enim rectores ecclesiarum paucis erant in locis. ¶ Salutat uos Caius hospes meus & uniuersae ecclesiae.) Hic Caius ut arbitror ad quem scribit Ioānes apostolus, exultans in charitate eius quam exhibebat fraternitati, praebens sumptus illis necessarios. Et cum superius dicit: Salutant uos omnes ecclesiae Christi: Nunc iterat dicens: Salutant uos uniuersae ecclesiae, quod puto non otiose iteratum. Nihil enim tantus uir & tam tractabilis superfluum ponebat. Sed quia salutāt uos, inquit, omnes ecclesiae Christi, id est, omnes sancti, sicut alio loco dicit: Qui autē sunt Christi carnē suam crucifixerunt, nunc subiecit etiam hos salutare qui sequentes sunt, ut benedictum populum significet ecclesiae, quia in omni ecclesia duo sunt populi. Potest & duarum prouinciarum nomina esse ecclesias, ut primum unius, deinde alteri

Gal. 3

L 5 riuS



rius loci dixisset omnes ecclesias, aut certe Iudæorum & gentilium. ¶ Salutat uos Erasmus dispensator ciuitatis & Quartus frater. ¶ Dispensator ciuitatis est quasi curator, qui dictante iusticia gubernabat ciuitatem, maxime in precijs moderandis. Hos omnes ideo nominatim enumerat in salutatione Romanorum, ut scirent quales & quanti congaudent bono cæpto illorum. ¶ Ei autem qui potest uos stabilire secundum euangelium meum & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterij quod temporibus æternis in silentio fuit: Manifestum est autem nunc per scripturas propheticas secundum imperium æterni dei, ad obedientiam fidei in omnes gentes cognitum, soli sapienti deo, per Iesum Christum, cui gloria in secula seculorū: Amen.) Deo patri ex quo sunt omnia dat gloriam, ut cæptum Romanorum, quia potens est dignetur implere, confirmando in fide animas eorum ad profectum euangelij & reuelationem mysterij absconditi à seculis, manifestati autem per Christum uel in Christo. Sacramentum enim quod latuit semper in deo temporibus Christi declaratum est, quia non singularis est deus, quia est apud illum ex æternis & sermo & paracletus, in qua ueritate omnem creaturam decreuit saluam fieri per agnitionem. Cuius quidem sacramenti ueritas per prophetas fuerat designata figuris quibusdam, soli deo cognitum sapiēti, cuius gratiæ participes uoluit esse gentes quod latuit genus hominum. Solus ergo est sapiens, quia ab ipso est omnis sapientia, sicut dicit Salomon: Omnis sapientia à domino deo est, & cum ipso fuit semper. Sapientia ista Christus est, quia de ipso est, & cum illo erat semper, per quē ipsi gloria in secula seculorum, Amen. Ideo nihil sine Christo plenum, quia per ipsum sunt omnia, qui cum agnoscitur, datur deo patri laus per ipsum, quia intelligitur per Christum quasi per sapientiam suā in qua saluos facit credentes. Gloria ergo patri per filium, hoc est, ambobus gloria in spiritu sc̄to, quia uterq; in una gloria est. ¶ Gratia dñi nostri Iesu Christi cū oībus uobis, amen.)
In con-

Ecd. 1

In conclusione Christum ponit, per quem facti & iterum reformati sumus gratia eius, ut meritis nostris heret, quia si beneficiorū eius memores sumus, semper nos turbatur, sicut dixit: Ecce, inquit, ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi.

Matth. 28

D. AMBRO.

SII EPISCOPI MEDIOLAN. COMMENTARIJ in Epistolam beati Pauli ad Corinthi os primam.

PRAEFATIO.



Recepto domini admonitus Apostolus resedit apud Corinthios annum unum & menses sex, docens inter eos uerbum dei: Hinc est unde magna cū fiducia & charitatis affectu agit cum eis, aliquando cōmonens, aliquando arguens, aliquando blandiens ut filijs. Nam multæ causæ sunt propter quas scribit ad eos. Quarum prima hæc est, quod more hæreticorum dissentientes ab inuicem, hominibus deuoti, Paulani & Petriani & Apolloniaci dici uolebant non Christiani, quod ualde exprobrat Apostolus. Erant tamen inter eos qui ab his dissentirent, Christo soli dicati. Secunda hæc est, quia eloquentia delectari cæperant & terrena philosophia, ut sub nomine Christi his imbuerentur quæ contraria sunt fidei. Tertia, eo quod inflati essent quod non iret ad illos Apostolus. Quarta, propter fornicatorem fratrem quē inter se esse patiebantur. Quinta, ut commoneret de præterita epistola, quā ante hanc quæ prima dicitur scriperat. Sexta, quia inuicem sibi iniurias & fraudes faciebant, & infidelium potius examina requirebant. Septima causa est, in quo designat licere sibi sumptus accipere, sed contemnere,

173
COMMENT. D. AMBRO.

temere, ne forma esset rapacibus pseudo apostolis. Octaua uero est, ut respondeat epistola illorum. Perturbati enim ceperant ab hereticis de matrimonijs. Nona est, in qua declarat, sic debere unumquemque manere ut credidit. Decima autem de uirginibus, eo quod nihil sit sibi preceptum. Et reliqua sunt causa: quae in corpore uidebuntur.

CAPVT I.



A VLVS uocatus apostolus Christi Iesu per uoluntatem dei.) Ad Romanos aliter cepit, quia altera causa est: Hic uero apostolus se esse Christi Iesu dei uoluntate scribit, quia omnia quae egit, filij dei egit uoluntate, qui dixit ad Paulum: Vade, ego longe ad gentes mittam te. Hinc uocatus est apostolus, hoc est dei uoluntate missus ad gentes. Per quod etiam tangit illos, quos neque Christus miserat, neque uerum erat quod docebant.

Deum enim & Christum ideo frequenter nominat, ut Christum deum non ipsum patrem ostendat, sed esse Christum filium, esse & deum patrem, non unionem cum ostenditur filium dici. Multae enim sectae emerferant, quae Euangelium Christi pro sensu sui arbitrio asserabant, ex quibus rami aridi extant nunc usque, quarum assertores ecclesias euerdebant. Hinc apostolus omnia quae heresibus contraria sunt ponit, ac se uerum praedicatorum per id quod a Christo dei uoluntate missus est, asseruat. ¶ Er Sosthenes frater.) Etiam istum sua commendat societate. ¶ Ecclesiae dei quae est Corinthi, sanctificatis in Christo

IN EPIST. AD ROMA. 173

sto Iesu.) Propterea ecclesiae scribit, quia adhuc tunc singulis ecclesijs rectores non erant constituti. Et cum in multis arguat eos ait: Sanctificatis in Christo Iesu. Sed ideo quia regenerati in Christo sanctificati sunt, post autem ceperant male conuersari, ut ostenderet omnem ecclesiam sanctificatam fuisse in Christo, sed quosdam illorum praua doctrina pseudo apostolorum euerfos a traditione ueritatis. ¶ Vocatis sanctis.) Hoc est, uocati estis ut sancti sitis, quod est, ut non recedatis a regula sanctificationis. ¶ Cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro.) Id est cum Iudaeis ueris iungit & gentes, quia salus ex Iudaeis est, ut in omni loco ubi gentes quae inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, & ubi Iudaei supra memorati sunt, similiter sint omnes unum. Pseudo apostoli enim qui nomen Christi per prudentiam mundi praedicabant, id est admixta philosophia, ueterem legem & prophetas reprobant. Negabant enim Christum uere crucifixum, sed tantum uisum crucifigi, sicut Marcion & Manichaeus. Vnde Apostolus: Nos autem, inquit, praedicamus Christum crucifixum. Neque carnis resurrectionem fatebantur quod propheta Esaias clamat dicens: Qui in monumentis sunt resurgent. ¶ Gratia uobis & pax a deo patre nostro, et domino Iesu Christo.) Ne quia dixerat: Qui in uocant nomen domini nostri Iesu Christi, patris aut nomen aut donum tacuisse uideretur, & suspicionem forte aut occasionem daret unionis, docet quidem Christum rite inuocandum, sed omnem gratiam esse patris, ut & duos qui unum sunt per diuinitatem ostenderet, & patris auctoritatem praeferreret. ¶ Gratias ago deo meo semper pro uobis.) Quamquam omnibus in ecclesia scribat, sed ita significat cum aliquando corripit, aliquando laudat, ut unusquisque cum Epistola legitur intelligat quid pro se, quid aduersum se dicatur. In una enim plebe duobus populis scribit, ut cum arguit, qui male conuersantur, sciant sibi haec scripta. Similiter & cum laudat, sciat qui in regula manet ad se hoc dici. Ideoque, inquit, Gratias ago deo

Ioan. 4



COMMENT. D. AMBRO.

deo meo semper pro uobis. ¶ Super gratia dei quæ datâ est uobis in Christo Iesu.) Datam dicit gratiam à deo in Christo Iesu, quæ gratia sic data est in Christo Iesu, quia hoc constitutum est à deo, ut qui credit in Christum saluus sit sine opere, sola fide gratis accipiens remissionem peccatorum. ¶ Quia in omnibus ditati estis in ipso, in omni uerbo & in omni scientia.) Hoc significat, quia in accepta gratia & in uerbo ueritatis doctrinæ scientiam spiritalem assecuti permanserunt, ideoq; gratias agit in his deo. ¶ Sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis.) Testimonium Christi confirmatum est in his, quia roborati in fide nihil de hominibus sperabât, sed omnis spes illorum in Christo erat, nullis uoluptatibus illecebris capri. ¶ Ita ut nobis in nullo desit aliqua gratia expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi.) Manifestum est, hunc expectare diem iudicii, qui circumspectus sollicitus est. Futurum iudicium dei dicit in quo dominus noster Iesus Christus reuelabitur tã fides q̄ in fide, ut agnoscant increduli ac sciant uerū esse quod credere noluerunt & pereant, fidei uero gaudeant plus boni inuenientes quàm putauerant. ¶ Qui & confirmabit uos usq; ad finem sine crimine, in aduentu domini nostri Iesu Christi.) Alacri animo cõsilius de spe illorum securus est, quia inuolati usq; ad futurum iudicium erunt. Qui enim inter tot discrimina sensuum & perturbatiões diuersitatum immutari nõ potuerunt, proculdubio in eodem mansuros se offendunt. Cũ hos laudat, illos qui errore pseudo apostolorum de prauati fuerant, inuitat. Dum enim horum fidem prædicat, illos ad penitentiam uocat. ¶ Fidelis deus per quem uocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri.) Quis ambigat de promissis & fide dei, quia non erit aliter q̄ dixit, filios nos adoptatos sibi credetes in Christũ. Hoc enim nobis donat quod credimus, ut quia credimus Christum filium esse dei, hoc nos esse incipiamus mäsuri in eadem dignitate, sicut manet Christus quem credimus filium dei. Societas enim fraternitas est, ut quomodo fidem dei in-

colu-

IN EPIST. AD ROM.

179

columem in hac causa nobis futurã ostendit, ira nos non diffidentes & perfidi inueniamur, sed perseverantes in adoptione.

Obscuro autem uos fratres per nomẽ domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis oēs.) Omnes nunc orat ut unum sentiant, hoc utiq; in quo reuati dei filij appellati sunt. Ad omnem enim ecclesiã modo loquitur, ut hi qui dissentire cõperant reuenteretur ad cõpram fidem, quam uidebant in his laudari qui in illa perseverabant. ¶ Et non sint in uobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia.) Perfectos uult eos esse in eodem sensu quem illis tradiderat, ut non discrepent. Ad illorum enim exemplum quos supra laudat hos prouocat ut hoc sentiant ac defendãt.

Perlatum est enim mihi de uobis fratres ab his qui sunt Chloës.) Quãuis euersi fuerãt, tamẽ fratres illos appellat, sicut & in Esaia propheta dicit deus ad illos qui secũ erant, ut eis qui pseudo prophetis credebant diceret: Fratres nostri estis uos, ut per id nõ dissentiret ab his quasi fratres. Quod autẽ dicit: Ab his qui sunt Chloës, aliquibus uidentur homines esse manẽtes & fructificãtes in fide Christi, aliquibus uidetur locus esse, ut puta si dicatur, ab his qui sunt Antiochiæ: Aliquibus autẽ uidetur feminam fuisse deo deuoram, cũ qua multi fuissent colentes deũ, quibus fides nõ negaretur, ut quod de ferrent de Corinthiis uerũ esset. ¶ Quod contentiones inter uos sint.) Cõtentiones inter eos esse dixerunt, ut ostenderent diuersitatem mentis illorũ de disciplina dominica, Et quæ esset, subiicit, dicens: ¶ Hoc autẽ dico quod unusquisq; uestrũ dicit: Ego quidẽ sum Pauli, ego autẽ Apolli, ego uero Cephe, ego autem Christi.) Errorem ostendit, sed autorum nomina non prodidit. Nec enim in loco strabant, sed circumibant ad euerfionem simplicium. Nam hos quos nominat sine dubio boni erãt doctores, sed sub eorum specie falsos Apostolos tangit. Si enim in his glorandum negat, quantomagis in malis doctoribus, quorum doctrinam prauã in subiectis significat. In-

ter



176 COMMENT. D. AMBRO.

ter eos tamen hos perseverantes designat qui dicebant se Christi esse, non hominis, quos superius laudat. ¶ Divisus est Christus.) Divisum dicit Christum, quia gloriam eius homines sibi partiti sunt. Sicut hæretici qui se aut Fotinianos, aut Arianos, aut Cataphrygios, aut Novatianos, aut Donatianos, aut Manichæos vocari non abhorrent, ita & Corinthij diversorum hæreticorum nominibus subijci cœperant, ut viderentur loco Christi homines venerari, qui dum diversa de Christo accipiunt, dividunt Christum. Vnus enim hominem tantum accipit Christum, alter deum purum sine homine vel corpore facit, alius dicit per prophetas prædictum Christum, aliter negat prophetas de Christo locutos. Cui ergo Christus unus fit deus & homo, isti sibi alius aliud eius vendicantes dividunt Christum, & quia sub nomine suo ecclesias faciunt multas. ¶ Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? Ideo a se cœpit, ne forte putaretur aliorum ideo refutare personas ut suam commedaret. Si enim Christus pro nobis, inquit, mortuus est, quomodo gratiam eius & beneficium hominibus imputamus ad eius iniuriam? ¶ Aut in nomine Pauli baptizati estis? Si credentes autem, inquit, in Christum baptizamur, ut in nomine eius iustificemur, quid est ut fidei huius homines nobis autores faciamus immemores ceptæ credulitatis?

Gratias ago deo quod neminem vestrum baptizavi nisi Christum & Caium, ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis. Baptizavi autem & Stephanæ domum, cæterorum nescio si quem alium baptizaverim.) Gratias agit deo, quia non multos ex illis baptizavit, ne quia error sub hac re cœperat, ex nomine eius error esset in plurimis, per hoc arguens & baptizantes & baptizatos, qui ad iniuriam saluatoris baptismatis eius gratiam hominibus deputabant, illis dissimulantibus gloriæ causa. Sic enim erant, sicut nunc Novatiani & Donatiani, qui baptismum sibi vendicant, a nostris baptizatos reprobantes, & baptizati ab his gloriantur in personis eorum. Denique Christi nomine abdicari;

Novat

INEPIST. AD CORIN. 177

Novatianos & Donatianos vocari se gloriatur. Crispus ergo & Caius Corinthij sunt, quos ad testimonium nominat, quia sic baptizati sunt ab apostolo ut nullam illi gloriam ex hac causa dandam assererent. Stephanæ autem domus primitivæ sunt Achaicæ, sicut in postrema parte epistolæ significat, quibus testimonium dat, quia in ministerijs sanctis se constituerunt. ¶ Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare.) Quoniam maius est evangelizare quam baptizare, ideo non se missum baptizare dicit, sed evangelizare, quia in episcopo omnium ordinationum dignitas est, caput est enim cæterorum membrorum. Per quod etiam illos humiliat, quibus illi multum dabant, propterea quod ab illis fuerant baptizati, ut ex eo scirent non magnum esse baptizare, quia non omnis qui baptizat idoneus est & evangelizare. Verba enim solennia sunt quæ dicuntur in baptismate. Denique apostolus Petrus credentem Cornelium cum suis iussit baptizari, nec dignatus est ministris assistibus hoc opus facere. Si enim defuissent, ipse hoc egerat necessitate compulsus. Quanto ergo melior his sit quos illi venerantur ostendit, & non tamen hoc nomini suo decerni permisit, sciens periculosum esse gloriam dei nomini homini vendicare, est enim quasi idololatria. ¶ Non in sapientia verbi, ut non evacuaretur crux Christi.) Quia prædicatio Christiana non indiget pompa & cultu sermonis, ideoque piscatores homines imperiti electi sunt qui evangelizarent, ut doctrinæ veritas ipsa se commendaret teste virtute, ne hominum versutia & calliditate humanæ sapientiæ acceptabilis videretur non veritate, sicut disciplinæ ab hominibus inveniunt, in quibus non ratio, non virtus, sed verborum queritur compositio, ac per hoc gloriam suam querit, qui fidem Christi verbis exornare vult. Obscurat enim illam splendore verborum ut non illa sed ipse laudetur. Sicut & pseudo apostoli, ne stulti viderentur prudentibus mundi, in sapientia hominum Christum prædicabant duplici genere, ut & eloquentiæ studerent, & ea quæ mundus in nobis suta

M iudicat



COMMENT. D. AMBRO.

iudicat euitarent, ut neque incarnatum dei filium & de uirgine natum docerent, neque carnis futuram resurrectionem, quia mundi istud sapientiae ratio stultum iudicat: ac per hoc apostolus non se in sapientia hominum dicit Christum predicare, ne euacuetur crux Christi, quia qui in sapientia hominis Christum annunciant, negant ueritatem praedicationis sicut supra memorauimus.

Verbum enim crucis pereuntibus quidem stulticia est. Manifestum est, quia quibus crux Christi stulticia est, in perditione sunt, infernae enim morti non sunt erepti. His autem qui salui sunt, uirtus dei est. Non est obscurum, quia his qui credunt dei uirtus est. Credunt enim non infirmitatem esse crucem Christi sed uirtutem, intelligentes mortem uictam esse in cruce, cuius signum qui habent salui sunt, quia ab illa teneri non possunt.

Scriptum est enim in Esaiam. Perdam sapientiam sapientium & intellectum prudentium reprobabo. Perditi sapientiam sapientium, dum quae ille negat posse fieri facit. Et reprobat intellectum prudentium, cum stulta putant, ut dei filius incarnatus de uirgine crucifigeretur pro humana salute, quod factum uere testatur uirtute non uerbis. Vbi sapiens, ubi scriba, ubi conquistator huius seculi? His dictis, tam in Iudaeos quam gentes inuehitur, quia & Iudaeorum scribae & legis doctores deum filium habere stultum putant credi. Simili modo & gentes istud risui deputant. Sed Iudaei quia hoc non tam aperte in lege significatum est diffidunt: Gentiles uero quia mundi ratio non istud recipit, nihil enim dicit posse fieri sine commixtione, stultum iudicat. Conquistator tamen seculi hic est, qui a constellationibus agi mundum, & duodecim signis ortus & occasus fieri decernit calculus, nihil omnino sine horum motu putans posse fieri. Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Stulta est facta sapientia huius mundi.

IN EPIST. AD CORIN. 179

di, putans enim se sapere, inuenta est imprudens. Quod enim impossibile iudicabat, possibile declaratum est, deum incuriosum aestimans. Est aliquid hac asseueratione stultius, ut fecisse dicatur mundum & curam eius non agere? quid fecit, si non ad illum pertinet quod fecit? Sed quia uident quosdam feliciter mundo frui, quosdam de primi, & bene agentes despici, maleuolos gloriari, idcirco incuriosum deum esse crediderunt. Qui incuriosum deum esse dicit, non negat maleuolum aut iniustum. Aut enim iudicaturus est mundum, aut iniustus est dissimulans de bonis & patiens fieri mala. Si igitur animaduertant seposito odio diuinae legis, possunt uidere causam istam a nobis terminari qui dei iudicium expectamus, in quo depressi exaltabuntur & uiolenti humiliabuntur, quia non est personarum acceptio apud deum. Nam quia in sapientia dei non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stulticiam praedicationis saluos facere credentes. Non cognouit mundus, id est, homines deum in sapientia eius, quia unicam maiestatem filius figmentis dederunt uel elementis, dissimulantes de eo, per sapientiam carnis putantes haec debere coli quae uidentur. Propterea placuit deo praedicationem ordinare quae illis stulticia uideretur, ut credentes quae illi diffidunt, salui fierent, illis damnatis. Vicissitudo ergo haec est, per quam dei consilio falsum a uero damnatur. Quoniam Iudaei signa petunt, & Graeci sapientiam quaerunt. Iudaei signa petunt, quia non diffidunt potuisse fieri, sed an factum sit quaerunt, scientes uirgam Azaron aridam germinasse & fructum tulisse: Ionam a ceto glutinum, in ventre eius tribus diebus & tribus noctibus fuisse & uiuum eiectum esse. Illud tamen praecipue quaerunt ut aliquid tale uideant, quod uidit Moses deum in igne, unde dicunt: Nos scimus quia Mos locutus est deus, cum matris mortuum Lazarum iam factum quarto die uiuum de monumento exisse uisissent. Graeci uero sapientiam quaerunt, quia nolunt audire praeterquam quae mundi ratione possibilia sunt. Nos autem pra-

Rom. 2

Num. 17
Ione. 2

Ioan. 8

M 2 dica



dicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stulticiam.) Scandalum est Iudæis dum audunt Christum filium dei se profitemem & sabatum euacuante: Gentibus autem stulticia, quia ea audiunt prædicari, quæ dum rationi humanæ non congruunt, insensata uidentur, ut partus uirginis, & resurrectio mortuorum. ¶ Ipsi uero uocatis Iudæis atq; Græcis, Christum dei uirtutem & dei sapientiam.) Suadente uirtute quæ potior uerbis est, credentes in Christum intelligunt Iudæi primum qui signum quærebant, Christum dei esse uirtutem, & Græci similiter uident Christum dei esse sapientiam: Illam autem mundanam quam prius putabant prudentiam, maximam esse stulticiam. Virtus ergo dei est, quia per ipsum omnia fecit pater deus. Sapientia autem idcirco, quia per ipsum cognitus est deus. Nec enim possit cognosci deus, nisi per eum qui esset de eo, quia nemo nouit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.

Lucæ. 10

Quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus. Stultum dei, inquit, non quia uere stultum est, sed quia ab hominibus dum rationi mundanæ non conuenit, stultum putatur cum sit ratio spiritalis, ac per hoc sapientius dinoscitur esse hominibus, quia spiritalia plus sapiunt quam carnalia. Non enim spiritalia per carnalia sunt, sed carnalia constant per spiritalia, ideoq; subiecta sunt carnalia spiritalibus. ¶ Et quod infirmum est dei, fortius est hominibus.) Sine dubio cœlestia uiuunt terrena. Quamobrem infirmum dei non est infirmum, quia infirmitas Christi magna uictoria est. Uicit enim cum uictus uidetur, sicut ait in psalmo 50. Et uincas cum iudicaris. Victor enim existit, qui iniuste occiditur, reum constituens à quo occiditur. ¶ Intuemini enim fratres uocationem uestram, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles.) Manifestum est, quia rari sunt qui mundi rationibus inflati, magis quam eruditi sunt, hoc est qui stellarum motus inspicunt & discernunt, ipsos autem dicit & fortes secun-

Psal. 50

secundum carnem, quos & prudetes. Et ideo fortes, quia passionem crucis Christi infirmam asserunt. Iniquitas enim fortis & uincere sibi uidetur ad tempus. Ipsi etiam nobiles per quos superstitionis sue originem antiquitatis assignant, nos nouellos dicentes. Non ergo hanc asseuerationem elegit deus quæ in paucis est. ¶ Sed stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientes.) Stulta mundi sunt, uirginem peperisse, & dei filium crucifixum. Credi enim hoc stultum putat, ideo, deus ut hunc confundat, hos elegit qui hoc credunt, quod hic stultum iudicat. Confunduntur enim sapientes, dum quæ pauci negant, multos uident fateri. Non est enim ambiguum multorum sententias, paucorum anteposententias. ¶ Et infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia.) Idem sensus est, quia quod pauci infirmum putant, hi qui se prudentes existimant in seculo dissidentes de spe, à multis uirtus asseritur, quia multi credunt quam non credunt ad illorum ruborem. Vident etenim infirma Christi nominata, demonijs imperare, & prodigia facere. Infirma autem sunt mundo, iniuriæ & passio saluatoris nescienti hæc ad uirtutem proficere, quia ideo ista pati se permisit, ut uinceret mortem. Iniuste enim pati & posse resistere & nolle gloria est patientis & damnatio occidentis. ¶ Et ignobilia huius mundi & contemptibilia elegit DEVS quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret.) Ignobilia ergo & contemptibilia elegit, non quia uere ignobilia sunt, sed sic iudicantur à mundo, quia spernunt rationes mundanas credendo in Christum, ut ea quæ sunt uere ignobilia & contemptibilia destrueret, quia ipsi magis iudicandi & condemnandi sunt qui iudicant. Asseuerationem enim illorum error inuenit, nec fuit ab initio, nostra autem disciplina ab initio est. Destruitur ergo, dum sine testimonio nudis uerbis asseritur, nostra uero non uerbis solis sed & teste uirtute probatur. ¶ Ut non gloriatur omnis caro in conspectu dei.) Id est, ut sapientia carnis erubescat in errore sui iudice deo. Sensus enim carnis est diffidere dei potentia uirginem peperisse, quia

M 3 hoc



COMMENT. D. AMBRO.

hoc mundi ratio qui cognatus est carnis non recipit. ¶ Ex ipso autem uos estis in Christo Iesu. Ex ipso, id est, ex deo, qui omnipotens est esse nos in fide Christi. Dei enim propositum est, ut ueritatem eius & misericordiam per Christum disceremus. Veritas est mysterium trinitatis. Misericordia uero quia cum essemus captiui redemit nos. ¶ Qui factus est sapientia nobis à deo & iusticia & sanctificatio & redemptio. Ad confirmationem credentium. ¶ Christum dei uoluntate dicit egisse quæ gessit, ut nos sciamus uere sapientiam didicisse & sanctificatos esse & iustificatos & redemptos à deo per Christum. Nemo enim redimit nisi quod suum fuerat. Siue ergo quod redempti sumus, siue quod sanctificati, id est ab opere carnis & idolorum immundicia purgati, siue quod iustificati (Iustus enim creatorem colere, cæteris spiritibus siue quod sapientes per id quod mundanos didicimus imperitos, totum hoc dei beneficium est per Christum. Redemptio tamen et ut peccati ipse contradictionem auferret, & sic captiuos eius erueret. ¶ Ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur in domino gloriatur. ¶ Hoc scriptum est in Hieremia propheta. Dignum est quod dicit propheta, ut in domino gloriemur, quia non poterit confundi qui gloriatur in domino. Opera enim eius & magnificentia in rebus gestis apparent, ideoque confundantur, inquit, in idolis suis, qui non pluuunt nec fecerunt cælum & terram. Simili modo & qui in hominibus gloriantur, quos se iungunt utique nullius esse uirtutis. Quare & ait scriptura: Vana spes est in homine.

CAPVT II.



Hæc ego cum uenissem ad uos fratres, ueni non cum eminentia sermonis aut sapientie, prædicans uobis mysterium dei. Neque enim iudicavi me scire aliquid inter uos, nisi Christum Iesum & hunc crucifixum. Quoniam superius gradatim formam disciplinæ nostræ

INEPIST. AD COR.

185

nostræ ostendit, nunc se non aliter illis tradidisse probat, quamque ostendit, quia & in humilitate sermonis & stulticia prædicationis, sicut mundo uidetur, locutus est illis de Christo mysterium. Quod ideo mysterium uocat, quia quod incarnatum est occultum erat à seculis apud deum uerbum. Hæreticos autem esse in quibus gloriabantur, quia & per eloquentiam prauam doctrinam commendabant, & prudentiam mundi sectantes, crucem Christi euacuabant, erubescerent stulti appellari à mundo, ut neque natum Christum ex uirgine prædicaret, neque uere crucifixum docerent, quia stultum uidetur dei filium natum hominem tateri & crucifixum. Hos & apostolus Ioannes designat dicens: Qui negat Christum in carne uenisse, antichristus est, & qui negat filium, nec patrem habet, quia ipsum patrem sibi filium appellatum dicebant. Ex quibus Marcion traxit errorem, qui arguit quæ clausa uidentur, quia non illa manifesta, sed intelligi uult ex eo quod prudentia mundi inuenitur quæ est religioni inimica. Quæ autem sunt quæ corripit ex eius iudicio uult disci, ut quæque nostra deridet uelut stulta, ea se omnia in Corinthiis reprehendere ostendat. Corpus enim ipsum memorat, ut ex eo membro eius ratio dinoscatur. Corinthiis tamen manifesta erant, quia causas in quibus arguebantur non ignorabant. ¶ Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud uos. Christum enim in stulticia humane sapientie prædicans, odium sibi & persecutiones prouocabat, quasi rem uanam annuncians, & inimicam Iudeis atque gentibus. ¶ Et sermo meus & prædicatio mea non in persuasione sapientie. Ostendit non se ut hominem fauorem acquireret humane sapientie placuisse, neque uerborum arti studuisse, sed fidem auctori exhibuisse, qui doctrinam suam non ornatum traditionis humane acceptabilem uoluit esse uerborum strepitu, sed ipsis rebus, quia res ante uerba sunt. ¶ Sed in ostensione spiritus & uirtutis dei. Ut quia uerbis quæ infirma iuxta uirtutem sunt, res faræ comperæ prudentes uidentur, deus prædicationem suam non testimonio uerborum uoluit commendari sed

N 4 uir-



COMMENT. D. AMBRO.

uirtutis, ut uerbi stulticia iudicata factis se sapientium demonstraret spiritali ratione fundata. ¶ Vt si des uestra non sit in sapientia hominum, sed in uirtute dei.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Hoc est inter eos qui cruce Christi uirtutis testimonio sapientiam tarentur. Hi enim sapientes & perfecti sunt, qui fidem non magis uerbis habent quam rebus.

¶ Sapientiam autem non huius seculi. Recte ait, sapientiam non huius seculi sed futuri, in quo ueritas dei negantibus apparebit. Hoc enim seculum rationem hanc non capit infirmitate cogitationis terrenæ. ¶ Neque principum eius qui destruuntur. Manifestum est non esse sapientiam hanc principum huius mundi qui destruiuntur ab illa. Christianitas enim errores quos hi inseruerunt excidit, id est, idololatriam, auariciam, & cætera uitia, sicut dicit Ioannes Apostolus: Propter hoc uenit filius dei ut solueret opera diaboli. ¶ Sed loquimur dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est. Occultum sensum manifestare se missum testatur, quem neque principes, neque potestates scirent, neque mundus audierit, ac per hoc fultum putari, quia incognitum est: Esse autem rationale & salutare teste uirtute, cui omnis intentio cedit ratiocinationis humanæ. Abscondita est ergo dei sapientia, dum non in uerbis, sed in uirtute est, non humana ratione possibilis, sed spiritus efficacia credibilis. ¶ Quam prædestinauit deus ante secula in gloriam nostram.

¶ Usque adeo uera sapientia & cum deo semper fuisse declaratur, ut ante secula prædestinata in gloriam nostram dicatur qui credimus. Præsciens enim deus, errores futuros in mundo quem erat facturum, hoc decreuit ad confusionem illorum qui sibi stulticiam sapientiam facturi erant, ad nostram autem gloriam qui credituri eramus & credimus. ¶ Quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum maiestatis crucifixissent. Principes huius seculi non solum homines accipiendos Iudæorum ac Romanorum, sed & hos principes ac potestates quos supra dixit, ad quos uere

IN EPIST. AD CORIN. 187

uere pertinet dictum hoc, aduersus quos nobis colluctatio est, spiritalia nequicia in caelestibus, quia consilio ac uoluntate illorum crucifixus est Christus. Denique post rationes, diabolus recessit ait usque ad tempus. Et ipse dominus. Princeps, inquit, huius mundi uenit, & in me inuenit nihil. Principes ergo huius seculi per ignorantiam dominum maiestatis crucifixerunt. Nam Iudæorum principes quomodo principes huius seculi possunt intelligi, qui erant subiecti regno Romano? Et neque Romanorum principes crucifixerunt Christum, quippe cum dixerit Pilatus: Nullam causam mortis inuenio in eo. Unde & manus laui dicens Iudæis: Innocens ego sum a sanguine iustitiae huius, uos uideritis. Hi ergo principes crucifixerunt dominum quos detriumphauit libere in semetipso, quamuis dicat Marcus euangelista de demonibus. Sciebant enim Christum ipsum esse Iesum. Scierunt quidem ipsum esse, sed qui in lege promissus erat, mysterium tamen eius quo filius dei est, nesciebant. Hoc etiam & Petrus apostolus ad populum Iudaicum dixit: Scio fratres, quia per ignorantiam egistis hoc malum, sicut & principes uestri, non tamen huius seculi. Si ergo per ignorantiam serui occiderunt dominum, peccatum eis ascribi non debet. Sed non licet ignorare. Et quamuis dominum esse nescirent, tamen quia rem impiam faciebant, non erant nescii. Dominus tamen maiestatis crucifixus dicitur, cum mori nesciat. Sed quia uerbum caro factum est, id est dei filius incarnatus, homo factus est, ipsi ascripta est mors: quia Iudæi non utique carnem persecuti sunt, sed eum qui operabatur per carnem: ac per hoc, quamuis dominus maiestatis mortem ignoret, quantum tamen ad Iudæorum uorum pertinet, & ad principem huius seculi, dominum occiderunt in carne. ¶ Sed sicut scriptum est: Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit deus diligentibus se. Hoc scriptum est in Esaia propheta alijs uerbis. Per hoc exemplum inopinatam rem factam, & quæ non solum in humanum sensum non caderet, sed & caelestias potestates

Luc. 4.

Ioan. 14.

Luc. 24.

Mat. 27.

Esa.

Esa. 64.

M 3 tentias

1. Ioan. 3.



tentias lateret, dei scilicet filium incarnatum, ut quod sit praedixerat, firmaret: quia si principes huius seculi dei hominem factum non intellexerunt, quanto magis homines? Sed si uerba offendiculum uel scandalum faciebant uirtutibus tamen & signis fides non debuerat denegari. Infirmitati enim & ignorantiae humanae uirtus debuerat praeponi, & credi quod humanae rationi impossibile uidebatur: adeoque diligentibus deum, id est, credentibus praeparauit donum hoc.

Nobis uero reuelauit deus per spiritum suum. Quia principes seculi hoc ignorabant, deus hoc per spiritum suum reuelauit credentibus: quia res dei non potest sine spiritu dei addisci. Nam non solum hominibus sacramentum istud missum se dicit declarare, sed & principibus & potestatibus in caelestibus, qui dominum crucifixerunt, ut hoc praedicante in terris, discant qui sunt in carnalibus caelis, qui degunt sub elementis firmamenti. Hic ergo singularis apostolus est, qui hanc gratiam consecutus est: quia trinitatis mysterium a nullo sic potuit explanari, unde & uas electionis diuino iudicio uocatus est. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda dei. Quia enim de deo est hic spiritus, omnia nouit dei. Profunda autem ideo ait, quia omnem uirtutem & praescientiam eius nouit, quod omnino creaturae impossibile est. Quis enim scit hominum ea quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Manifestum est cogitationes nostras a nullo sciri, nisi ab animo nostro quem spiritum dixit. Denique in Euangelio inter caetera sic ait: Et spiritus eius reuersus est ad illam. Sic & quae in deo sunt, nemo nouit, nisi spiritus dei. Hic spiritus dei docuit nos quod scit naturaliter non doctus, & docuit nos de mysterio Christi, quia non solum spiritus dei est, sed & Christi.

Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Hinc scimus quia spiritum, qui de deo est, accepimus, quia mundi spiritus non potest scire quae ab hoc nobis insinuata sunt. Spir

Spiritus tamen mundi hic est, per quem arripiuntur phantasi, qui sine deo sunt. Est enim inter mundanos spiritus potior, unde solet coniecturis quae mundi sunt diuinare, quem pythonem appellant. Hic est, qui per uerisimilia fallitur & fallit, hic est qui per Sibyllam locutus est, sensum nostrorum secutus, locum uolens inter caelestes habere. Ut sciamus quae a deo donata sunt nobis. Quia enim dei spiritus datus est nobis, scimus quae a deo donata sunt nobis. Non enim possemus scire, si mundi spiritum haberemus, quia non potest scire mundi spiritus. Sensum enim dei nemo nouit, nisi qui de deo est spiritus dei. Inferiora enim non possunt superiorum scire consilium, neque creatura conditoris sui dinoscere uoluntatem. Quae & loquimur. Ut hinc manifestum sit scire nos, quae a deo nobis donata sunt, quia haec & loquimur, ut & alii discant per doctrinam spiritalem. Praedicatoribus enim, id est, apostolis, insinuata diuinitus sunt quae traderet populis & addisceret principes huius seculi quid admiserent mali. Non in doctrina uerborum humanae sapientiae, sed in doctrina spiritus. Verba enim humanae sapientiae hunc sensum non uident, neque literatura studijs apprehenditur, sed per fidem spiritali ratione concipitur, dicente Esaias propheta: Nisi credideritis, neque intelligetis. Naturali enim magis lege, quam cursu siderum & calculis signorum, quae in firmamento denotantur, addiscitur. Denique credentes non humanis uerbis, sed naturae suae uident congruere quod credunt. Opus enim agnoscit opificem, ideoque euangelium animis nostris loquitur spiritalia, excitans illos ad cognitionem sui creatoris. Spiritalibus spiritalia comparates. Hoc est, his qui mundanam prudentiam resutant, spiritalem efficaciam tradere, quae mysterio fidei continetur ad illuminandos sensus beneuolorum hominum. Credentes enim quae mundi sapientia stulta iudicant, spirituales sunt. Animalis autem homo non percipit ea quae sunt spiritus dei, stulticia est enim illi. Pecoribus enim similis, sensum suum in terra deprimit, ideoque non assequitur nisi quae uidet, nec putat aliquid posse fieri quam quod scit. Ideo quic



COMMENT. D. AMBRO.

quicquid aliter audit q̄ nouit, stulticiam iudicat: nihil enim æstimat posse fieri sine cõmixtione. Vnde ridet aut diens deum filium genuisse, quẽ scit simplicem & incorporeum, & uirginem peperisse, & resoluta corpora uirum reuocari ad uitam, cum hæc magis ad laudẽ dei proficiant, ut credatur fecisse cuius operis ratio inuestigari non possit. Deus est enim qui fecit. Imbecillitas enim humana stultum putat quod scientia sua non concludit, cũ hoc magis stultũ deberet habere, & illud prudens: quod quia dei factum dicitur, nõ potest comprehendi. ¶ Et nõ potest scire, quoniam spiritaliter iudicatur. Humanam traditionem sequentes, dum unius dei fidem abnegant, spiritaliter factum est, quod ratione carnis inflati, putant fieri non posse, & sic reprobi annorati, spiritaliter condẽnati sunt. ¶ Spiritalis autem diiudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur. Quoniam uero ratio spiritalium est, id est credentiu, hoc enim quis nuncupatur quod credit, omnia iudicant. Ipsorum enim exemplo infidelitas diiudicabitur, ipsi autem a nemine iudicabuntur. Quis enim condemnet uera dicentem? Cum enim constet omnnes inimicos fidei falsa tenere pro ueris, accusatio illorum in irritum iam deducta est, ueri iudicio condẽnata, quia qui non crediderit, inquit dominus, iam iudicatus est. ¶ Quis enĩ cognouit sensum domini? quis instruxit eum? Sensus dei est, quo hæc spiritaliter iussit fieri, per quẽ mundi sapientia stulta probaretur, negans posse fieri quod factum est. Quem sensum nullus est qui cognouerit, & displiceat illi ut emendet cõsiliu dei, quia qui cognouit, laudat potentiam dei: quem qui omnia negat posse, nec mundum credit fecisse. Quid enim magnũ est, ut de se credatur generasse, qui nõ ambigitur cuncta ex nihilo fecisse? Quippe cum dicat Saluator: Apud deũ autem omnia possibilija sunt. ¶ Nos autem sensum domini habemus. Hoc dicit, quia credentes participes sumus eiusdem, id est diuinæ scientiæ.

Ioan. 3

CAPVT III.

Et ego

IN EPIST. AD CORIN. 189



TEGO fratres non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Nunc his loquit, qui propterea quod seculi adhuc uoluptatibus seruiebant, carnales erant. Quamuis iã baptizati essent, & spiritum sanctum accepissent: tamen quia post baptismũ statim ad ueterẽ hominẽ fuerũt reuersi, cui abrenunciauerãt, dicuntur carnales. Spiritus enim sanctus tunc permanet in eo, cui se infuderit, si permaneat in proposito regenerationis, si quo minus abscedit, ita tamen, ut si se reformauerit homo, redeat ad illum. Semper enĩ paratus ad bonũ est, diligens penitentia. ¶ Quasi paruulis in Christo lac uobis potũ dedi, non escam. Quamuis renati essent in Christo, tamen non fuit dignũ tradi his spiritalia. Accepta enim fide quæ est uelut semen spiritalis, nullũ fructum deo dignũ fecerunt, ut perfectiõnis uerba mererentur addiscere: sed quasi paruuli imperfectiõnis sensibus studebant. Apostolus autem uir diuinus, & medicus spiritalis, unicuiq; secundũ uires eius tradebat, ne per imperfectiõnem & imperitiã quis de rebus spiritalibus scandalũ pateretur. ¶ Nondum enim poteratis. Offendit aperte non illos debuisse audire, quæ confirmatis dicenda sunt. ¶ Sed neq; nũc poteritis, adhuc enim carnales estis. Hic ualde arguit temeritatem illorum qui querebantur dudum se nõ audisse spiritalia, cum adhuc digni nõ essent audire. Pseudoapostoli enim promiscue omnibus uno atq; eodem genere tradebant, nullius personam discernentes, ut acceptabiles fierent per hypocritam cõmendati, cum constet dominũ & autorem nostrũ Christũ aliter populis, aliẽ discipulis interlatũ, & inter ipsos apostolos fuisse distãtã. Tribus etenim discipulis gloriã suã in monte ostendit dicens illis, ut tacerent uisum quandtu a mortuis resurgeret. ¶ Cum enim in uobis æmulatio & contentiones sint, nõne carnales estis, & secundum hominem ambulatis. Indignitatis causas ostendit, quia de homine qui sperat auxilium, carnalis est. Qui autem sp̄reta humanitate de deo sperat, spiritalis

Math. 12

Ioan. 4

lis



COMMENT. D. AMBRO.

lis est, quia deus spiritus est. ¶ Cum enim quis dicat. Ego sum Pauli, alius autem, ego Apollo, nonne homines estis? Sicut enim gloriantes in deo, & de ipso omnem gratiam sperantes, dii dicuntur a deo adoptati: ita & in homine gloriantes, & homines & carnales dicuntur, sententia dei conclusi, qui ait: Ego dixi dii estis, uos autem sicut homines moriemini. A sua ergo persona incipit, ne forte putaretur per inuidiam magis personas illorum destruere, ostendens magnum errorem, & ad dei contumeliam pertinere, quando deo praedicatione gloria datur hominibus. Quid ergo minus est a gentilitate, dum adhuc aliquid de hominibus speratur? ¶ Quid igitur est Apollo, quid uero Paulus? Ministri eius cui credidistis. ¶ Ut quia ministri sunt, spes in his non sit, sed in domino cuius ministri sunt. Illi enim gratia uinctio deferenda est, cuius donum est: hi uero serui, quos etiam inuitos oportet dispensare. Nunquid non Moses coactus est ire ad Pharaonem, & Ionas inuitus missus est predicare Ninuitis, & Ananias contradicens missus est Saulo manum imponere? ¶ Et unicuique sicut dominus dedit. Id est sicut uoluit & sciuit, diuisit singulis officia ministerii. ¶ Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. ¶ Plantare est euangelizare, & ad fidem attrahere: rigare uero, baptizare solennibus uerbis. Peccata autem dimittere & spiritum dare, dei solius. Si ergo effectum salutis deus dat, nulla gloria in hac re hominis est. Scimus enim & spiritum sanctum sine manus impositione datum a deo, & non baptizatum consecutum remissionem peccatorum. Nunquid non hic inuisibiliter baptizatus est, quando donum baptismatis consecutus est? ¶ Ita que neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. ¶ Et plantata enim solent emori, & rigata ad effectum fecunditatis minime peruenire, nisi det deus uegetam uitam. Quantum ergo ad honorificentiam dei pertinet, nihil est homo: quantum autem ad ministerium pertinet, necessarius est ut honorificetur quasi seruus, non ut aliquid de illo speretur ad iniuriam dei. ¶ Qui autem

IN EPIST. AD CORIN.

191

tem plantat, & qui rigat unum sunt. ¶ Vnum sunt, quia ambo mercenarii sunt, quamuis diuersa sint illorum officia, ¶ Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. ¶ Quamuis enim unum sint, sed quia maior est qui euangelizat, quam qui baptizat, ideo discreuit mercedes illorum: & non solum ad hoc sed ad doctrinae sinceritatem pertinet, ut mercede sit dignus, qui inuiolatam tradit doctrinam.

DEi enim sumus operis participes, dei cultura, dei edificatio estis. ¶ Hoc ad apostolorum personam pertinet, quos confiat dei esse adiutores, dum uicarii sunt Christi. ¶ Secundum gratiam dei, quae data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui. ¶ Gratiam sibi datam dicit, ut dignus esset praedicare euangelium, ut & hoc dei esse ostenderet, non hominis: secundum hanc itaque gratiam ut sapientem architectum fundamentum se dicit posuisse. Sapiens architectus est, qui iuxta disciplinae auctoris collocat fundamentum: id est, qui secundum traditionem saluatoris euangelizat. ¶ Alius autem superaedificat. ¶ Superaedificia sunt, quae post praedicationem apostolorum a superuenientibus traduntur, aut malis aut bonis doctoribus. ¶ Vnusquisque autem uideat quemadmodum superaedificet. ¶ Id est, ut superaedificia congruant fundamento, ne si obliqua fuerint & friuola, ruinam faciant, manente incolumi fundamento: quia si male docuerit, Christi nomen permanet, quod est fundamentum. Doctrina autem mala peribit, sicut dicit dominus: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus caelestis, eradicabitur. ¶ Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. ¶ Ideo nemo potest ponere aliud fundamentum, quia quamuis haeretici sint aliqui, non tamen docent nisi sub Christi nomine. Aliter enim commenta erroris commendare non possunt, nisi interposito saluatoris nomine praedicent, ut res contrarias & absurdas nominis dignitas faciat acceptabiles. ¶ Si quis autem superaedificat supra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos. ¶

Lapides



COMMENT. D. AMBRŌ.

Lapides preciosi sunt, quos non corrūpit ignis. Tria genera posuit preclara in mundo, in quibus bonam doctrinam significauit. ¶ Ligna, fœnum, stipulam.) Tria alia genera posuit, sed frivola, ut in his corrupta & uana doctrina designata dinoscatur. ¶ Qui facit hoc opus, manifestus erit, dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur.) Hoc est, mala doctrina in igne omnibus apparebit, nunc enim quosdam fallit. ¶ Et uniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit.) Quia enim per ignem examinatio fiet, si in aliquo non inuenit quod exurat, manifestat illum bonum fuisse doctorem. Mala enim & aduultera doctrina idcirco in ligno, fœno & stipula signficata est, ut ostenderetur ignis esse esca. ¶ Si cuius opus manserit quod superædificauerit, mercedem accipiet.) Cum enim nihil in illo sordis inuentum fuerit præuēdo stringit, ut in bono auro: ita erit ut tres fratres in camino ignis, mercedem uitam æternam cum gloria accepturus: quia sicut aurum, & argētum, & lapides, quos ignis non corrumpit, ita & bonus magister incorruptibilis permanebit. ¶ Si cuius opus arserit, damnum patietur.) Opus quod ardere dicitur, mala doctrina est quæ interibit. Cuncta enim mala peribunt, sicut iter impiorum: quia non sunt substantiæ, sed asseuerationes peruersæ. Damnum autem pati, est penas perpeti. Quis enim in pena positus, iacturam non facit? ¶ Ipse tamen saluus erit, sic tamen quasi per ignem.) Saluum illum futurum dixit, quia non interibit substantia qua constat, sicut & doctrina mala peribit, quia accidens causa est. Ideo autē dixit: Sic tamen quasi per ignem, ut salus hæc non sine pena sit, quia non dixit, Saluus erit per ignem, ut merito suo ab igni nō combustus, saluus fiat examinatus per ignem. Sed cum dicit: Sic tamen quasi per ignem, ostendit saluum illum quidē futurum, sed penas ignis passurum, ut per ignem purgatus fiat saluus: & non sicut per æterni ignis in perpetuum torqueatur, ut ex aliqua parte operæ precium sit credidisse in Christum. Semper enim erubescat, necesse est, qui se uidet fallum defendisse
pro

IN EPIST. AD CORIN. 193

pro uero. Et simili modo semper fiduciam habebit deus, qui abiecto falso, secutus est uerum, & spreta impietate succubuit pietati. Extra catholicam enim quicquid est, contrarium est.

Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Templum dei nos esse dicit, ut deum in nobis habitare sciamus. In templo enim uo habitet necesse est. Et quia spiritum dei dicit habitare in nobis, deum significat intelligendum spiritum sanctum. ¶ Si quis autem templum dei uiolauerit, disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos.) Hæc idcirco præmisit, ut illos compungat, qui turpiter uiuentes, corpora sua uiolando corruperunt, maxime ille, qui uxorem patris habebat, ut ante esset reus, quam causa illius in medium prorumpere. Denique simili, imò eodem modo, cum causam illius iudicat, loquitur dicens: An nescitis quia corpora uestra templum est spiritus sancti, quem habetis à deo? Superius templum dei dixit, hoc autem loco templum spiritus sancti. Quis hinc dubitet quia spiritus sanctus deum significauit?

Nemo se seducat.) Id est, nemo proprio uel humano cōsilio putet se sibi prodesse. Ad superiorem sensum redit. ¶ Si quis uidetur sapiens esse inter uos in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens.) Hoc dicit, quia si quis intelligit salutem promissam, & mysterium incarnationis domini nostri Iesu Christi, stultus fiat: id est sapientiam huius mundi fugiat, ut stultus ab ea iudicetur, & tunc erit prudens: quia stultus seculo prudens est deo, dum credit deum fecisse quæ ratio mundi non capit, sicut supra memorauit. Pseudoapostoli autem prudentes uolentes uideri mundo, neque deum filium habere, neque incarnationem ueram esse, neque carnem posse resurgere predicabant. ¶ Sapientia enim huius mundi stulticia est apud deum.) Sic stulticia est sapientia huius mundi apud deum, dñi facit deus quod mundus fieri posse negat sapientiam illius stulticiam probat: & cum multos deos dicant, fides autem unū probet, teste uirtute, in prudēti
N



Iob. 5. sua confundetur. ¶ Scriptum est enim: Reprehendens sapientes in astutia eorum. Et iterum: Dominus nouit cogitationes sapientium, quoniam uanae sunt. Istud in spatio habetur. 91. Denique idem sensus est. Sciens enim uanas cogitationes illorum, ut stultos esse probaret, sapientiam illorum reprehendit, ostendens uerum esse quod falsum dicebant, & falsum quod uerum putabant.

Itaque nemo gloriatur in homine. Quonia enim humanae cogitationes et consilia improvida & infirma sunt, non esse gloriandum in homine, sed in deo. cuius consilium retractari non potest: quicquid enim homines sine deo sapiunt, stultum est. ¶ Omnia enim uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue praesentia, siue futura, omnia uestra, uos autem Christi, Christus autem dei. ¶ Alio loco dicit de eodem sensu: Nos autem seruos uestrorum propter Iesum, seruos pro ministris posuit, ut non singulos sibi defenderet, cum omnibus uterentur, sicut & dominus dicit: Ego sum in medio uestrum, non ut ministrer, sed ut ministrer. Nam mundus utique noster est, sed ut de illo secundum dei uoluntatem sentiamus, & decretos cursus eius in dei uoluntate ponamus. Et uita praesens concessa nobis est, sed ut modeste illam, & cum dei gloria transigamus. Siue mors, ut pro Christo mori libenter habeamus spe promissionis futurae. Siue praesentia, ut sic praesentibus utamur ne offendamus. Siue futura, ut futura credentes, ipsis nos magis quam meliora sunt commedemus. Vos autem Christi, ut quomodo haec iudicio nostro concessa sunt & subiecta, ita nos Christo subiiciamur, quippe cum per ipsum esse coeperimus, & in prima origine & in regeneratione. Christus autem dei. Christus dei est patris sui prioris filius faciens uoluntatem eius, ut & nos ipsius faciamus. Si ergo Christi sumus famuli, quid est ut ad eius iniuriam de hominibus aliquid speremus?



Mta nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Hoc significat, quia minus de illo sentiebant aliqui Corinthiorum, sed ut hoc homo de illo sentiret quod & deus qui illum elegerat deo ministros Christi ait, & dispensatores mysteriorum dei. Quando enim non uerborum strepitu, neque humana sapientia nitetur, intelligi debuit sacramentum Christi dispensare, in quo non uerba sed uirtus fulgebat, non per quod homo, sed deus gloriosus uideretur. Collega enim piscatorum, non aliter quam illi Christum praedicabat, cum ergo ministrum se Christi & sacramentorum dei probat, pseudoapostolos notat, & abnegat Christi esse quod tradit per id quod discordaret a traditione apostolica. ¶ Hic iam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. ¶ Hoc quod dicit, non solum ad pseudoapostolorum personam pertinet, sed ad reliquorum qui accepta dispensatione, aut uerecundia, aut timore, aut certe commendationis suae causa constanter arguere trepidabant aut malos sensus aut mores. Hic enim tam constans erat ut nec uitae suae parceret, dummodo fideliter omnia celebraret. ¶ Mihi enim pro minimo est, ut a uobis diudicer, aut ab humano die. Quos in tantis uitis reprehendit, miserum dicit ad his se iudicari: quippe cum nec a iustis iudicandum se sciret. Aut ab humana autem die, hoc est, quia nec a legibus mundo creditis iudicandus erat. Supergressus enim humanam iusticiam, caelestis iusticiae studebat, sicut dicit dominus: Nisi abundauerit iusticia uestra plus quam scribarum & pharisaeorum, non intrabitis in regnum dei. Humanum ergo dicit cum dicit, significat & diuinum, in quo iudicaturus est Christus, quia sicut iurisconsulti seu pontifices, quos uocant sacerdotes certos dies quibus iudicatur decreuerunt, ita & dies domini definitus est, quo iudicaturus est mundum. ¶ Sed neque meipsum iudico, nihil enim mihi conscius sum. Apertum est, quia conscientiam puram habens sollicitus de se non erat.

Math. 7



COMMENT. D. AMBRO.

¶ Sed non in hoc iustificatus sum.) Nunc humiliat se, & loquitur ut homo qui possit culpam incurrere nescius. ¶ Qui autē iudicat me, dominus est.) Recte ait, quāuis humiliauerit se, tamen domino Christo plurimū dedit, quia potest quod hominem latet, dū ocultra iudicat manifestare, non ut reum faciat sed prudentē. Quāuis enim homo est, quem nō potest, nisi aliquid lateat. Interdum enim aliquod utile putamus quod inutile est. Nec enim omnia membra aut latera conuersationis humanæ descripta habemus, ab his autem quæ grauiā sunt aperte prohibiti sumus. Nam quædam causæ nos fallere solent ex causis aliquibus ortæ, ut quod non est utile, putemus utile. Quod leue quidem est, quia propositum liberū est. ¶ Itaq; nolite ante tempus iudicare donec ueniat dominus.) Monet illos ne iudicent cum iudicandi sint, & habeant duplex peccatum, sicut ait dominus: Nolite iudicare ut non iudicemini, sed expectare diem iudicij dei, ac si fideles & boni sint. Iniuria enim iudicis est, si ante cognitionem eius ad seruo procedat iudicium aut sententia. ¶ Qui illuminabit occulta tenebrarum & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique a deo.) Hoc dicit, quia in die iudicij nihil occultum erit eorum quæ gesta aut cogitata sunt, & simplicitas & hypocrisis illic apparebit, ut & qui despectus habebatur forte dignus appareat, & qui aliquid esse putabatur inueniat reprobis. Omnia enim nuda erunt in die iudicij, & tunc laus erit bene agenti uel cogitanti. Hic enim qui laudatur in probabile est an dignus sit, sicut & in alio loco dicit: Nō enim qui seipsum commendat, probatus est, sed quē deus commendat, quem utiq; nihil latet.

2. Cor. 10

Hæc autem fratres transfigurauit in me & Apol. lo propter uos, ut in nobis discatis ne supra quā scriptum est unus pro uno infletur aduersus alterum.) Transfigurauit hæc in se & Apollo, dum pseudoapostolorū glorias & traditiones peruersas sub sua persona & Apollo euequat, summam illos designans non singulatim, ne forte maior discordia in populo nascere

IN EPIST. AD CORIN. 197

tur. Nemo enim audiens nomē suum taxari, aut eius cui fauet, contentus est tacere. Tacito autem nomine si quis audiens, ac si de se intelligat, dictum dissimulat. Sub hac ergo propositione euacuauit personas illorum, cum dicit: Ego plantauit, Apollo rigauit. &c. ut in his discerent nihil dandum hominibus. ¶ Quis enim te discernit? Id est, sunt aliqui qui amplius accipiētes in baptisate aut in doctrina, cæteros dicant minus consecutos. Hoc his loquitur, qui baptizatos ab alijs, plus aliquid esse putabāt, quorum eloquentia seducebantur, ut fucō quodam peruerfa recta putarent. Tanta enim discordia erat in populo, ut multa essent studia diuersarum partium: & sic omnia dicta sua aptauit Apostolus sine manifestatiōe nominum omnibus partibus, ut cum legeretur epistola, unaquæq; pars ad se dicta fuisse peret, audiens quod causæ suæ intendi cognosceret. ¶ Quid autem habes quod non accepisti? Nihil illum boni ultra dicit consecutum ab alijs quā ab eo acceperat, ideo frustra queri. Quod enim habebant, ab Apostolo acceperant. Ad unum autem uidetur loqui, quia ad patrem plebis loquitur. ¶ Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hoc quasi insultatores apostoli agebant per imperitiam, ut eadem audientes quæ ab Apostolo iam didicerant, illum euacuantes de eorum magisterio glorierent. Eloquentia enim commendati, prædicationis gloriam in se conuertebant. Apostolus uero contemptibilem se uolebat uideri, dum modo dei gloriam faceret acceptabilem. ¶ Iam saturati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis.) Ironia est sicut dicunt. Irascens enim uerba sunt, non confirmantis. In quibus enim tanta uiria arguit, regnare illos dicit: sic enim putabant gloriantes de his quæ a pseudoapostolis tradebantur. ¶ Et utinam regnetis, ut & nos uobiscum regnemus.) Ut pius pater etiam ingratis filijs bene opat. Qui enim poterat fieri, ut sine apostolis regnarent. Quicquid enim non ab apostolis traditum est, sceleribus plenum est. Sic tamen ordo fuerat dicere: Ut uobiscum regnetis, sed quia premisserat, Et uti

N 3 nam



COMMENT. D. AMBRŌ.

tinam regnetis, aliter dicere nō potuit, nisi ut & nos uobiscum regnemus. Regnare autem est de spe & promissis Christi securum esse, & gaudere in his quæ aduersa propter nomen Christi accidunt. Lucrum enim afferunt, nō detrimentum. Vnde alio loco dicit: Cum infirmor, tunc potens sum.

Puto enim deus nos apostolos nouissimos ostēdit, quasi morti destinatos. Hoc ideo personæ suæ de putat, quia semper in necessitate fuit, persecutiones & pressuras ultra ceteros passus, sicut passuri sunt Enoch et Helias, qui ultimo tempore futuri sunt apostoli. Mitri enim habent ante Christum ad præparandum populum dei, & muniendas omnes Ecclesias ad resistendum antichristo, quos & persecutiones pati & occidi, lectio apocalypsis testatur. Horum ergo tempus suo tempore comparauit Apostolus dicens, quasi morti destinatos.

Ad hoc enim uenturi sunt, ut occidantur. ¶ Quia spectaculum facti sumus huic mūdo, & angelis, & hominibus.)

Quia et unum spectaculum & Enoch & Helias usque adeo, ut corpora eorum in platea proiciantur in conspectu totius populi infidelis: ita et apostoli spectaculum facti sunt quia publice ridebantur, positi ad iniurias & mortem quam passi sunt. Mundum autem angelos & homines dixit, quia & angeli mali sunt, dicente Dauid in Psalmo

Psal. 77

77. Vexabat illos per angelos malos. Et homines mali & increduli, his apostolorum iniuriæ oblectamento sunt. Mundus autem idcirco infidelitas dicitur, quia uisibilia sequitur. ¶ Nos stulti propter Christum.) Verum est, quia amantes Christum, stulti sunt mundo.

¶ Vos autem prudentes in Christo.) Qui prudentes in Christo iudicatur a perfidis, non recte asserit Christum, Denique Marcion, qui negat filium dei, & incarnari deū potuisse, prudens est mundo: & Fotinus, qui non tateatur Christum per id quod natus est, deum, sapiens uidetur mundanis. ¶ Nos infirmi, uos autem fortes.) Infirmi ideo, quia sine adulatione & cum stulticia, sicut uidetur mundanis, prædicantes Christum, iniurijs subiiciebantur.

I NEPIST. AD CORIN.

199

tur. ¶ Vos autem fortes.) Ideo fortes, quia sic profitebantur Christum, ne offenderent homines ut essent securi.

¶ Vos nobiles.) Qui enim Christū non tateatur, quia Abrahe promissus est, & ab initio prædicatus, hic nobilis contra Christū est, quia antiquitate promissi Christi alijs deputat. ¶ Nos uero ignobiles.) Ignobilis mūdo est, qui Christum quod mundus denegat, ab initio proficitur.) Hæc igitur omnia supradicta, quæ negare uidetur, cōfirmat: & quæ quasi confirmare uidetur, negat. Irascētis enim uerba sunt, qui negando confitetur, & confitendo negat.

¶ Usque in hanc horā & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & laboramus nostris manibus operantes.) Libere enim & iuxta fidē uerā sine aliqua adulatione Christū prædicantes, & gesta prauæ uitæ arguentes, gratiam apud homines non habebant, & colaphizabantur, id est, iniurijs agebantur, & instabiles erant, quia tugabantur ne in loco diu manentes, plures docerent. Ideo & manibus operabantur, quia nō solū gratiam apud homines nō habebant, uerum etiā ab his accipere indignū erat, qui errori

Psal. 140

studebant. Sicut dicit in psal. 140. Oleū autē peccatoris nō impinguet caput meū, quia & libertatē arguēdi amittit, & peccat qui ab eo accipit, quia ideo dat ne corripiat. ¶ Male dicimur & benedicimus.) Male tranctantes enim, se horabant ad bonū. ¶ Persecutionē patimur, & sustinemus.)

¶ Quia persequentibus se nō resistebant. ¶ Blasphemamur & obicramus.) Blasphemantes enim rogabant ut permitterent sibi reddi rationem. ¶ Tanquā per argumenta huius mundi facti sumus omnium peripsema usque adhuc.) Nō resistendo ulli, neque uicem in malis reddēdo, sed semper se subiiciēdo, ut per patientiam prouocaret ad bonum, contēptibilis & despectus fiebat. Usque mō. 1. usque nūc etiā apud Corinthios, pro quibus hæc quæ supra memorat, mala passus est. Et quoniam humilitatem suam nihil in his proficere uidebat, queritur dolore commotus, tantam subiectionem & iniurias nullum fructum habere potuisse, sed & quod deterius est, in peius profecisse. ¶ Non ut confundam uos hæc scribo.) Hoc est, non ut

N 4 ruborem



COMMENT. D. AMBRO.

ruborem uobis faciã, hæc scribo, sed ut corrigatis. ¶ Sed quasi filios charissimos moneo.) Adhuc se supplicem facit, ne correpti & ad iram prouocati, admonitione eius spernerent: id agit ut medicus salutaris, qui putamina abscedens, dolorem illatum spe & blanditijs mitigat ut æger se curari permittat.

S I enim decem milia pædagogorum habueritis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo lesu per Euangelium ego uos genui.) His dictis ostendit nullum posse eo affectu diligere illos, quo ipse eos diligebat. Quis enim alienos filios suis præponat in amore? Ac per hoc monita eius, qui & pro his tanta mala passus est, non debere eos spernere. ¶ Obsecro ergo uos imitatores mei estote.) O beneuolentiam sancti Apostoli, qui obsecratur filios ut imitentur patrem, hoc est, sponte rogat egros, ut recipiant medicinam. In his tamen suis illos imitatores uult esse, ut sicut hic multa exitia pro salute eorum ab incredulis passus est, & non cessit, dummodo per dies & noctes euangelizaret illis donum gratiæ dei: ita & illi manentes in fide eius & doctrina, non reciperent falforum apostolorum praua commenta, sed persisterent, contemnentes opprobria aut detractiones ut patri suo spiritali inuolatum seruariet affectum. ¶ Ideo misi ad uos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in domino.) Hortatur eos in hoc eodem Timotheo, quem ideo charissimum & fidelem filium obstat in domino, ut in hoc discerent quid peccarent. Cui enim huic testimonium perhibet, illos arguit. ¶ Qui uos commonet aciat uias meas quæ sunt in Christo Iesu, sicut ubique in omni Ecclesia doceo.) Per istum quem fidelem filium in domino confirmat, reuerti illos uult ad regulam à se traditæ ueritatis, ut commoniti uerbis & exemplis operum eius respicerent, cognoscentes non perperam se fuisse ab Apostolo doctos, quando eadem tenere omnes Ecclesias discerent. ¶ Tanquam non uenturus essem ad uos, sic inflati sunt quidam.) Indignabantur quidam Corinthiorum, quia non ibat ad illos, non desidero

IN EPIST. AD CORIN. 201

fidelio sed superbia, quod quasi indignos illos haberet, cum magis Apostolo hoc studium fuerit, ut de indignis faceret dignos. Habebat ergo uotum eundi, sed maiora erant quæ agebat. ¶ Veniam autem cito ad uos, si dominus permiserit.) Post commonitionem promittit se ire ad illos, sed si dominus permitteret, ut quia plus scit deus quam homo, si sciret operæ precium esse, permitteret: & si non iret, dominum noluisse ostenderet, causa utique indignitatis illorum. ¶ Et cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed uirtutem.) Cõfundit illos, quia cum oblique conuersarëtur, indignabantur, quasi digni essent ab Apostolo uisitari. ¶ Nec enim in sermone est regnum dei, sed in uirtute.) Sicut regnum dei non splendore uerborum commendatur, sed uirtute signorum, ita & hi non uerbis nudis, sed uirtute operum spiritalium dignos se ostenderent ab Apostolo uisitari. ¶ Quid uultis? In uirga ueniam ad uos, an in charitate spiritus & mansuetudinis?) Terroris uerba infert, ut pudorem passi qui inflati erant, humiliarentur, ut si uere Apostoli præsentiam desiderarent, præparent se ad excipiendum eum, id est, abluerent se ab omni macula criminis, ut ueniens ad illos, læticiam haberet quasi cum filiis charissimis.

CAPVT V.



Mnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes.) Ut quam graue sit istud peccatum ostenderet, nec ab his hoc dixit admitti, qui deus nesciunt, ut perinde qua poena hic multandus esset, ostenderet, qui sub æterna & diuina iustitia cõstitutus, tanti sceleris crimen admiserat. ¶ Ira ut quis uxore patris habeat.) Præmissi criminis prodidit genus, ut non solum illum aperte reum mortis faceret, sed & adherentes illi non immunes à crimine demonstraret. In quo enim difficile peccatur, plus facit re-



um. ¶ Et uos inflati estis, & nō magis iustum habuistis.) Superbiam illorum in tantum humiliat, ut non querulos iam, sed magis supplices faciat. Erāt enim & ipsi participes, dum paterentur reum tam ingentis facinoris secum incorruptum conuenire: ut omnes uno consilio abicerent eum, si negaret emendare se. Si autem quis potestatem non habet quem scit reum abicere, aut probare non ualet, immunis est: & iudicis non est sine accusatore damnare, quia & dominus Iudam cum fur esset sciebat, sed quia non est accusatus, minime abiecit. ¶ (Ut tolleretur de medio uestrum, qui hoc opus fecit.) Cognito opere isto pellendum illum fuisse de cetero fraternitatis. Omnes enim crimen eius sciebant, & non arguebant, publice enim noueram suam loco uxoris habebat. In qua re neque testibus opus erat, neque tergiuersatiōe aliqua poterat tegi crimen.

EGO quidem sicut absens corpore, præsens autem spiritu.) Id est, absens facie, præsens autem autoritate spiritus, qui nusquam abest. ¶ (Iam iudicatus ut præsens, eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis & meo spiritu, cum uirtute domini Iesu tradere hunc Satanæ in interitum carnis.) Quoniam omnis carnalis uoluptas à diabolo est, ac per hoc cum huic uoluptati remittitur, traditur Satanæ. Caro enim hoc habet in natura, ut intereat. Anima ergo cum se iungit desiderio eius infirmans spiritalem suum uigorem, simul interitum patitur. Ita si hic corruptus stupri admitti erubesceret eiectum se, non interiret poenitentia subsequente. Nam omnium consensu & præsentia, sed & uirtute domini Iesu, id est, sententia, cuius legatione fungebatur Apostolus, abiciendum illum de Ecclesia. Cum enītur, traditur Satanæ in interitum carnis. Et anima enim & corpus intereunt, quando quæ contra legem sunt, fiunt. Sed in hac aliter causa interitus carnis homini deputatur. Quamquam enim omnia peccata carnalem hominem præsenti, hoc tamen specialiter desiderium carnis est, quod sordibus maculat à anti

nam cum corpore tradit gehennæ: quia uicta anima libidine carnis, fit caro: sicut & corpus recte gubernatum spiritale appellatur. Animus tamen est, qui aut uictus illecebris, totum hominem carneum facit: aut in uigore naturæ suæ manens, carni præstat ut spiritualis dicatur. ¶ (Ut spiritus saluus sit in die domini Iesu Christi.) Tradi contaminatum supra dictum Satanæ, ut spiritus sanctus saluus sit in hominibus Ecclesiæ in die iudicij. Nisi enim eiectus esset, non fieret saluus spiritus Ecclesiæ in die iudicij. Deserebat enim omnes contaminationis causa, ut in die domini nudi ab spiritu sancto inuenti, audirent à iudice domino: Recedite à me, non noui uos. Sicut dicit ad Romanos: Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et in alia Epistola: Nolite contristare spiritum sanctum dei. Si enim contristatur, deserit, & non erit saluus: non utique sibi qui impassibilis est, sed nobis, quibus datus est, ut per illum dei filij esse probemur. Res enim quæ amittitur, salua non est, non utique sibi, quæ ubique sit, necesse est sit, sed ei à quo amittitur.

Non bona gloriatio uestra.) Hoc est mala. Læti enim erant, cum magis contristari debuerant in fratre tam acerbe peccante, sicut tristes fuit Samuel in Saule peccate. A quo crimine mali doctores aut dissimulabant, aut negligentius arguebant, sicut & Heli sacerdos filios suos peccates in deum, ne amarus eis esset, non eos arguebat. ¶ (Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?) Ita & peccatum unius, quod cognitum non arguitur, multos cōtaminat: imò omnes qui norunt & non deuitant, aut cum possint arguere, dissimulant. Nō enim sibi uidetur peccare, quando à nullo corripitur aut uitatur. ¶ (Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua cōspersio.) Hoc duplici genere accipiendum est, quia est & fermentum humana doctrina, dicente saluatore: Cauete à fermento pharisæorum, id est à doctrina. Et ad malam ergo doctrinam cauendam, & ad hanc causam dictum est, quia & eiecto fornicatore, uetus fermentum eiicitur. Ideo autem uetus, quia anti

Mat. 7
Rom. 8
Ephes. 4

Mat. 16



COMMENT. D. AMBRO.

antiqui erroris peccatum est. Noua autem conspersio Christi doctrina est. ¶ Sicut estis azymi.) Azyma ex causa non fermentata farina dictum est, cum filii Israel et ceteri sunt de Aegypto, ut fermentum uetustas haberetur, azyma autem nouitas. Abiecit enim ueteribus erroribus Aegyptiorum in nouam legem inducti sunt: ita & Corinthii post Paganorum errores in Euangelium Christi inducti sunt. Hortatur ergo ut secundum passionem suam, quam ab Apostolo sub nomine Christi acceperant, & uerent iam uitae nouae cultores, hoc est, azymos esse. ¶ Etenim pascha nostrum immolatus est Christus.) Secundum legem docet nouitatem paschae ratione consistere, & ideo Christum esse occisum, ut ex eo noua praedicatione nouam faceret conuersationem, ut quia paschae rationem colimus, ueterem uitam non sequamur. Pascha itaque immolatio est, non transitus, sicut quibusdam uideatur. Prius enim pascha, & sic transitus, quia ante exemplum est saluatoris, & sic signum salutis. Nec enim ante signum quam crux: nam occiso uespere agno in Aegypto filii Israel, pascha egerunt, ex cuius sanguine postea signauerunt, ut noctu angelus transiens, ea loca non contingeret quae sanguine agni fuerant oblita. ¶ Itaque festi celebremus non in fermento ueteri.) Hoc est, latitiam habentes renouationis, facta uetera fugiamus, immunditiam omnem abicientes a nobis, quae est corruptio: quia sicut fermentum totam massam corrumpit, ita & mala uita totum hominem. Ergo ut non solum a turpitudine uitae nos obseruemus, sed & ab iniquitatis studio, adiecit: ¶ Non in fermento maliciae & nequitiae, sed in azymis synceritatis & ueritatis.) Hoc est, ut synceritas mundam uitam faciat, ueritas autem omnem fraudem excludat.

Scripsi uobis in epistola, Ne commisceamini fornicariis.) Scripsisse se significat prius, ubi commonet illos ne coniungerent se mala uita hominibus. Et quia non intellexisse forte ea quae scripserat, uidebantur, nunc in hac epistola quid scripserit, interpretatur dicens:

IN EPIST. AD CORIN. 205

ens: Non utique fornicariis huius mundi, sed a fratribus talibus scripsi recedendum. ¶ Aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruentibus, alioquin debueratis de hoc mundo exiisse.) Igitur intellectum eorum arguit, qui putabant forte quia ab incredulis fornicariis, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruentibus prohibuisset non a fratribus: & ideo illum, qui uxorem patris habebat, inter se esse non agreferebant. Si igitur his commiscemini, inquit, melius erat mori uos, Compendium est enim male ageribus si citius moriantur, quam si diutius in peccatis uersentur. ¶ Nunc autem scripsi uobis non commisceri. Si is qui frater nominatur est fornicator, aut auarus, aut idolis seruens, aut maledicus, aut rapax, aut ebriosus, cum huiusmodi nec cibum quidem sumere.) Cum infideli non prohibuit cibum sumere, quippe cum dicat: Si quis uos uocat ex infidelibus ad coenam, & uultis ire, omne quod appositum fuerit, manducate. Ideo ait: ¶ Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Verum est, quia perfidos episcopus non potest iudicare, cum fratre autem, in quo uitia haec reperiuntur, non solum sacramenta non edenda, sed nec communem escam docet, ut crubescat cum uideatur & corrigat. ¶ Nonne de his qui intus sunt uos iudicatis? Iudicat quis, dum discernit cui fratri adhaereat, quem arguat, quem deuitet. ¶ Nam eos qui foris sunt, deus diiudicabit.) Superius, Nolite, ait, ante tempus iudicare, hic non prohibet. Sed superius incognita per suspicionem maxime de rectore prohibuit iudicare, quia dei solius est occulta iudicare. Hoc autem loco ut frater fratrem examinet etiam iubet, sicut alio loco dicit: Vos ipsos tentate, si estis in fide, ipsi uos probate. Quia autem foris sunt, in die iudicii dānabuntur, quia dixit dominus: Qui non crediderit, iam iudicatus est. In quo enim spes non est, pro mortuo habendus est. ¶ Auferte malum a uobis ipsis.) Ad hoc commonet ut discernantur a malis & operibus & hominibus.

2. Cor. 13
Ioan. 3

CAPVT VI.

Audet



Vdet aliquis uestrum aduersus alterū habens negocium, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos. Iniquos duplici genere significat, quia & non credunt, & leges à deo mundo creditas, frequenter cū adulatione interpretantur, autoritatem horū idolis deputantes, ideoq; iniqui sunt. Et quia in Ecclesia magis lex est, ubi dominus legis timetur, melius dicit apud dei ministros agere causam, facilius enim de dei timore sententiam legis ueram promunt. ¶ Aut ignoratis quoniam sancti de mūdo hoc iudicabunt? Nihil ociose dicit Apostolus. Ideo enim hunc mundum dixit, ut ostēdat & alterum. Quia & Ioannes apostolus: Nolite, ait, diligere hunc mundum. Et dominus in euangelio: Sic, inquit, dilexit deus hunc mundum, &c. Hic ergo mundus in errore est, non ille superior, ad cuius similitudinē hic factus est. Vnde homo hic positus est ad imaginem dei factus, ut sicut in superiore mūdo ab uno deo sunt omnia, ita & in hoc ab uno homine omnes haberent originem. Hinc est unde Moyses in Deuteronomio, cum diuideret, inquit, altissimus gentes, quemadmodum disperfit filios Adæ, statuit fines gentium secundum numerum angelorum dei. Quid tam apertum hunc mundum superioris esse imaginem certa ex causa? Est enim & Hierusalem inferior, & illa superior, quam matrem nostram uocat idē Apostolus. Est & inferior paradysus, in quo homo positus, mandatū & ut operaretur ibi, & ut custodiret accepit. Est & ille cælestis, in quo raptus Apostolus, audiuit uerba arcana. Iudicabunt ergo sancti hunc mūdū, quia exemplo fidei illorum perfidia mūdi damnabitur. ¶ Et in uobis iudicabitur hic mūdus, Tunc iudicatur hic mūdus in nobis, si opus perfidorum hominum non inuentur in nobis. ¶ Indigni ergo sunt huiusmodi, qui etiā de minimis iudicent, Hoc est, nō sunt utiq; indigni hi, qui ipsum mundum iudicaturi sunt, ea iudicare quæ mundū sunt. ¶ Nescitis quoniam angelos iudicabimus? Adde plus dicendo: Angelos iudicabimus, id est, potentias spirituales,

¶ Ioan. 2.

tales, quas alio loco tradit in cælestibus degere, eodem genere iudicandos angelos à nobis, quo & mundus iudicabitur. ¶ Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos ad iudicandum constituite. Secularia iudicia sunt ad corpus pertinentia uel corporea. Et quia non sic fieri debet, adiecit: ¶ Ad uerendum uestram dico. Ne supra, quia negocium nominauit, sed quale non significauit, sunt enim & diuina negotia, dicente eodem: Adiutor negocij mei, & secularia fortē iudicia, quia prohibuerat apud perfidos agenda, quāuis in Ecclesia sicut audierant, à quibuscunq; tamen putarent audienda aut termināda, ad ruborem eorum ait: Contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos ad iudicandum constituite. Sunt enim in ecclesia & lignea uasa. Tam ergo intractabiles & inconsideratos eos significauit, ut imperitos fortē ex fratribus iudices eligerent, hoc de experto Apostolus. Sciebat enim quā tepidi & improuidi in reliquis causis fuerant deprehensi. ¶ Sic nō est inter uos quisq; sapiens, qui possit iudicare inter fratrem suum? Quia ergo sunt, inquit, sapientes fratres, alii qui horum eligantur ad iudicandum, quorum iudicium miretur mundus. Magnus em pudor est, si inter eos qui dicantur deum cognouisse, non inueniatur qui examine possit negocium iuxta ius euangelicum. Ideo autem fratrem iudicem eligendum dicit, quia adhuc rector in Ecclesia illorum non erat ordinatus. ¶ Sed frater cū fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Manifestū est, quia infideles, aut arbitros, ut assolet fieri, postulatos significat, aut iudicem publicū, cui dici solet: Hodie dies sacrorum est, ius dici non potest.

¶ Am quidem omnino delictum in uobis est, quod iudicia habetis inter uos. Peccatū esse significat, quia frater cum fratre litigat, cum danda opera sit ut cōcordes sint, quasi germani, maxime cum fides nostra pauci studeat. Quāquā enim Christianus litigare non debeat, tamen si graue fuerit, & quod contemni non possit, causā ad Ecclesiā dederat, ne & dāns ad presens & offensio-



COMMENT. D. AMBRO.

offensionem fortè incurrat. ¶ Quare non magis iniuriã accipitis: quare non magis fraudem patimini? Sed uos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus.) Nũc hos corripit, quorum iniusticia iurgium generatur: quia nõ solum per fraudem admissam rei sunt, sed & patrem habent delicti illorum, qui coacti iniuria aut fraude corũ infideles rogant ad iudicandum: & cum fraudem aut iniurias illatas persequi non deberent, non solum uindicant, sed & ipsi fraudem & iniurias faciunt, ut puniendæ exempla fratribus tribuãt. Vt quid alijs facere credatur qui non parceret suis?

AN nescitis quia iniqui regnum dei non possidebunt? Hoc dicens, ostendit illos nõ nescios peccare, ac per hoc grauius uindicandum. Si enim immisericordes rei sunt apud deum, quanto magis iniqui? ¶ Nolite errare, neq; fornicari, neq; idolis seruietes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledicti, neq; rapaces regnum dei possidebunt.) Nõ hæc ideo memorauit, quasi nescirët apud quos annum & sex menses sedit, docens Euangelium dei: sed commonuit ut resuscitaret in illis reuerentiam legis, & meritum ad regna cælorum. ¶ Et hæc quidem fuisistis.) Ne omnibus hoc ascribere uideretur, aut certe omnes ab his criminibus immunes faceret, si taceret, prohibuisse enim uidebatur nõ reuelasse crimina illorum, idcirco sic ait: Et hæc quidem fuisistis. Et ne ad iram illos prouocaret, adiecit: ¶ Sed abluti estis.) Vt agnoscetes crimina rei facti, statim respirarent audientes, sed abluti estis. Solent enim aliqui pudorem pati, & corrigere, cum de se audiunt bona. ¶ Sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine domini nostri Iesu Christi, & spiritu dei nostri.) Hæc omnia beneficia puritatis in baptismate cõsecuti noscuntur, quod est fundamentum euangelicæ ueritatis. Illic enim omnibus peccatis depositis, abluitur credēs, & iustificatur domini nomine, & per spiritum dei nostri deo filius adoptatur. Per hæc admonet illos quanta & qualis sit gratia.

IN EPIST. AD CORIN. 209

tiã, quã per uerã traditionem assecuti sunt: postea uero contra hanc regulam fidei impulsu malorum doctorum sentientes, his beneficijs se exuerint. Vnde id agit, ut reuocet illos ad primã sententiã, ut recuperent quod fuerant consecuti.

OMnia mihi licent, sed non expediunt.) Quibusdam uidetur propter libertatem concessi arbitrij dixisse Apostolum: Omnia mihi licent, &c. ut liceat fornicari, sed non tamen expediat. Sed quomodo licet quod prohibetur, aut certe si omnia licent, nihil potest dici illicitum? Sed licet, non tamen expedit. Hæc susurrant potius quã asserunt, aut immemores aut negligentes. Dicit enim Ioannes baptista ad Herodem: Nõ licet tibi habere uxorem fratris tui. Sed fortè Ioãnes expers fuerit humani eloqui inspiratus in utero, quia si hoc est, dicere debuit, licet tibi, sed non expedit. Sed & dominus similiter mulieri Chananae ait: Non licet accipere panem filiorum & mittere canibus. Et iterum dicit dominus ludæis: Non legistis quid fecit Dauid cum esuriret, quomodo intrauit in domum domini, & panes propositionis accepit, quos non licebat ei edere, &c.

Omne ergo quod prohibetur non licet, sed aliquando interueniente causa aliqua, non expedit. ¶ Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.) Omnia sibi licere dicit, ea scilicet quæ & coapostolis eius licuerũt, quæ & lex cõtinet naturalis, non Mosi: quia multa prohibuit Moses propter duriciã cordis populi incredulũ & ceruicosi. Tamen si ad causam respicias, aliud fuit in sensu apostoli, ut hæc loqueretur. Hæc enim præmisit, postea acturus hanc causam, sicut fecit & de illo, qui incestum admiserat. Proponit enim designans quid acturus est postea. Deniq; statim ad superiore[m] sensum breuiter interim recommendata redit. Hoc enim ideo dicit, quia licebat illi ab his sumptus accipere. Sed quoniã sciebat pseudoapostolos occasionem quærere accipienti, noluit ab his accipere, ne causa uentris uigor euangelicæ ueritatis torpesceret. Si enim ab his acciperet quos

Mar. 6

Mat. 14
Luc. 6

O in tan-



COMMENT. B. AMBR.

in tantis uitijs arguebat, autoritatē magisterij cōcessam sibi à domino inclinabat. Non enim potest cōstanter argui à quo accipitur, maxime cum ideo promptus ad dānū sit, ut sibi humiliet p̄positum. Vnde & dicit: Sed ego sub nullius redigar potestate. ¶ Esca uētri, & uēter escis, deus autem & hunc & has destruet.) Destructio uentris erit, quando steterit natiuitas: Pseudoapostoli autem, qui non utique religionis causa, sed quāsus circumbāt, peccantibus amari esse nolebant, ¶ Corpus autem non fornicationis, sed domino.) Nunc redit ad superiorē sensum. ¶ Et dominus corpori.) Quid dominus corpori? Subaudiatur immortalitātē resuscitato p̄stabit. Corpus enim deo dicatum, dono spiritali remunerabitur merito ducis, id est animi. ¶ Deus uero & dñm suscitauit & nos suscitabit per uirtutem suam.) Idem sensus est, quē exemplo uoluit dñicæ resurrectionis firmare. Virgatus tamē dei Christus est qua nos suscitauit, & ipsum dominum. Hoc dixit, quia ipse dominus corpus suum suscitauit. Sicut & ipse dominus ait: Soluite templum hoc, & ego tribus diebus suscitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui.

Nescitis quoniam corpora uestra membra sunt Christi.) Corpora nostra membra Christi sunt, sed in nouum hominem, qui secundum deū creatus est, quia ipse est caput Ecclesiæ. ¶ Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis: Absit.) Ait quia meretrici adhærentia membra definūt esse mēbra Christi. ¶ An nescitis, quia qui adhæret meretrici, unum corpus fit?) Hoc dicit, quia qui contaminationi se admiscet, unū fit cum eo cui se admiscet. Fornicatio enim ambos unum facit, ut quomodo in natura, sic & in macula unū sint. ¶ Erunt, inquit, duo in carne una.) Manifestum est, ut quia mulier de uiro est, ambo in carne una sint. ¶ Qui autem adhæret domino, unus spiritus est.) Quoniam in bene agentibus spiritus dei est communis cum deo & hominibus.

Fugite

IN EPIST. AD CORIN. 217

Fugite fornicationem.) Recte fugiendā monet fornicationem, per quam filij dei sunt filij diaboli. ¶ Omne peccatum quodcūq; fecerit homo, extra corpus est.) Quia cætera peccata & si per corpus generantur, non tamen animam ita carnali cōcupiscentia faciunt obstrictam & obnoxiam, quemadmodum cōmisceri facit animā cum ipso corpore usus libidinis agens in opere carnalis fornicationis: quia intantū agglutinatur anima corpori, ut in ipso momento nihil aliud cogitare homini liceat aut intēdere, quia ipsam mentem captiuū subdit ipsa submersio & absorbitio libidinis & concupiscentiæ carnalis. Vnde subditur: ¶ Qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.) Ostendit grauissimū esse p̄cātū, quia ex hoc omne deperit corpus, in ceteris aut peccatis portio perit non totum. Totum enim corpus uir est & mulier, quia portio uiri est mulier. Quicūq; enim aliud peccatum admiserit, extra se peccat: fornicatus uero in carnem suam peccat. Age si laqueo uitam finiat, aut ferro se trucidet, nō in corpus suum uideatur peccare, sed in animam cui uim facit. Fornicari autem corporale delictum est, quod & corpus contingit & animam. Nō enim sine desiderio carnis, quia habet & caro proprium motum, anima cōcupiscit ut peccet in carnem, quāuis sine anima nihil possit. Per id ergo quod in carnem, que ex se est, peccat, ad originem eū reuoluit, in corpus suū dicitur peccare, ut desinat à fornicatiōe quasi sibi parcens. No-uatiano tamen hic qui fornicatur, nō in corpus suum uidetur peccare, sed in Christi. Aliter enim hoc p̄nunciat, ut etiam illum qui fornicatur, in spiritum sanctum dicat peccare, p̄pter causam qua scissus est ab ecclesia. Hoc nulla ratio astrui potest, corpus enim Christi nō est unus aut duo Christiani, sed omnes, singuli aut membra sunt. Quō ergo qui fornicatur in corpus Christi peccat, cum non omnes contamineat? Quod si ita esset, ut No-uatiano uideretur, cætera omnia p̄cātā extra deū essent, & sola fornicatio peccatum esset in deum: etiam qui uadit ad idola, non peccat in deum, neque qui negat in

O 2 perse-



Mat. 12

persecutione, quia omne peccatū, quodcumq; fecerit homo, extra corpus est Christi, sicut illi uidetur. Si autem & hoc aliter uoluerit pronunciarē, ut neget aliquod extra corpus Christi esse peccatum, cogetur dicere, quia omnis quicumq; quodcumq; peccatum fecerit, in deum peccat & in spiritum sanctum, ut & fur, & periurus, & mendax in spiritum sanctum peccare dicatur. Et quomodo est illud, quod ait dominus: Quia omnia peccata & blasphemia remittentur hominibus, qui autem peccauerit in spiritum sanctum, nō remittetur ei neq; hic neq; in futurum. Apparet utiq; exceptis ceteris peccatis aliud esse peccatum, quod peccatum dicitur in spiritum sanctum. Quibusdam iterum uidetur, quia qui fornicatur, ideo in corpus suum dicitur peccare, quia Ecclesiae membrum est. Qui ergo Ecclesiae membrum est, dicendum est illi cum fornicatur, quia non sibi sed in Ecclesiam peccat. Porro autem dicit Apostolus, quia qui fornicatur per id quod in portionem suam delinquit, in corpus suum peccat. ¶ An nescitis quia corpora uestra templum est spiritus sancti, quem habetis à deo? Superius templū dei dixit, hic templum spiritus sancti, quia in substantia, hoc est spiritus sanctus, quod deus. Hoc idcirco dixit, ut corpora nostra incontaminata seruemus, ut possit illic spiritus sanctus habitare. ¶ Et non estis uestri. Empti enim estis precio inagno. Manifestum est, quia qui emptus est, non est sui arbitrii, sed eius à quo emptus est, ut non suam sed illius faciat uoluntatem. Et quia caro precio empti sumus, ut propensius domino nostro seruire debemus, ne offensus à qua nos redemit, morti nos reddat. Quam enim carissimo precio nos emit, ut sanguine suum daret pro nobis. ¶ Clarificate & portate deum in corpore uestro. Hoc est clarificare & portare deum in corpore, ut secundum legem eius ambulemus. Per legem enim suam ipse uidetur in nobis. Portare tamen deū hoc est, imaginem dei in rebus bene gestis ostendere.

CAPVT VII.

De his



E his autem quę scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non contingere. ¶ Præuis sensibus pseudoapostolorum exagitati qui nuptias per hypocrisisim, ut puriores ceteris uiderentur, spernentes docebāt, hæc per epistolam ab Apostolo requirebant.

Quia enim non oblectabantur hac sententia, prætermisissis ceteris, hoc solum requirunt. Quibus tamen respondit, Bonum esse quidem mulierem non contingere, quanquam non illi istud simpliciter asserant. ¶ Tamen propter fornicationem. Hoc est, ne quid contra legem admittatur, quando quid lex non prohibet uitatur. ¶ ¶ Vnusquisq; uxorem suam habeat, & unaqueq; suum uirum habeat. Solent enim qui compendium querunt errare. Quin enim fieri posset, ut hi ab uxoribus suis se abstinerent, quos in tantis uitijs reperit. Ideo ergo non permittit, ne ab licitis se abstinentes, inconcessa præsumerent, sicut faciunt Manichæi. ¶ Vxori utr debitum reddat, similiter & uxor uiro. Inuicem sibi subijci illos in causa, ut quia unum corpus sunt, una corum sit & uoluntas in lege naturæ. ¶ Mulier autem sui corporis potestatem non habeat, sed uir, similiter & uir sui corporis potestatem non habeat sed mulier. Hoc dicit quod neque uiro neque mulieri liceat corpus suum alij tradere. Inuicem enim sibi debitores sunt in hac causa, ne peccandi daretur occasio. ¶ Nolite fraudare inuicem. Hoc dicit ut cōueniat illis in re uxoria, ne dissensio generet fornicationem. ¶ Nisi ex consensu ad tempus. Id est, ut ex conditio abstineant se propter gratiarum actiones. ¶ Ut uacetis orationi. Quanquam enim sine intermissione orandum sit, meditatio enim hæc omni die facienda est, tamen ut orationi insistatur, huic rei uacandum præcipit interpositis temporibus ad dominum promerendū. Ut enim misereatur mundus exorandus est. Quamuis munda sint coniugia, tamen etiam à licitis abstinendū est, ut facilius ad effectum deducatur oratio. Nam & in lege sanctificari uolentes, inter cetera etiam ab uiuispas-

O 3. fin



214
2. Pet. 5
sis iussu domini temperabant ut fierent sanctiores. Cum enim quis etiam concessa non contingit, ostendit se uelle quod precatur accipere. Aliter. Quoniam coniugis consilium dat, ut ad ipsum dominum reuertantur, abstinentes ab uxoribus suis, ut possint dignius accipere corpus domini. ¶ Et iterum reuertimini ad id ipsum. Quoniam consilium coniugis dat, post dies orationis ad usum naturalem reuerri debere. ¶ Ne uos tentet satanas propter intemperantiam uestram. Interpositis diebus abstinentium monet, ne occasio detur diabolo, sicut dicit petrus apostolus: Ecce diabolus ut leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Si enim causa filiorum creandorum ducitur uxor, non multum tempus concessum uidetur ad ipsum usum, quia & dies festi, & dies purgationis, & ipsa ratio conceptus & partus iuxta legem cessari temporibus his debere demonstrant.

Hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum imperium. Manifestum est ideo hoc illi non ut ad meliorem uitam tendentibus iter claudat. ¶ Uolebam autem omnes homines esse sicut me ipsum. Quantum ergo ad beneuolum & sollicitum magistrum pertinet, omnes tales si fieri posset uolebam esse sicut seipsum. Qualis autem ipse erat, mox in subiectis ostendit. ¶ Sed unusquisque proprium donum habet à deo, alius quidem sic, alius uero sic. Hoc est, unusquisque iuxta uotum suum donum dei habet, ut si uelit ipse nutu dei possibilitate consequatur. Ideo non debet quis constringi, ne à licito prohibitis illicita admittat, sed ipse sibi eligat quid sequatur.

Dico autem non nuptis & uiduis, bonum est illis si sic permaneant sicut & ego. Non diceret, bonum est innuptis ut sint sicut & ego, nisi esset integer in corpore. Nec diceret, omnes homines uolebam esse sicut me ipsum. Si enim habuerit uxorem & hoc dixit, uirgitas esse noluit, sed abstinet. Sic enim à pueritia spiritu seruatur, ut huius rei studium non haberet. Quippe cum iuuen-

culus anticipatus sit à gratia dei. Postquam dixit unum quæque proprium donum habere à deo, ostendit in qua re melius est esse propensior, quia in eo adiuuatur quis, quod uidetur auiditate mentis appetere. ¶ Quod si se non continent, nubant. Imitari illos uult contendere, ut se contineant. Quod si impulsu carnis perseverare se uiderint non posse, quia nec sunt promptiores in eo ipso, ut adiuuentur à deo. Illum enim deus iuuat, quem uidet tota uirtute contendere, nubant itaque si uir timeat. Forte enim poterunt hoc postea adipisci. Digestio enim impedimento reparat se uoluntas robustiore uirtute. ¶ Melius est enim nubere quam uri. Non ideo dixit: Melius est nubere quam uri, quasi bonum sit uri, ideo nubere melius, sed consuetudinem secutus est. Solemus enim dicere: Melius est lucrum facere quam damnum. Vri uero est desiderius agi uel uinci. Cum enim uoluntas calori carnis consentit, uritur. Nam desideria pati & non uinci, illustris uiri est & perfecti.

His autem qui matrimonio iuncti sunt, precipio non ego, sed dominus. Postquam innuptis & uiduis locutus est, hos alioquitur, qui matrimonio iuncti sunt ore dominico. ¶ Uxorem à uiro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam. Hoc apostoli consilium est, ut si discesserit propter malam conuersationem uiri, iam innupta maneat. ¶ Aut uiro suo reconciliari. Quod si continere se, inquit, non potest, quia pugnare non uult contra carnem, uiro reconcilietur. Non enim permittitur mulieri ut nubat, si uirum suum causa fornicationis dimiserit, aut apostasie, aut si illicite impellente lasciuia, usum quærat uxoris, quia inferior non omnino hac lege urit qua potior: si tamē apostatet uir, aut usum quærat uxoris inuertere, nec alij potest nubere mulier, nec reuertitur ad illum. ¶ Et uirum uxorem non dimittere. Subauditur autem, excepta fornicationis causa. Et ideo non subiecit dicens sicut de muliere, quod si discesserit manere sic, quia uiro licet ducere uxorem, si dimiserit uxorem peccantem: quia non ita lege constringitur sicut mulier.



Caput enim mulieris uir est. ¶ Nam cæteris ego dico, nõ dominus.) Hoc enim dixit, ut ostendat quid proprio ore dominus iussit, & quid huius autoritati concessit, quia per iustum dominus loquitur. Ait enim: An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus.

Siquis frater uxorem habet infidelcm, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet uirum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non relinquat uirum.) Hoc dixit, quia inter illa primordia cum ambo utiq; essent gentiles, fiebat ut unus ex his crederet: & quia horrebant perfidi culturam dei, similiter & credentes contaminatione præteriti erroris, & ideo præcipit, ut si contenti essent habitare cum immutatis, contenti essent fideles cum illis. ¶ Sanctificatus est enim uir infidelis in uxore fideli, & sanctificata est mulier infidelis à uiro fideli.) Habere illos beneficium bonæ uoluntatis offendit, quia horrorem nominis Christi non habent: & ad tuitionem hospitiæ pertinet, in quo signū sit crucis, quo mors uicta est, sanctificatio enim est. ¶ Alioquin filij uestri immundi essent:) Immundi essent filij eorum, si dimitterent uolentes habitare secum, & alijs se copularent. Essent em adulteri, ac per hoc & filij eorū spurij, ideo immundi. ¶ Nunc autē sancti sunt.) Sancti sunt, quia de coniugijs licitis nati sunt. Et quia sub creatoris ueneratione nati sunt propensiore ex parte: quia sicut quicquid per dicatione idolorum fit, immundum est: ita & quicquid sub dei creatoris professione fit, sanctum est. ¶ Quod si infidelis discedit, discedat.) Propositum religionis custodit, præcipiendo ne Christiani relinquunt coniugia: sed si infidelis odio dei discedit, fidelis non erit reus dissoluti matrimonij. Maior enim causa dei est, quàm matrimonij. ¶ Non est enim frater aut soror seruituti subiectus in huiusmodi.) Hoc est, non debetur reuerentia coniugij, ei qui horret autorem coniugij. Non enim ratum est matrimonium, quod sine dei deuotione est, ac per hoc nõ est peccatum ei, qui dimittitur propter deum, si alijs se iunxerit. Con-

tumelia

tumelia enim creatoris soluit ius matrimonij circa eum qui relinquitur, ne accusetur alij copulatus. Infidelis autem discedens, & in deum & in matrimonium peccare dinoscitur, quia noluit sub dei deuotione habere coniugium. Itaq; non est ei fides seruanda coniugij, qui ideo recessit, ne audiret autorem esse Christianorum deum coniugij. Nam si Esdra dimitti fecit uxores aut uiros infideles, ut propitius fieret deus, nec iratus, si alias ex genere suo acciperent: nõ enim ita præceptum his est, ut remissis istis alias minime ducerent: quantomagis si infidelis discesserit, liberum habebit arbitrium, si uoluerit nubere legis suæ uiro. Illud enim non debet imputari matrimonium, quod extra legem dei est: sed cum post cognoscit, & dolet se deliquisse, se emendat ut ueniam mereatur. Si autem ambo crediderint, per cognitionem dei confirmant coniugium. ¶ In pace autem uocauit nos deus.) Verum est, quia non oportet litigare cum eo qui discedit, quia odio discedit, ac per hoc nec dignus habendus est. ¶ Quid enim scis mulier, si uirum saluam facias: aut unde scis uir, si uxorem saluam facias?) Hoc dicit, quia forte possunt credere qui non horrent nomen Christi. ¶ Nisi unicuiq; sicut diuisit dominus.) Diuisit unicuiq; dominus quando saluetur, hoc est, scit quando possit credere, & sustinet illum: sic & hic docet expectandos eos, nec scandalum de his pati debere, quia custodienda est spes illorum. Si enim ipsi discesserint, dissimulandum ab his. ¶ Vnumquensq; sicut uocauit deus, ita ambulet.) Hoc est, ut si matrimonio iunctus est qui credit, non deserat, neque uir neq; mulier, sed sic maneat, siue Iudæus siue Græcus. ¶ Sicut in omnibus Ecclesijs doceo.) Ut suadeat non se aliter his tradere dicit quàm cæteris, ut cum cæteros huius fidei hoc doceri audiunt, promptius assentiantur. Facile enim quis inclinatur, si uiderit socium cõsensisse. ¶ Circuncisus aliquis uocatus est, non adducat præputium.) Hoc est quod dixit, ut ita ambulet, sicut uocatus est ut Iudæus factus Christianus, non putet se forte indignum quia præputium non habet, dans gloriam præputio.

O 3 qm



¶ In preputio quis uocatus est, non circumcidatur. Vt gentilis uocatus, non aestimet se debere circumcidi, per id quod filius Abrae audit preponi. Nec enim quia circumcisi sunt, preponuntur, sed merito Abrae, cuius filii sunt in utroque si credant: si quo minus, peiores erunt gentilibus. De terius est enim fuisse et non esse, quam nunquam fuisse. ¶ Circumcisio nihil est, & preputium nihil est. Manifestum est, quia nec obest nec prodest. ¶ Sed observatio mandatorum dei. Id est fides preputium facit deum, si bonis operibus approbetur.

Vnusquisque in ea uocatione in qua uocatus est, in ipsa permaneat. Hoc firmat quod supra dixit. ¶ Seruus uocatus es, non sit tibi curae: sed & si potest liber fieri, magis utere. ¶ Hortatur ut bene seruitus de dei timore carnali domino, dignum se faciat libertate, ne audies forte, seruus uocatus es, non sit tibi cura, neque uigilior esset circa bonos actus carnalis domini, & doctrina Christi blasphemaret, & nec ille deum, pmeret: quia in his terrenis bene seruus, meritum sibi collocat apud deum quia dixit dominus: Qui in minimo fidelis est, & in magno. ¶ Qui enim in domino uocatus est seruus, liberus est domini. ¶ Ereptus enim a peccatis, quae uere seruos, probant, libertus fit. Hic enim oino seruus est, qui imprudenter agit, sicut & ueteribus placuit, qui omnes sapientes liberos appellauerunt, imprudentes autem omnes seruos. Vnde & Salomō: Seruo, ingratum sapienti, liberi seruus fit. Hic ergo qui credit, & si seruus sit ad tempus, quia rem facit prudentem, ut credat in Christum, liberus fit domini. Si ergo peccata seruos faciunt, sicut Chamae filii Noe peccati & imprudenter causa factus est seruus, cum accipit remissionem peccatorum, liberus efficitur. ¶ Similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi. ¶ Profectus est, ex libero seruus fieri Christi. Liber enim erat a deo, quod maximum crimine est, & ideo amara & contraria libertate, conditione sortitus est, quae prodest, sicut dicit dominus: Tollite iugum meum super uos, quia iugum uestrum est, & onus meum quia leue est. Superbia itaque abscedit & unitate fecit, ut neque seruus pudore conditionis despectum se putet, neque liber elatione metis inflatus, seruo se superponat. ¶ Precio empti estis, nolite fieri serui hominum. Verum est, quia caro precio empti sumus, ut a nullo redimi potuissemus.

Lucæ. 10

Eccl. 10

Cat. 11

tuissemus, nisi a Christo, qui omnium diues est. Qui ergo precio emitur, magis seruire debet, ut aliquatenus uicem reddat emptori. A deo ergo empti, id est a Christo, serui hominum esse non debent. Serui autem hominum hi sunt, qui humanis se subiciunt superstitionibus. Apostolus tamen illud memorat quod in capite epistolae reprehendit, eo quod diceret: Ego sum Pauli, alius autem, Ego Apollo, dedit tamen articulum Christi fatendum deum, quando seruos Christi non hominis seruos appellados ostendit. ¶ Vnusquisque frater in quo uocatus est, in eo maneat apud deum. Hoc est quod supra dixit, quod ut plene commendat, reiterat.

De uirginibus autem preceptum non habeo. Hoc ad scripta illorum respondit, sicut supra dixit, de quibus ait s. m. & c. ¶ Consilium autem de ratione mihi confectus a domino, ut sum fidelis. ¶ Preceptum de uirginibus negat se accepisse, quia non poterat autor coniugii re aduersam nuptiis imperare, ne tactum suum pristinum accusaret. Consilium autem ait, deo, non quod displiceat, neque quod adulatione suctum sit, quia ad hoc gratiam consecutus est, ut idoneus sit in dandis consiliis salutaribus. ¶ Existimo ergo hoc bonum esse propter presentem necessitatem, quia optimum est homini sic esse. ¶ Bonum dicit esse uirginem permanere. Et cum hoc absolutius ostenderet, propter presentem necessitatem, ait: Quia optimum est, ut inter bonum & optimum nihil tam preclarum atque utile esse cognosceret, quod est uirginitas: quia non solum & apud deum uirginitas comendatior docet, sed et apud uiram presentem, dum necessitates temporis nescit, quas patitur coniugatio, & merores partus, simulque orbitates filiorum ignorat. Vt ergo ad hanc affectam hortaretur, presentis necessitatis exitia lucrari docet, hasque illam dilexerint, ut cum non solum hanc apud deum locum meliorem habere discunt, uerumetiam in presenti, omni industria hanc appetent. Vnum enim est quod laborat, ut affectum carnis uincat, in ceteris omnibus libera. Quia enim caro in origine sua est & natura, usus eius suauis uidetur & dulcis affectu uidetur: ideo hec superare non breuis gloria est. ¶ Vincetis es uxori, ne queris solutionem. Hec re mediorem consilia sunt. Dicit enim non debere quenquam absolutum



absolui ab uxore, nisi causa fornicationis. Frequenter enim suas dimittentes, sub tegmine continentie alias decipiunt refrigerante proposito. Sed si melius uult uiuere cum uxore sua positus, exhortetur illam ut sine scandalo purius uiuat. ¶ Solutus es ab uxore, ne quæsieris uxorem.) Ut sciens hoc magis deo acceptum, & à necessitate liberum, non quærat uxorem, ita tamen ut à ceteris temperet. Si quo minus, quid prodest desiderium carnis premere, hoc est, rem licitam spernere, & illicitis subiacere. ¶ Si autem acceperis uxorem, non peccasti.) Nō utique peccat, quia quod concessum est, facit. Si uero contempserit, meritum sibi collocat & coronam. Magnæ enim patientiæ est hoc nō contingere quod prohibitum non est. ¶ Et si nupsit uirgo, nō peccauit.) Non peccat, quia apud deum ex hac causa libera est. ¶ Tribulationes tamen carnis habebunt huiusmodi.) Hoc est, & si à peccato liberi sint, in hac tamen uita tribulationes habebunt, gemitus uentris, nutrimenta filiorum, uictus, tegumenta, dotes, ægritudo, apparatus domus, uxoris necessitas, mariti dominatio. ¶ Ego autem uobis parco.) Parcat, quando ad hæc magis pronocat, quæ tribulationes carnis & sollicitudines memoratas excludunt. Potest fieri uideri parere, cum permittit, & non contradicit uolentibus, quod onerosum ostendit. ¶ Hoc itaque dico fratres, tempus breuiatum est, reliquum est.) Breuiatum tempus & reliquum dicens, finem mundo imminere significauit, quamuis sciret adhuc tempora superesse. Sed aliter scribere non debuit propter hos, qui lecturi hæc tunc sunt, cum per breue supererit tempus, ne semper diu longe esse putaretur dies iudicii, aut non timeretur, aut falsum esse æstimaretur. Illud autem quod dicitur, cum adhuc longe sit imminere, multum proficit. Terrorem enim inuitat ad meliorem uitam agendam hominibus. Denique hic in presenti quam solliciti sunt hi, qui apud iudices habent quæ agant, cum actorum dies dicitur imminere. Hoc sonat hic quod alio in loco dicit: Seductores sed ueraces. ¶ Ut & qui habent uxores ita sint ac si non

non habentes.) Quia enim mundi finis in proximo est, non debere ad generandum esse sollicitos, neque ad usum ipsum deditos, ut propensiores & uigilantes in diuinis operibus exercitati, circa curam legis imminente prælio repugnent. Presuræ enim erunt quales nūquam fuerunt, & multi casuri sunt in laqueum diaboli. Denique nullus nostrum uult tempore suo hæc prouenire, timens prædictas à saluatore pressuras. Ideo sicut nobis optamus, consulamus & alijs, ut à generatione nos filiorum multorum abstinemus, plus orationi & dei seruituti subiecti, prouidentes diem iudicii, ne & nos simus imparati per impedimenta necessitatis præsentis, & illi incurrat quod nos timemus. Etiam à licitis ergo uult temperare fideles, ut non solum innocentes, sed & gloriosius uideantur. Concessa enim præterire uirtutis est maxime, & prohibita non desiderare non longe est. ¶ Et qui sient tanquam non sientes,) Sciens enim in proximo finem mundi, mox consolationem eorum futuram, qui pro dei iusticia fortè premuntur, hac spe inter eos consolantur se. ¶ Et qui gaudent, tanquam non gaudentes.) In præsentem enim qui gaudent, sciant mox luctum uenturum, eis uidelicet qui mudo gaudent, ambigentes de dei iudicio. ¶ Et qui emunt tanquam non possidentes.) Credentes enim qui emunt, paruam tempus superesse mundo, sic agant, ut non omnem curam in rem cito perituram impendant, magis autem curam animæ suæ gerant, quam sciant æternam. ¶ Et qui utuntur hoc seculo tanquam non utantur.) Id est, ut non præsumant de usu hoc, quia cito peribit corruente mundo. ¶ Præterit enim figura huius mundi.) Quia finiri mundum dixit, ostendit figuram eius præterire, & hunc esse finem, id est non substantiam eius præterire, sed formam. Itaque si forma mundi peribit, dubium utique non est omnia quæ in mundo sunt interire. Ideo præterit, quia quotidie senescit mundus. ¶ Volo uos sine sollicitudine esse.) Diminuta enim sollicitudine seculi, in dei rebus propensius uigilatur. ¶ Qui sine uxore est, cogitat quæ domini sunt quò placeat deo.) Quomodo



sine sollicitudine simus, ostendit dicens: Qui sine uxore est, cogitat quæ domini sunt. Amputata enim sollicitudine rei uxoriæ, quæ sola in mundo cæteris grauior est, ad deum promerendum animus eruditur: si tamen hæc spe animus his molestiis se exuat, ut deo magis seruiat. ¶ Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt huius mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Cura enim uxoris & filiorum cogitatio mundi est. Nam inter cætera solent aliquando res puniendas admittere ne illas offendant, sicut refert Zorobabel unus de tribus bucculariis Artaxerxis in libro Esdræ. Magna enim amaritudo est in domo uxor tristis. Diuisus ideo dicitur, quia non potest & diuini insistere rebus, & uxoris tacere uoluntatem. ¶ Diuisa est mulier & uirgo. Diuisa non utriusque natura, sed a cœtu, quia legitur in Numeris mulieres uirgines appellatas. Alia ergo sollicitudo mulieris, alia uirginis est: tamen cum dicitur mulier, incertum est quid significet, nisi significatio subsequatur: cū autem dicitur uirgo, manifesta locutio est. Hic Apostolus uirginem post mulierem posuit, ut mulierem non uirginem significaret. Per hoc enim uoluit ostendere uirginem liberam à rebus & laboribus, quos paritur mulier uiro copulata. ¶ Quæ autem non est nupta, sollicita est de his quæ domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu. Id est animo. Dum enim spe cælestium mariti & filiorum sollicitudinem non suscipit, de domino cogitat, quomodo propositum deo deuorum custodiat, si tamē in corpore mundo animus terrena abiiciens cælestibus studeat. Animus enim, qui aut sanctificat aut polluit corpus. Quid enim prodest corpus mundum habere, & animam pollutam, cum merito animæ aut honoratur corpus aut damnatur? ¶ Nam quæ nupta est, cogitat quæ sunt huius mundi, quod placeat uiro. Lege enim maritali restricta, sollicita est quod impleat ius maritalis officij, subdita mundanis necessitatibus. ¶ Hoc autem ad uestrā ipsorum utilitatem dico, ut non laqueū uobis iniiciam, sed ad id quod honestum est. Quoniam quibusdam asperum & gra-
ue

ue uidetur, quod utilius aut melius est propter consuetudinem temporalis usus: ideo post rationem reddidit hortatur affectu charitatis simpliciter hoc utilius, hoc honestius esse quod dicit. Honestum est, quia sanctum est & mundum: utile uero, quia dignitosum est apud deum, & leue in seculo. Quid ergo dicemus si uirgines de deo cogitant, & iunctæ uiris de mundo, quæ spes relinquunt nubentibus apud deum? Si enim ita est, dubium est de salute eorum. Nam uidemus uirgines de seculo cogitare, & matrimonio iunctos dominicis studere operibus. His uirginibus non imputabitur sanctimonium à deo, & his matrimonij erit merces apud deum: quia cum obligati essent terrenis & carnis nexibus, operam dederunt ut in futurum aliquid immortalis præmij mereantur. Illis autem non solum non imputabitur uirginitas, sed & pena subiiciuntur, qui sub tegmine melioris spei uitam & conuersationem suam mundiali cura & sollicitudini occupantes, pigros se ad dei opera agenda fecerunt. Sicut dicit Hieremias propheta: Maledictus qui opera dei facit negligenter. Hi sunt de quibus in alia epistola dicit: Habentes quidem speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Apostolus autem his loquitur, qui mira deuotione obsequi desiderant cælestibus præceptis, ostendens & docens quo compedio citius itur ad deum: quia qui propter deum promerendum uirgo manere uult, sciens quale præmium possit accipere, quia licito temperat ut melior fiat, simul omnia impedimēta carnis spernit, non nescius hæc esse quæ gressum currentis uelut oneribus compedum detinent.

SI quis autem turpem se uiderit supra uirginem suam, si sit ultra pubertatem, et sic oportet fieri, quod uult faciat, non peccat si nubat. Propter quod superius uirginitatem tenendam, & continentiam reddita ratione hortatus est, ita ut penè ad cōparationē earū coniugia inuutilia & abiiciēda uideantur. Nūc ne nuptias negare putaretur, non peccare uirginē si nubat ostendit: sed rem maximi laboris aggredi: quia apud deum præmium

Hier. 49

2. Timo. 2



COMMENT. D. AMBRO.

mum non habeat, sicut non habet pœnam. Christiano enim uult per omnia esse meliores. Si ergo aliqua in desiderio nuptiarum est iam matura ad uium, melius esse ut secundum concessam legem publice nubat, & occulte turpiter agat istud, & erubescatur in illa. ¶ Qui autem statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem habet de sua uoluntate, & hoc decreuit in suo corde seruare uirginem suam, benefacit. ¶ Hoc dicit, ut qui uirginem habet, cui animus ad nuptias non est, seruet illam: nec illi ingerat fomitem nuptiarum, quam uideat nubendi uoluntatem non habere. Beneficia enim si præstanda sunt, quanto magis minime auferenda. ¶ Itaq; & qui nuptum dat uirginem suam benefacit. ¶ Benefacit, quia licet quod facit. ¶ Et qui non dat nuptum, melius facit. ¶ Melius facit, quia & apud deum meritum illi collocat, & seculi sollicitudine illam liberat. ¶ Vxor ista est lege quandiu uiuit uir eius. ¶ Hec idcirco prosequitur, ut doceat quia mulier etiam, si a uiro fuerit electa, nubendi licentiam non habet. ¶ Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est. ¶ Etiam hæc ad supradictas pertinent causas, ut ostendat quam beata sit uirgo, cum nati nisi soli deo subiecta sit. Vincere enim uidetur naturalem subiectionem, quando quod per naturam humilitatum est, erigit. ¶ Cui uult nubat tantum in domino. ¶ Id est, quem sibi aptum putauerit, illi nubat, quia inuite nuptiæ solent malos prouentus habere. Tantum autem in domino, hoc est, ut sine suspirione turpitudinis nubat, & religionis suæ uiro uubat, hoc est, in domino nubere. ¶ Beatior autem erit, si sic permanferit secundum meum consilium. ¶ Cum dicit nubat, lege loquitur naturali, quamquam a deo primæ nuptiæ sint, secundæ uero permissæ sunt. Denique primæ nuptiæ sub benedictione dei celebrantur sublimiter: secundæ autem & in præsentia carent gloria. Concessæ sunt autem propter incontinentiam. Et quia solent uiduatum iuniores incurrere, ac per hoc concedit secundas. Sed quia melius est ut se contineat, ut dignior sit in futuro, consilium dat spiritali ratione

IN EPIST. AD CORIN. 229

tionem præcipuum, ut se contineat. ¶ Puto autem & ego spiritum dei habeo. ¶ Ut ratum & prouidum consilium suum ostendat, humilitate uerbi hoc cõmendat alto sensu.

CAPVT VIII.

DE his autem quæ idolis immolantur, scimus, quia omnes scientiam habemus. ¶ Nunc de scientia locutus est, & quæ sit scientia, non interim dicit, sed in subiectis ostendit dicens: Quia nihil est idolum. ¶ Scientia inflat. ¶ Manifestum est habentem scientiam in eo ipso gloriari, si nõ foris, quia prudens est uel apud se. Genus enim scientiæ hoc est, ut gloriatur in sese, ideo inflat. ¶ Charitas uero ædificat. ¶ Itaq; tunc scientia magna est, & sibi utilis, si charitate humilietur ut amplius crescat. Temperatur enim a dilectione, ut non satis mēra fit, & inebriet scientem ut se extollat. Sicut enim uinum non temperatum admixtione aquæ mentem alienat: ita & scientia superbum facit, nisi fuerit temperata. Omnia enim sola insuauia sunt & nociua, quia nec panis solus bene editur, nec reliqui cibi sine admixtione grati sunt & nociui, ideo charitas ædificat. Ipsa charitas uno licet uocabulo appelletur, multis tamen consistit. Sine patientia enim nõ potest, neq; sine humilitate, neq; sine cordis simplicitate. Hi ergo inflati erant per scientiam, quia nihil est idolum, qui contra salutem fratrum imperitorum carnes sacrificatorum edebant, scientes licere carnem edere, & quia nihil est idolum, ideo non contaminari edentem. Hi scandalo erant fratribus, charitatem præ oculis non habentes: quia plus erat carnem contemnere, quam fratribus scandalum facere. Scientia enim illorum destruebat animos imperitorum fratrum, quando peritiores illic apud idolum aliquam gratiam, quando peritiores fratres interesse illic, & non horrere uidebant. Ideo ait: Charitas ædificat, ut saluti fratrum studentes, scientiæ illic legibus non uterentur, ne illis scandalum facerent.

P ¶ Quod



COMMENT. D. AMBRO.

Quod si quis existimat se scire, nondum cognouit quem
admodum oporteat scire. (Eos ipsos, qui in scientia glo-
riantur, ostendit non ita cognouisse sicut cognoscendū
est. Dum enim charitatem, quæ mater omnium bonorū
est, non sectantur, non sciunt sicut oportet. Vt ergo scien-
tia fructum habere possit, charitati se debet subicere.
Si uero quis diligit deū, hic cognitus est ab eo.) Hic dī
ligit deum, qui charitatis causa sciētiā mitigat, ut pro-
sit fratri, pro quo Christus mortuus est. (De cibis igitur
qui simulachris immolantur.) Immolatorum nunc cau-
sam ipsam pertractat, ut ostendat per rationem scienti-
am non solum non proficere charitate contempta, sed
& obesse. (Scimus enim quia nihil est simulachrum, &
quia nemo deus nisi unus.) Verum est. Apud Christia-
nos enim unus est deus. (Licet sint qui dicantur dī & do-
mini, siue in in cælo siue in terra.) A paganis enim & Sol
& Luna & cætera sydera dī celestes dicuntur. Et in terra
Apollinem, Aesculapium, Herculem, Mineruam deos di-
cunt & dominos. (Nobis tamen unus deus pater, ex quo
omnia, & nos in illo.) Omnia enim ex illo quæq; sunt,
ubicunq; sunt. Nos autem cum dicit in illo, discreuit nos
a cæteris: qui cum ex illo sint, non tamen sunt in illo, dū
adhuc non credunt. (Et unus dominus Iesus, per quem
omnia, & nos per ipsum.) Omnia enim ex patre quidē,
sed per filium creata sunt. Sed cū dicit, & nos per ipsum si-
gnificat in dei cognitione: quia facti per ipsum cum cæ-
teris post stuporem mentis & ignorantie, nos per ipsum
agnouimus mysterium unius dei. Vnum ergo deum pa-
trem dixit, & unum dominum Iesum filium eius, ut quia
deus non potest non esse dominus, similiter & dominus
intelligatur esse & deus, unum esse deum & dominū de-
monstraret, modum unius principii conseruando. (Sed
nō in omni bus est scientia.) Id est, nō omnes norunt cre-
dentes mysteriū dei unius, ideo quidam putāt ex his qui
credunt aliquid numinis in simulachris. (Aliqui autem
adhuc sciētia simulachri quasi simulachro immolatum
mandu-

CINQUEPIST. AD CORIN.

277

manducant.) De plebe enim aliqui cum ueneratione ad
huc simulachri manducabāt de sacrificatis, quasi aliqua
esset illic diuinitas. (Et conscientia illorum cum adhuc
est infirma, coinquinatur.) Maculatur conscientia, si in-
firma est circa deum unum. (Esca autem nos non cōmē-
dat deo.) Verū est, quia nō ideo deo placebim⁹, si omnia
ederimus, aut offendimus si aliqua contempserimus.
(Neq; enim si ederimus, abundabimus: neq; si non ederī-
mus, deerit nobis.) Contempta enim sacrificiorum esca,
non utiq; deerit quod edatur. Si autē sumpta fuerit, non
abundabit, ita ut nihil requiratur: ac per hoc abiicienda
quia neq; sine illa non uiuitur, & scandalū fratribus est.
(Videte tamen ne forte licētia uestra offensio fiat infir-
mis.) Hoc est, ne quia licere uobis edere carnem de sacrifi-
cio dicitis, per id quod nihil esse idolum scitis, offensio-
nem generetis fratribus, qui nesciūt adhuc quia nihil est
idolum. (Si enim quis uiderit eum, qui habet scientiam
in idolio recubentē, nōne conscientia eius cum sit in-
firma, edificabitur ad manducandū de simulachris?) Hoc
ideo dixit, quia uidens quis fratrem peritum in idolio
recubentem edere carnes sacrificiorum, pu-
tat illic esse aliquid gratie, & incipit & ipse edere carnes
sacrificiorum, non illa conscientia qua ille peritū causa
sciens nihil esse idolum, sed esse putat illic numen, quan-
do fratrem peritū uidet illic edere, nec horrere. (Et per-
bit qui infirmus est in tua scientia frater, pro quo Chri-
stus est mortuus.) Peribit infirmus, si edat contra unius
dei fidem de sacrificatis. Quod quidem quasi irascētis
uerba sunt, & ostendentis quid mali possit parere scienti-
a, si nō fuerit temperata a charitate. In tua scientia, id
est, tua peritia, illum occidis, quādo a te fieri uider, quod
ille aliter intelligit. Et tu eris occasio mortis fratris, quē
Christus ut redimeret, crucifigi se permisit, ac per hoc
aliquando ab scientia dissimulandum docet charitatis
causa, quia sine dubio plus est salus fratris, quā cibus,
quia licet quidem sed non expedit. Hoc erit cognouisse,
sicut oportet scire. (Sic autem peccantes in fratres, &



percutientes conscientiam illorum infirmam, in Christo peccatis.) Quando enim charitatis non a muli sunt, qua Christus nos liberauit, peccant in Christo non in Christum: quia in Christum peccare, negare est Christum: in Christo autem, in hæc quæ sunt Christi. Sicut & hic, qui sub lege est, in lege dicitur peccare: ita & hi qui sub Christo sunt, in Christo peccare dicuntur. ¶ Propter quod si scandalizat fratrem, non edam carnem in æternum, ne fratrem scandalizar em.) Intantū charitati studendum docet, ut licita pro illicitis habeantur ne obstant fratri. Quantum enim mali est per illicita non delinquere, & per ea quæ concessa sunt offendere, ut lex seruetur in illicitis, & in licitis non custodiatur, dum inconsiderate eduntur: Lex enim sic permisit quæ concessit, ut modus tamen sit quem custodiant. Vxorem certe licet habere, sed si fornicata fuerit, abijcienda est: ita & carnem licet edere, sed si idolis oblata fuerit, respueda est.

CAPVT IX.

NON sum Apostolus, non sum liber, nonne Iesum dominum nostrum uidi? Cum negare uideretur, confirmat. Iratus enim loquitur. Apostolum enim se probat, quia missus est ad gentes dicente domino ad eum: Ego ad gentes mittam te. Liberum autem se ostendit, quia nullius aliquid concupiuit, neq; in adulatione docuit. Iesum autem dominum nostrum uidit, dum oraret in templo Hierosolymis. ¶ Nonne opus meum uos estis in domino? Ideo opus eius sunt, quia ipse eos plantauit in domino, annum & sex menses euangelizans eis uerbum dei. ¶ Si alius non sum Apostolus, ueruntamen uobis sum.) Quia à Iudæis credentibus, & nihilominus legem seruauitibus, Apostolus esse negabatur. Iam enim circumcidi non debere docebat, neq; scabrum custodiri. Ceteris autem apostolis propter scandalum ab hac re dissimularibus, hic aliter uidebatur *certe,*

ere, ideo apostolus ab his negabatur. His enim erat apostolus qui uiderant in eo uirtutis insignia. ¶ Nam signaculum apostolatus mei uos estis in domino.) Hoc enim prædicante, conuersi sunt ab idolis ad fidem dei unius. ¶ Mea defensio ad eos, qui me interrogant hæc est.) Nunc incipit agere causam, quam superius præmisit, dicens: Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate, esca uentri, & uenter eis. Sic ergo incipit causam hæc ut dicat, mea defensio apud eos, qui me interrogant hæc est. Et quæ sit subiecit, dicens: ¶ Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Hoc est, quod dixerat, omnia mihi licent. ¶ Nunquid non habemus potestatem mulieres circumducendi, sicut & ceteri apostoli, & fratres domini, & Cephas? Ideo addidit & Cephas, quia cum primus esset inter apostolos, non resutabat sumptus oblatos. Cephas ipse est Symō Petrus. Mulieres enim de fiderio doctrinæ dominicæ & cupidæ uirtutum, sequebantur apostolos, & ministrabant eis & sumptus seruitia, sicut & saluatorem sunt securæ, ministrantes ei de facultatibus suis. ¶ Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Hoc est, habemus potestatem operandi, sed nolimus. Pro accipiendi tamē operandi ait, ut honestius loqueretur. Et ut hoc firmet, exemplum subiecit, dicens: ¶ Quis militat stipendijs suis unquam? quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem ouium, & de lacte earum non percipit: nunquid secundum hominem hæc loquor? Id est, nunquid humanam sententiā sequor? ¶ An & lex eadem dicit? Concordare docuit supradicta testimonia docu mentis diuinis, ut ostendat non sine causa utiq; nolle se ab illis sumptus accipere, quando tot exemplis ostendit & dandum & accipiendum esse. ¶ In lege enim scriptum est: Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bubus cura est deo? Interim paucis hæc absoluanus. In Iona enim propheta scriptum est: Nō parcam ciuitati, in qua habitāt plus quā. cxx. milia hominum, & pecora multa. Et psalmographus: Homines & iumenta, inquit, salta. *P; uabis.*



COMMENT. D. AMBRŌ.

uabis. Quō ergo deus non curat de bubus & pecoribus? Sed nō curat de bubus & pecoribus propter hæc ipsa, sed propter nos, quorum causa sunt facta: ideo de nobis curat non de illis. ¶ Aut potius, inquit, propter nos dicit, propter nos enim scriptum est. ¶ Per figuram em̄ omnia dicta ad nos transcunt. ¶ Quoniam qui in spe arat & trahit, debet spei suæ fructum percipere. ¶ Verum est, quia hac spe laboratur ut fructus capiatur. ¶ Si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum est si nos uestra carnalia metamus? Non dicit magnum neq; par esse, se euangeliā uanias regnum dei & cælesti cibo Ecclesiam saginantes, alimenta corporis sumerent, ut tradentes æterna, conlquerentur temporalia. ¶ Si alij potestate uestra utuntur, nonne magis nos? Si enim hi, qui per euangeliū patres uestri non sunt, nec eundē affectum habent erga uos, facultatē habent accipiendi, quāro magis nos? Et subauditur uestri apostoli, quia Barnabas apostolus erat. ¶ Sed nō sumus usi hac potestate, sed omnia toleramus, ne quod impedimentum demus Euangelio Christi. ¶ Diu occultatum prodidit sensum. Ostendit em̄ sumptus ideo se nolite cum liceret accipere, ne uigorem euangelicæ autoritatis torpesceret. Pseudoapostoli em̄ peccantibus blandiebantur, uolentes accipere, ita ut nō sibi uiderentur peccare illis subiecti. Sed quoniam hæc res contra euangelicā erat disciplinā, hic nō uult accipere, ut libere arguat, ne in illorū numero inueniat. Ut em̄ regulæ Christianæ ius maneret, licita illicita fecit, quia illi per licentiā offēdebant. ¶ Nescitis quōs qui in sacrarijs operantur, de sacrario uiuunt: & qui altario deseruiunt, altari participantur. ¶ In sacrarijs legem gentilium significat, in altari uero Iudeorum. Sic enim decreuit dominus per Moysen, ut de his quæ oblati erant, partem sumerent sacerdotes. ¶ Ita & dominus Iesus ordinauit eos qui euangelium annuntiant de euangelio uiuere. ¶ Non ergo deus per Moysen gentiliū formā secutus est: sed ipsa naturalis ratio hoc habet, ut quis inde uiuat ubi laborat. Hanc ergo rationem ipse naturæ & conuersationi humanae decreuit. Hæc tamen ad cumu-

IN EPIST. AD CORIN. 231

ad cumulum adhuc addens, grauat causam, ut non leue faciat neq; odiosum, quod tantis testimonijs cōmendat: & tamen nō sibi proficere uult, ne libertatē arguendi humiliet. ¶ Ego autem nullo horū usus sum. ¶ Postq̄ multis modis ostendit licere accipere, sibi tamen non opus esse. Obest enim accipere a peccantibus, sicut supra memorauit. ¶ Non autē scripsi hæc, ut ita fiat in me Bonum est mihi magis mori, q̄ ut gloriam meam quis euacuet. ¶ Gloriā suam dicit in eo, si euangelij seueritas maneat, & mori magis eligit, q̄ Euangelij iura uiolare, sciens hoc magis sibi proficere ad futuram salutem. Deb tum em̄ obsequium abnuat ab his sibi impendit ne per hoc accipiant fiduciam delinquendi. ¶ Nam si euangelizet, non est mihi gratia necessitas enim mihi incumbit. ¶ Sicut dicit dominus: Cum feceritis quæ dico uobis, dicite serui inuitiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. ¶ Væ enim erit, inquit, mihi, si non prædicauero Euangelij. ¶ Missus em̄ seruis a domino, facit etiam inuitus quod sibi præceptum est: si quominus, adstringitur plagis necesse est. Deniq; Moyses inuitus missus est ad Pharaonē, & Ionas coactus est predicare Niniuitis. ¶ Nam si uolens hoc ago, mercedem habeo. ¶ Manifestum est, quia nemo accipit remuneratio nem eius rei quam inuitus agit. Si enim uoluntarius dignus mercede est, quia consentit domino, & quod uoluntate fit, melius fit. ¶ Si autē inuitus, dispensatio mihi credita est. ¶ Nec hoc obscurum est, quia qui in deuotus aliquid facit, nō uoluntate facit, sed necessitate. Quia enim uoluntatis suæ non est, facit inuitus quod sibi præceptū est. ¶ Quæ ergo erit mea merces, ut Euangelium annuncians, sine sumptu efficiam Euangelium, ut non abutar potestate mea in Euangelio. ¶ Repressa uerborum iactantia gloriatur, & uult intelligi quanta dignus mercede sit: quia potestate sua non utitur in Euangelio, dum respuit oblatos sumptus, ne uim prædicationis humiliet. Hoc est licere, sed non expedire propter salutem fratrum, ut corrigantur. Forma ergo uult esse cæteris, ut ubi uident non expedire, etiam licitis non utantur, si

Lucæ. 17



COMMENT. D. AMBR.

quominus de licito fient rei, quod sic sumunt, ut ad detrimentum proficiat.

NAm cum liber sim ex omnibus, omnium me seruuum feci, ut plures lucrifaciam.) Liber ex omnibus est, cum nulli in adulatione tradidit Euangelium, neq; cuiusquam præter salutem aliquid concupiuit, neq; ad delicias habendas ab aliquo sumptus largiores mercedem hypocrisis accepit. Seruū autem sic se omnium factum dicit, dā semper humilitatem similem omnium mente imbecillum exhibuit, ut eos per patientiam firmaret ad salutem futuram, confouens animos illorum, qui aut peccabant, aut res diuinas tardius sequebantur, ut non aspere ferrent reprehendi se. ¶ Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, ut Iudæos lucrifacerem.) Non uidetur quasi simulasse, ut omnibus fieret omnia, quod solent adulescentes facere, sed non ita est. Vir enim diuinus & medicus spiritualis sciens omnium causas & uulnera, magna industria conuocet illos & compatitur. Cum omnibus enim hominibus quædam habemus communia. Factus est ergo Iudæis quasi Iudæus, quia propter scandalum illorum circumcidit Timotheum, & purificatus ascendit templum, ne occasionem per eum acciperent blasphemandi. Rem ergo fecit quæ iam cessare deberet, sed fecit secundum legem. Nam & consensit illis legem esse à deo & prophetas, & exinde illis ostendit Christum hunc esse qui promissus est, ut assensus eius haberet effectū. ¶ His qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cum ipse non sum sub lege, ut eos qui sub lege sunt, lucrifacerem.) Hi qui sub lege sunt, Samaritani nescuntur. Legem enim solam accipiunt, id est, quinque libros Moysi. Sunt autem ex origine Perfarum & Assyriorum, quos rex Assyriorum sublati filijs Israël in captiuitatem posuit ad incolenda loca Samariæ, ideo & igne colunt more Perfarum. His ergo Apostolus, dum non negabat legem esse à deo, fiebat quasi sub lege: sed ex ea illis mitti uerbo Christū intelligendum tradebat, sicut & Samaritana illa quæ dixit ad dominū: Scio quia Mes-

Ioan. 4.

sias

IN EPIST. AD CORIN. 233

sias uenit, docta per legem. ¶ His qui sine lege sunt, quasi sine lege essem, cum sine lege non essem dei, sed in lege essem Christi.) Hoc dicit, quia cum in lege Christi est, in lege dei est: quia quod Christi est, dei est: & quod dei, Christi est. Sicut dicit: Omnia mea tua sunt, & tua mea. ¶ Ut eos qui sine lege sunt, lucrifacerem.) Dum enim assensit illis, id est, gentilibus, iuxta physicā rationem mundum factum à deo, & quæ in eo sunt, & animam esse immortalem, & ab ipso nos originem habere (Ita enim in actis Apostolorum ait: Et sicut quidam ex uobis dixerunt: Ipsius enim & genus sumus) sic fiebat quasi sine lege, per quod subintroducebat illis Christum ipsum esse quem deus ad iudicandum mundum prælegit, & ipsum esse per quem omnia fecit. ¶ Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem.) Infirmus factus est, dum propter fratres infirmos à licitis abstinere, ne illis scandalum generet. ¶ Omnibus factus sum omnia, ut omnes saluos facerem.) Hoc fuit uiri prudentis & spiritualis, ut omnibus omnia factus, propositum tamen religionis non excederet: quia ubi cessit, ad hoc cessit ut proficeret: nec aliud fecit quam lex mādauit. ¶ Omnia autem facio propter Euangelium, ut particeps eius efficiar.) Hoc est, omnia supradicta facio, ut uoluntatis euangelicæ particeps fiam, quam habet circa salutem humanam.

NEscitis quoniam qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, unus autem accipit palmam.) Nunc aliud uult exponere. Itaque hoc exemplo ostendit quanta sit utilitas legis nostræ, in qua non uni, sed omnibus promissa est palma. ¶ Sic currite ut comprehendatis.) Sollicite uult curri ad promissionem, quia magna est. ¶ Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinere.) Ab omnibus quæ uitanda, eadem tradit disciplina, cum sciant unum coronandum: quanto magis nobis obseruandū est, quia omnibus promissa est salus. ¶ Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.) Et in hoc multum dispar donum est, ac per hoc diligentiores nos esse debere, qui-

Ioan. 17

Acto. 17

P 3 bis



COMMENT. D. AMBRŌ.

bus non terrenis & marcescentibus floribus, sed æternam conferat gemmis in modum regalis diadematis spiritalis corona feruatur.

Ego igitur sic curro non quasi in incertum. Magna ipse currere se proficitur, certum habes quod sit promissum. Sic pugno non quasi aerem cadens. Hoc est, non uerbis magis, sed rebus cōtendo. Sed castigo corpus meū, & seruituti subijcio. Castigare corpus est, ieiunijs illud agere, & illa ei dare que ad uitā proficiant, non ad luxum. Seruituti uero subijcitur, dum non suam perficit, sed spiritus uoluntatē. Ne tōtē alijs prædicans, ipse reprobis inueniatur. Ideo se refrenare corpus suum ostendit, ut remuneratione, quam alijs prædicat, etiam ipse dignus habeatur, ne alijs curatis ipse remaneret in uulnere. Ratam ergo spem prædicationis sue affirmat, quando gestis id se prosequi quod docet ostendit, quia qui aliter agit quam prædicat, suspectos facit audientes, ut de promissis dubitent. Suo itaq; exemplo non magis uerbis quam operibus exercendum hortatur.

CAPVT X.



Aolo enim uos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnis mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube, & in mari. Iudaorum exemplo, qui negligentia sua offenderunt, sollicitos nos uult esse. Ideoq; sub nube dicit illos fuisse, quia omnia que gesta sunt, in figura nostri facta sunt, ut ueritatis nostræ illi habuerint imaginem. Conteñti enim nube, & ab aduersarijs suis uiti præfitti, dū à morte liberati sunt, baptizati dicuntur. Illis enim, id est Aegyptijs in mari mortuis, dum hi ducuntur a Moysē feliciter transeunt, erepti sunt morte quod præfieri baptisum. Non enim illis præterita mala imputata sunt, sed per mare & per nubem purificati, præparati sunt ad accipiendam legem, & formam futuri sacramenti.

IN EPIST. AD CORIN.

298
ti nostri. Et omnes eandem escam escam spiritalem ederunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant enim de sequenti spiritali petra. Petra autem erat Christus. Manna & aqua que fluxit de petra, hæc dicit spiritalia, quia non mundi lege parata sunt, sed dei uirtute sine elementorum cōmixtiōe ad tempus creata, habentia in se figuram futurum mysterij, quod nunc nos sumimus in cōmemoratiōe Christi domini. Ideo & panis angelorum dicitur est, quia uirtute que angeli subsistunt, creatus est, hoc significans, quia de cælis uerturus erat qui spiritaliter pasceret. Unde & manna primum dominico die uenit de cælo ad saturitatem populi. Sequens autem petra dicta est, que intelligitur esse Christus. Vbi enim deficiebat humanum eis suffragium, aderat Christus, ideo sequebatur ut ubi defecisset, ille subueniret: nec enim petra aquam dedit, sed Christus. Sed non in pluribus coram bene sensit deus. Ideo hoc dixit, quia acceptum beneficium non intellexerunt. Prostrati enim sunt in deserto. Dignum est, ut qui magna cōsecutus, in paruis diffidens est, non solum hæc non adipiscatur, uerum etiā amittat & illa. Quoniam ergo superius hortatus est ad meliora, se etiam id elaborare, ut ad promissionem dignus occurrat, nunc ut istud exempli terrore cōstringat, ac suadeat, ludæos tunc simili modo dicit donum dei & gratiam sortitos sicut & nos: & quia indiligentes, & dubitantes de dei promissione fuerunt, prostratos esse in deserto, ut ideo semetipsum affligere se ostenderet, ne in illorum numero inueniretur: proinde elaborandum ut sui imitatores existerent.

Hæc autem in figura nostri facta sunt, ut non simus desiderantes mala, sicut & illi desiderauerunt. Hic sensus & ratio, quæ supra memorauimus. Neque simulachris seruientes, sicut quidam illorum. Nunc hos tangit qui in idolio recumbentes, putabant non esse peccatum. Sicut scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Ante idolum utique, ut non se crederent immunes à crimine, qui in idolo simulachro uituli facti post oblationem dedicatiōis causa.

Exo. 32

scdm



sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt Iudei. Hæc luxuria est, qua semper oblectati, in dei rebus in fideles inuenti sunt. Ideoq; instruit ne in hac diffidentia per assensum luxuriæ in idolio incidamus. ¶ Neq; fornicemur sicut quidam illorum fornicati sunt, & ceciderunt una die uiginti tria milia hominum.) Hoc illis retributum est, quando cum Madianitis mulieribus se commacularunt. Ira enim dei extitit contra illos, quæ æmulatione Phinees sacerdotis habentis zelum dei, sopita est, ne plures morerentur. ¶ Neq; tentemus Christum sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt.) Detrahentes de deo Christum tentasse dicitur, quia Christus erat qui ad Moysen loquebatur. Deniq; ne nos in eadem causa inueniamur, cõmonet ne diabolo tradamur, cuius serpentes habent figuram. ¶ Neq; murmuraueritis sicut quidam ex ipsis murmurauerunt.) Murmurare est falso ad inuicem de præpositis & rectoribus queri, quantum ad mentem loci pertinet, quia solet murmur fieri et iusta ex causa. ¶ Et perierunt ab exterminatore.) Hoc est in locum Iudæ concesserunt anticipantes illum, quia tradens Christum, exterminatus est de numero apostolorum à iudice deo. Per hæc exempla ad correctiorem nos uitam prouocat, ut monitis eius aut præmium si obediētes fuerimus, aut propensioem pœnam mereamur in obediētes. Non est enim ambiguum illos peccatē plus subiiciendos tormentis, quibus peccantiū pœnæ ad hoc relatae sunt ne peccarent.

HÆC autem omnia in figura cõtingebant illis, scripta sunt autem ad correctionem nostram, in in quos fines seculorum deuenerunt.) Fines seculorum nos sumus, quia tunc hæc ideo facta noscuntur circa retributionem illorum, ut nobis essent exemplo qui postremo seculo futuri eramus in fide Christi. Pro utilitate enim nostra gesta sunt, ut si terrore horum in dei timore manserimus, gloriã illis promissam accipiamus, si quo minus, geminabitur nobis pœna illorum: quia maior noticia legis plus facit reum. ¶ Propterea qui se putat

at stare, uideat ne cadat.) Hoc ad eos loquitur, qui præsumentes de scientia, qua licitum est omnia edere, infirmis fratribus scandalo erant, & putantes aliquid se proficere doctrina pseudoapostolorum, deteriorauerant, & iudicabant Apostolum, cum ipsi essent rei. Superbiam ergo amputat, ne per hanc tententur, sicut Iudæi tentati sunt, & perierunt. ¶ Tentatio uos non apprehendat, nisi humana.) Ac per hoc detrahentes Apostolo, dominum tentare uidentur, quia & tunc cum Moysi detraherent, & dubitarent de eo, deum tentasse dicuntur. Omne enim quod probatum non habetur, tentatur. Ideo ut hæc tentatio conuellatur, admonet cum terrore. Ut autem humana tentatio illos apprehendat, hortatur. Humana enim tentatio est propter spem dei diffidere de homine, quia uana spes in homine, ut in necessitate aut pressura non desperet de deo, humanam auxilium requirendo, sicut & Iudæi qui dubitantes de deo, idolorum adminicula exorabant, hoc est humanum auxilium: quia dii paganorum terra sunt, & culturam idolorum humanus error inuenit. Propter Christum ergo pati humana tentatio est, per quam proficitur apud deum.

Fidelis autem deus, qui non patietur uos tentari super quam potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, ut possitis tolerare.) Ideo fidelē dicit deū qui nō patietur uos tētari super id quod potestis, quia daturum se promissit deus diligentibus regna cœlestia, & det necesse est, quia fidelis est. Propterea ergo tribulantibus pro se aderit, nec patietur tantū irrogari quod tolerari non possit, sed faciet ut aut cito cesset tentatio, aut si proluxa fuerit, det tolerandi uirtutem: alioquin non dabit quod promissit, quia uincetur qui patitur. Homo est enim infirmitati subiectus, & non erit qui accipiat. Sed quia fidelis est deus qui promissit, subuenit ut impleat quod promissit. Deniq; breuiatos dies dicit dominus, ut saluentur electi, ut possint consequi regnum dei. Quomodo tamen à deo adiuuatur, si tantum permittatur tentari, quantum potest: adiuuatur planē, dum non plus



plus permittitur ei imponi, quam scitur ferre posse, ut quarto die pari non permittatur, qui scitur ultra non posse quam triduo tolerare. ¶ Quapropter charissimi fugite ab idolorum cultura. Hortatur etiam nunc ut abstineant se ab omni facietate idolatrie, ut non solum spes, sed & animus inde tollatur, ne per hoc nascatur in deum tentatio. Nemo enim assiduus in idolo nihil speret de eo. Hinc enim sperare, dubitare de deo est, sicut & Saul relicto deo, qui ei fuerat delicti causa iratus, ad idolatriam se contulit, aliquid sperans de ea. Cui quidem & in presenti obfuit, & in futurum gehennam ultricem prouidit. ¶ Quasi prudentes uos iudicate quae dico. Exempla subiicit, ut facilius suadeat: quia cui uerba satis non faciunt, solent exempla suadere.

C Alix benedictionis quem benedicimus, nonne communicatio sanguinis domini est? Panem quem frangimus, nonne communicatio corporis domini est? Quia unus panis unum corpus multi sumus: omnes enim de uno pane & de uno calice participamus. Quoniam unum sumus, alter alterius membra, unum nos sentire debere dicit, ut fides una unum habeat sensum & opus.

V Idete Israel secundum carnem. Hoc est, discite homines uidentes deum, quemadmodum se habent carnalia, id est idolatria. ¶ Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Sicut enim nos de uno pane & de uno calice percipientes, participes sumus & confortes corporis domini, ita & qui edunt hostias, participes sunt altaris erroris. ¶ Quid ergo dico, quia simulachro immolatum aliquid est, non quia simulachrum est aliquid, sed quae sacrificant, demoniis immolant. ¶ Simulachrum uere nihil est, quia imago uidetur rei mortuae, sed sub tegmine simulachrorum diabolus colitur. ¶ Nolo uos participes fieri demoniorum. ¶ Osiendit illis non hoc esse tantum quod uidetur in idolo, sed esse occultum iniquitatis mysterium, quod ut unius dei fide corrumperet Satanias adinuenit. Vnde & Iohannes apostolus

Ius in epistola sua dicit: Ad hoc uenit filius dei, ut solueret opera diaboli. ¶ Non potestis calicem domini bibere & calicem demoniorum. Non potestis mensam domini communicare & mensam demoniorum. Sicut & dominus ait: Non potestis deo seruire & mammoni, quia qui calicem demoniorum bibit, calici domini insultat, & cum mensa demoniorum communicat, mensam domini, id est altario obirepit, & domini corpus crucifigit. Idcirco enim Christus crucifixus est, ut dissolueret opera diaboli. Quia ergo facit opera diaboli, Christo repugnat. ¶ Aut amulamur dominum, nunquid fortiores illo sumus? Vix fit ut humilis zelatur potestatem, scit enim non sibi competere, in quo illi potest inuideri, sed aut inequali inuidetur, aut prope equalibus. Ideo Apostolus non posse dixit homines amulari dominum Iesum. Praeterea qui illum seculum dominum, si quo minus non uidetur eis dignus esse uocari dominus, quem zelatur ne dominus sit. Zelo enim Satanias idolatriam inuenit, ut homines negando deum dominum, idolis seruiant quasi dijs & dominis. ¶ Omnia licent, sed non omnia expediunt. Omnia dicit licere secundum legem naturae. Omnia enim munda sunt. De eis enim agebatur, & carne idolis immolata. Nam quae prohibita & interdicta sunt, quomodo dici possunt licere, cum hic etiam ipsa quae concessa sunt, significet aliquando non expedire, sicut dicit Petrus Apostolus: Si haec est causa uiri cum uxore, non expedit nubere. ¶ Omnia licent, sed non omnia aedificant. Idem sensus est, quia licet omnia edere, sed quod idolis immolatur, non aedificat, quia scandalum facit fratri, sicut supra dictum est: ideoque a licitis aliquando temperandum est, ut profit. Hinc est, unde sumptus ab his, cum ei liceret, noluit accipere, sciens non expedire.

O Mne quod in macello uenit, edite, nihil interrogantes propter conscientiam, domini est enim terra, & plenitudo eius. ¶ Ut omnia munda ostenderet, exemplo psalmi 22. hoc roborauit, quia non potest immundum esse quod domini est. Et quoniam superius de eis

1. Ioh. 9

Mat. 6

Math. 10



de eis ait: Omnia licent, statim subsecutus est: Omne quod in macello uenit, edite, nihil interrogantes propter conscientiam. Hoc autem ideo subiecit, ut libera sit conscientia. Licet enim aliquid pollutum sit per accidentiam, id est oblationem idoli, cum hoc tamen nescit qui emit, nullum patitur scrupulum, & apud deum immunis est.

SI quis uocat nos ex infidelibus ad cœnam, & itis, omne quod appositum uobis fuerit, edite, nihil disquirentes. Hoc est simpliciter manducate quod apponitur, non interrogantes unde sit. ¶ Si uero aliquis dixerit hoc immolatum est, nolite manducare propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Hoc perfectis loquitur, qui possunt, continentis idolatriam, quia nihil est, manducare de sacrificio, certi quia quod sub dei creatoris nomine editur, non potest pollui: sed quia alius qui idolis seruit gloriabitur te edente de sacrificatis quasi uenereris idola, ideo non debet edi. Apud conscientiam enim ille lætabitur suam, quia uidet te libenter appetere quod idolis immolatum est. ¶ Ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Hoc dicit, quia cū ab idoli deuotione conscientia sit libera, quid opus est ut putetur quia uenerationis causa edat idolis immolata? Iudicatur enim non distare ab eo qui colit idola, quando non horret quod oblatum est simulacro. ¶ Si ego gratiæ particeps sum, quid blasphemor pro quo ego gratias ago? Id est, si ego gratiæ dei communico quia in ipsius nomine edo, quid opus est arbitrari hoc aliquem quia ego idolo deuotus sum, dum non horreo quæ oblata sunt idolo? hoc est blasphemor. Et me ergo blasphemat, & ille in idolo suo gaudet, dum me putat participem, habet occasionem permanendi in errore, & fratribus malum datur exemplum. Nam si præceptum in lege est, ut luci & argenti & tituli & ipsa idola contringantur, uide si non peccatum est, non solum hæc non facere, sed & interesse epulis huiusmodi, propterea de sacrificatis non expedit edere.

Sicut

Sue ergo editis siue bibitis siue aliquid facitis, omnia in gloria dei. Per hæc subiecta declarauit in idolo edere inimicum esse deo quauis licet conscientia. Ad opprobrium enim dei unius hæc diabolo dedicatur. Nam in gloria dei edere & bibere & aliquid facere hoc est, ut sub inuocatione creatoris cum modestia conuiuium celebretur. In gloria enim dei aliquid fit, cum in actibus & cōuersatione Christiani deus laudatur, uel cum filiorum procreatio à deo speratur. ¶ Sine offensione estote iudæis & Græcis & ecclesiæ dei. Sic temperandam conuersationem nostram docet, ut nullus in ea scandalum patiat. Offensio ergo Iudæis fit, cum idola que illi obominantur, Christianum qui se dicit legem & prophetas accipere, uident non horrere. Græcis uero, id est gentilibus, hæc est offensio, si in eo in quo sunt non solum non arguantur, sed & promptiores fiant, dum non uidentur uota idolorum illorum. Ecclesiæ autem dei fit offendiculum quando quosdam ex numero suo uidet his quæ inimica sunt deo adhrere. ¶ Sicut ego omnibus per omnia placeo, non querens quod mihi utile est, sed multis ut salui fiant. Omnibus per omnia placere, est sine scandalo cuiusquam agere ad profectum utilitatis illorum, ut & illis & huic sit utile.

CAPVT XI.



Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Humanum est quod dicit, ut imitatores eius simus, qui à deo nobis magister indultus est. Si enim hic dei imitator est, quare nos non hominis, quia sicut deus pater mihi sit Christum magistrum & autorem uitæ, ita & Christus misit apostolos nobis magistros, ut eorum imitatores essemus, quia eius esse non possumus. Ita enim ait dominus ad patrem: Sicut me misisti in hunc mundum: ita & ego misi eos in hunc mundum. Et quia digni imitatores eius erant futuri, subiecit: Et pro eis sacrificio meo ipsum.

16an, 17



ipsum. ¶ Laudo autem uos fratres quod omnia mea memoria retinetis, & quomodo ubique trado traditiones meas, tenetis.) Postquam mores & conuersationem illorum arguit, nunc traditiones uult corrigere. Ideo non hoc confirmat, sed succentet eis, quia cum esset apostolus eorum, immemores erant traditionum eius, neque quod adhuc non didicerant, ex aliarum ecclesiarum traditione sequebantur, ac per hoc quasi nouiter tradit illis dicens.

Volo uos scire, quia omnis uiri caput Christus est.) Ad auctoritatem retulit, quia omnis homo a deo quidem, sed per Christum. ¶ Caput autem mulieris uir.) Quia quamuis & mulier per Christum, de uiro tamen facta est, ac per hoc subiicitur uiro. ¶ Caput autem Christi deus.) Dignum est ut filij caput pater dicatur, quasi genitor eius. Aliter tamen caput uiri Christus est, & aliter uir mulieris, & aliter deus caput Christi est. Deus autem ideo caput Christi est, quia de eo ipso genitus est. Mulieris uero idcirco caput uir est, quia ex eius costis dei uirtute formata est. Christus autem ideo caput uiri est, quia per ipsum cum non esset formatus est. Una ergo distinctio diuersam habet intelligentiam, quia & personae discrepant & substantiae.

Omnis uir orans aut prophetans uelato capite, de turpat caput suum.) Orare dicit deprecari. Prophetare autem aduentum fore domini uoce symboli post orationem effari. ¶ Omnis autem mulier orans aut prophetans non uelato capite, confundit caput suum. Vnum est enim atque id ipsum, ut decaluata. Si autem non uelatur mulier tondeatur, si autem turpe est mulieri tondere aut decaluari, uelut caput uir enim non debet uelare caput, cum sit imago & gloria dei.) Quamuis una substantia sit & uir & mulier, tamen quia uir caput est mulieris, anteponeendus traditur, ut per causam & traditionem maior sit non per substantiam. Inferior ergo mulier uiro est, portio enim eius est, quia origo mulieris uir est. Ex eo enim est, ac per hoc obnoxia uidetur mulier

¶ uir uiro, ut imperio eius subiecta sit. Honorificentiam & dignitatem uiri obstare dicit ne uelut caput. Imago enim dei non congruum est ut uelutur: abscondi enim non debet. ¶ Dei enim gloria uidetur in uiro, mulier autem gloria uiri est.) Multum distat inter gloriam dei & gloriam uiri. Vir enim ad imaginem dei factus est, non mulier. Haec est autem imago dei in uiro, quia unus deus unum fecit hominem, ut sicut ab uno deo sunt omnia, ita essent & ab uno homine omnes homines, ut unus dei inuisibilis, unus homo uisibilis imaginem haberet in terris, ut unus deus in uno homine uideretur auctoritate unius principij conseruare ad confusionem diaboli, qui sibi neglecto uno deo, dominum & diuinitatem uoluit usurpare. Quod propheta Ezechiel significat, & apostolus idem. Ait enim: Ita ut in templo dei sedeat ostendens se quasi sit deus. ¶ Non est enim uir ex muliere sed mulier ex uiro.) Etenim non est creatus uir propter mulierem, sed mulier propter uirum, propterea debet mulier potestatem habere supra caput propter angelos.) Potestatem uelamen significauit. Angelos episcopos dicit, sicut docetur in Apocalypsi Ioannis. Et quia utique homines sunt, quod non corripere plebem arguuntur, & quod rectum est in illis laudatur. Mulier ergo idcirco debet uelare caput, quia non est imago dei, sed ut ostendat subiecta. Et quia praeruaricatio per illam inchoata est, hoc signi debet habere, ut in ecclesia propter reuerentiam episcopalem non habeat caput liberum sed uelamine reclusum. Nec habeat potestatem loquendi, quia episcopus personam habet Christi. Quasi ergo ante iudicem, sic ante episcopum quia uicarius domini est, propter reatus originem subiecta debet uideri. ¶ Veruntamen neque mulier sine uiro, nec uir sine muliere in domino.) Ideo in domino, quia deus ex uno fecit ambos & unum: una enim caro & unum corpus sunt in domino, hoc est, secundum dominum qui creauit. Denique qui non credunt mulierem de uiro sumptam, hi sine domino, uel non secundum deum

2. Thef. 2.



COMMENT. D. AMBRO.

credunt hominum originem. ¶ Nam sicut mulier de uir
ro, ita & uir per mulierem.) Hoc firmavit quod dixit,
quia ambo unū sunt in natura, quia origo mulieris uir
est, sicut legitur in Genesi, factum à domino creatore.
¶ Omnia autem ex deo.) Postquam gradatim exposuit
singula ut omnia deo subijceret, unum seruans princi-
pium ait: Omnia autem ex deo, ut neque mulier subie-
ctionis suę causa cōristeretur, neque uir quasi exaltatus
superbiret. ¶ Vos ipsi iudicare, decet mulierem non uela-
tam orare deum?) Hinc est unde superius illis per ironiā
succenset dicens: Laudo, quia omnia mea memoria re-
tinetis, & quomodo ubique trado, traditiones meas te-
netis. Cum enim hæc esset traditionis ratio, ut uelata es-
sent mulieres in ecclesia, illi contra reuelatas eas in eccle-
sia patiebantur. Ideoq; iam non autoritate traditionis
quam neglexerant, sed per ipsam naturam suadere illis
nititur ueritatē dicens. ¶ Nec ipsa natura docet uos, quia
uir quidem si comam habuerit ignominia est illi.) Hoc
secundum legem locutus est: prohibet enim uirum esse
comatum. ¶ Mulier autem si comam habuerit, gloria est
illi, quoniam coma pro uelamine data est ei.) Naturaliter
hoc honestum & prope modum decretum uult esse,
ut uelata mulier satisfaciat & gratias agat deo. Coma
ergo indicium uelaminis est, ut naturæ & uoluntas ad-
datur. Denique nulla mulier reuelata adit potestatem.
¶ Si quis autem uidetur contentiosus esse, nos talem con-
suetudinem non habemus neque ecclesia dei.) Post ratio-
nem redditam ut contentiosos uincat, autoritatem in-
terponit, quia neque iudaismus hoc habuit. Vnde dicit:
Neque nos neque ecclesia dei, ut neque Moyses neque sal-
uator sic tradiderit. ¶ Hoc autem præcipio non laudans
quod non in melius sed in deterius conuenitis.) Quomō
particularim conuersionem illorum per correctionē
emendat, ita & traditiones illorum, non laudans utiq;
sed uituperans eos.

Primum enim.) Primum dicendo, genus peccati
ostendit unde orti sunt errores quos reprehendit,
ubi

IN EPIST. AD CORIN. 249

ubi enim dissensio est, nihil rectum est. ¶ Conuenienti-
bus uobis in ecclesiam, audio dissensiones esse & partim
credo, Oportet em̄ & hæreses esse, ut & qui probari sunt
manifesti fiant inter uos.) Sciendo nōnullos mente cor-
ruptos uerfusia diaboli, dicit, oportet hæreses esse, non
utiq; uoluit nec optauit, sed quia sint, futurum dixit, si-
cut & dominus: Oportet, inquit, uenire scādala, & opor-
tet filium hominis pati, præsciens quia Iudas proditor e-
rat futurus. Vt probati autem, cum dicit manifesti fiant
inter uos, illos significat qui in traditione accepta durā-
tes, exemplum probationis erant Euangelicæ discipli-
næ ad condemnationem cæterorum. Hi sunt quos in ca-
pite epistolæ significat, eo quod dicerēt: Nos uero Chri-
sti, cum alij dicerent: Ego Pauli, ego Apollō. ¶ Conueni-
entibus igitur uobis in unum iam nō est dominicam cæ-
nam manducare. Vnusquisque enim uestrum propriam
cœnam præsumit in manducando, & alius quidem esu-
rit, alius ebrius est. Nunquid domos non habetis ad edē-
dum & bibendum, aut ecclesiam dei contemnitis, & con-
funditis non habentes?) Hos notat qui sic in ecclesiam
conueniebant, ut munera sua offerentes, aduenientibus
presbyteris, quia adhuc rectores ecclesijs non omnibus
locis fuerant constituti, totum sibi qui obtulerat uendi-
caret schismatis causa. Dissensiones enim inter eos pseu-
do apostoli seminauerant, ita ut oblationes suas zelare-
tur, cum una atq; eadem prece, omnium oblationes be-
nedicerēt, ut hi qui, ut assolet fieri non obtulerāt, aut
unde offerrent non habebant, pudore correpti confun-
derentur, non fumentes partem, & tam cito illud age-
bant, ut superuenientes non inuenirent quod ederent.
Ideoq; si sic, inquit, conuenitis ut unusquisque suum su-
mat, domi hæc agenda nō in ecclesia, ubi unitatis & my-
sterij causa conuenitur, non dissensionis & uentris. Mu-
nus enim oblatum totius populi fit, quia in uno pane om-
nes significantur. Per id enim quod unum sumus, de
uno pane omnes nos sumere oportet. ¶ Quid dicam uo-
bis, Laudo uos, in hoc non laudo.) Apertum est: depre-
Q; hēns

Mat. 18
Luc. 9



hienso & correpto errore, ut de cætero corrigant & sciant hoc uerum, quod dudum in primordiis ipsi didicerant, formam illis quæ à saluatore in re huiusmodi data est. iterat dicens.

Ego em̄ accepi à domino quod & tradidi uobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur accepit panem & gratias agens fregit & dixit, hoc est, corpus meum quod pro uobis frangitur, hoc facite in mei commemorationem. Simili modo & calicem postquam cœnatum est dicens: Hoc poculum nouum testamentum est in meo sanguine, hoc facite quotienscumque bibetis in mei commemorationem. Ostendit illis mysterium eucharistiæ inter cœnandum celebratum nõ cenam esse. Medicina enim spiritalis est, quæ cum reuerentia degustata, purificat sibi deuotum. Memoria enim redemptionis nostræ est, ut redemptoris memores, maiora ab eo consequi mereamur. Mortem domini annũciantes donec ueniat. Quia enim morte domini liberati sumus, huius rei memores, in edendo & potando carnem & sanguinem, quæ pro nobis oblata sunt significamus, nouum testamentum in his consecuti, quod est noua lex, quæ obedientem sibi tradit cœlestibus regnis. Nam & Moses accepto sanguine uituli in patera aspersit filios Israël dicens: Hoc est testamentum quod disposuit deus ad uos. Hoc figura fuit testamenti, quod dominus nouum appellauit per prophetas, ut illud uerum sit quod Moses tradidit. Testamentum ergo sanguine constitutum est, quia beneficij diuini sanguis testis est, in cuius typum nos calicem mysticum sanguinis ad tuitionem corporis & animæ nostræ percipimus, quia sanguis domini sanguinem nostrum redemit, id est, totum hominem saluum fecit. Caro enim saluatoris pro salute corporis, sanguis uero pro anima nostra effusus est, sicut prius figuratum fuerat à Mose. Sic enim ait: Caro, inquit, pro corpore uestro offertur, sanguis uero pro anima, ideoque non manducandum sanguinem. Si igitur apud ueteres mago fuit ueritatis quæ nunc apparuit & manifestata est

est in saluatoris aduentu, quod hæreticis contrarium uideatur, uetus nouo, cum ipsa sibi inuicem testimonio sint.

Itaque quicumque ederit panem hunc aut biberit calicem domini indigne dño, reus erit corporis & sanguinis domini. Indignum dicit esse domino qui aliter mysterium celebrat quam ab eo traditum est. Non enim potest deuotus esse qui aliter præsumit, quam datum est ab autore. Ideo præmonet ut secundum ordinem traditum, deuota mens sit accedentis ad eucharistiam domini.

Quoniam futurum est iudicium, ut quemadmodum accedit unusquisque reddat causas in die domini Iesu Christi, quia sine disciplina traditionis & conuersationis qui accedunt, rei sunt corporis & sanguinis domini. Quid est autem reos esse penas dare mortis domini, oculis est enim pro his qui beneficium eius in irritum ducunt.

¶ Probet autem se homo, & sic de pane edat & de poculo bibat. Qui enim manducat & bibit indigne iudicium sibi ipsi manducat & bibit, non discernens corpus domini. Deuoto animo & cum timore accedendum ad cõmunione docet, ut sciat mens reuerentiam se debere ei, ad cuius corpus sumendum accedit. Hoc enim apud se debet iudicare, quia dominus est, cuius in mysterio sanguinem potat, qui testis est beneficij dei. Quem nos si cum disciplina accipiamus, non erimus indigni corpore & sanguine dñi: gratias enim uidebitur reddere redemptori. ¶ Ideo multi in uobis inualidi & ægroti, & dormiunt multi. Ut uerum probaret, quia examen futurum est accipientium corpus domini, iam hic imaginem iudicij ostendit in eos qui inconsiderate corpus domini acceperant, dum febribus & infirmitatibus corripiebantur, & multi moriebantur, ut in his ceteri discerent, & paucorum exemplo terribi emendarentur, non inultum scientes corpus domini negligenter accipere, & eum quem hic pena distulerit grauius trahari fore, quia contempsit exemplum. ¶ Quod si nosmetipsos discernere non possumus, non utique iudicemur. Dum iudicemur autem à dño corripimur, ut non cum hoc mundo



dānemur.) Hoc dicit, quia si nosmetipsi errores nostros corrigere non a domino iudicemur. Et quia corrigimur, tamen pro nobis est ut timore ipso emendemur. In paucis enim omnium est emendatio ne cum hoc mundo, id est, cum infidelibus damnemur. Nihil enim differt ab infideli qui inconsiderate ad mensam domini accedit.

ITaq; fratres cum conuenitis ad manducandum inuicem expectate, si quis esurit domi manducet.) Ad inuicem expectandum dicit, ut multorum oblatio simul celebretur, ut & omnibus ministraretur. & si quis impatiens est, domi terreno pane pascatur. ¶ Ut non in iudicium conueniatis.) Hoc est, ne mysterium reprehensibiliter & cum offensione agatis. ¶ Cætera autē cum uenero disponam.) Caput prius salutis ordine agendum ostendit, & quomodo in ecclesiam ab utroque sexu conueniatur præmissit, in quibus rebus si error fuerit non leue peccatum est. Cætera autem quæ ad ædificationem ecclesiæ pertinent præsentia sua ordinare se promissit.

CAPVT XII.



DE spiritalibus autē nolo uos ignorare fratres, scitis quia cum gentes eratis, simulacrorum forma cūtes, prout ducebamini.) Spiritalia illis traditurus, exemplum prioris conuersationis memorat, ut sicut simulacrorum fuerunt forma colentes idola, & ducebantur duce uoluntate demoniorum, ita & colentes deum sint forma legis dominicæ, ambulantes sicut placet domino. Forma enim uniuscuiusque legis in professione & conuersatione cultoris debet uideri. Ille enim forma & imago legis dei est, in cuius fide & conuersatione Euangelij ueritas lucet. ¶ Propter quod notū uobis facio, quia nemo in spiritu dei, dicit anathema Iesu, & nemo potest dicere dominum Iesum, nisi in spiritu sancto.) Quoniam rationem spiritaliū ignorantes, per

singula charismata, hominibus potius quam deo dabāt gloriam, non assecuti per spiritum sanctum hoc donum ministrari. Et quia qui dominum Iesum uocat, non sine spiritu sancto hoc dicit: habet enim gratiam in eo ipso si dei sua, propter gloriam nominis Christi, non enim sine dono dei est, dominum dicere Iesum, ac per hoc ostendit illis in omnibus dei esse laudem & gratiam. Quia sicut idolorum imago in ministris eius est, ordinem suum habens per singulos gradus, totum tamen hominis est: ita & in lege dominica gradus charismatum sunt officij ecclesiæ, non utiq; meritis humanis indulti, sed ut membra ad ædificationem ecclesiæ pertinentia, quæ per se & in se habent gloriam, sicut est etiam in humanis officijs. Scholæ enim sunt quæ positæ in se dant dignitatem, ut loci honor hominem faciat gloriosum nō propria laus. Ait ergo: Nemo in spiritu dei dicit anathema Iesu. Vox enim quæ dicit anathema Iesu, humano est errore prolata, quicquid enim falsum est ab homine est. Et nemo potest dicere dominum Iesum nisi in spiritu sancto. Dicitur enim ipsum quo significatur dominus Iesus, non adulatione hominum, sicut & idola dñ uocātur, sed spiritus sancti ueritate profusum est: quicquid enim uerum a quocūque dicitur, a sancto dicitur spiritu. Ne ergo hominum fauorem existimarent in regula Christiana, & propter hoc se argui minime paterentur, sicut est & in simulacris: homo enim adinuenit ut deus dicatur qui non est, ac per hoc subiecti sunt antistites illis. Ostendit enim eis nullum beneficium esse humanum in eo, cum dicitur: Dominus Iesus, sed magis donum dei, qui dignatus est mysterium suum hominibus declarare. Etenim ipsa professio remissionem acquirit peccatorum, sicut exaggerat dicatio idolorum. Docet ergo eos, quia non præstāt religioni beneficium dicentes dominum Iesum, sed accipiunt, ne more idolorum hominum putarent gratiam esse in lege domini, dum uocatur deus qui non est. Denique non intelligentes dei donum esse in fide, singuli singulos sibi homines delegerant, quos sequerentur, dicen-



tes: Ego sum Pauli, ego uero Apollo. Superbiam ergo
lorum humiliat, ut patiantur se sicut dixi argui. ¶ Di-
uisiones autem gratiarum sunt.) Non hoc humanis me-
ritis uult ascribi, sed gratiæ dei, ad honorificentiam no-
minis eius. Sicut enim qui dicit dominum Iesum, in spi-
ritu sancto dicit qualis uis sit, ita & in loco ordinis offi-
cij Ecclesiastici positus, gratiam habet quali suis sit: non
utiq; propriam, sed ordinis p̄ efficaciam spiritus sancti.
Vnde & inter initta dicit: Neq; q̄ plantat est aliquid, neq;
qui rigat, sed qui incrementum dat deus. ¶ Idem autē
spiritus, & diuisiones ministeriorum sunt.) Per eundem
spiritum diuersa dona dicit præstari. ¶ Idem uero do-
minus, & diuisiones operationum sunt.) Iungit nunc
Christum spiritu sancto. ¶ Idem autem deus, qui opera-
tur omnia in omnibus.) In tantum non hoc hominibus
dandum, quasi proprium, sed soli deo asserit, ut etiā do-
num spiritus sancti & gratiam domini Iesu unius dei dic-
cat operationem, ne gratia & donum diuisum sit per p̄-
sonas patris & filij, & spiritus sancti, sed indiscretē unita-
tis & naturæ trium unum opus intelligatur, ut ad unū
omnem gloriam redigat & diuinitatem. Diuisiones au-
tem gratiarum sunt officijs Ecclesiæ, non humanis meri-
tis deputatæ. Si enim spiritus sanctus idem dominus est,
& dominus idem deus est, tres unus deus est. Cum enim
spiritus sancti gloria, & potestas, & natura dei est, & do-
minus Iesus idem est in natura quod deus est, unus utiq;
spiritus sanctus, & dominus I E S V S, & pater deus est.
Et singuli enim deus unus, & tres deus unus. Denique
operante uno, tres operari dicuntur, ut trinitatis my-
sterium in unius dei natura & potestate claudatur, cum
sit immensum. ¶ Vnicuique datur autem manifestatio
spiritus ad utilitatem.) Hoc est, donum accipit, ut diui-
nis retinaculis uitam suam gubernans, & sibi & alijs uti-
lis sit, dum exemplum bonæ conuersationis ostendit.
¶ Cuidam enim datur per spiritum sermo sapientiæ.) Id
est, dat illi prudentia nō ex literis, sed corruisco spiritus
sancti, ut cor habeat illuminatū & prudens, & discernat
quæ

quæ uitanda sunt, quæ sequenda. ¶ Alij uero sermo sci-
entiæ, secundum eundem spiritum.) Hoc est, ut habeat
scientiā rerum diuinarū. ¶ Alij gratia curationū in uno
spiritu.) ¶ Id est, ut medelam tribuat infirmis uel egris.
¶ Alij fides in eodem spiritu.) Hoc dicit, ut fides profiten-
dæ ac uendicadē pressa uercundia accipiat facultatem.
¶ Alij operatio uirtutū.) Potestati dari significat in enicē
eis dæmonijs, aut signis faciendis, ¶ Alij propheta.) Id
est, ut spiritu repletus dicat futura. ¶ Alij discretio spiri-
tuū.) Vt intelligat & iudicet quod dicit, an spiritus san-
cti, sit an mundant. ¶ Alij interpretatio sermonum. Alij
genera linguarū.) Interpretari est, ut dicta illorum, qui
linguis loquuntur uel literis, per donum dei fideliter in-
terpretet. ¶ Omnia autem hæc operatur unus atq; idem
spiritus, diuidens unicuiq; prout uult.) Quod superius
trium personarū dicit, nunc per unū spiritum sanctū agi
profitet, ut quia unius naturæ sunt & uirtutis, qd̄ unus
operatur, operantē tres, unus tamen est deus, cuius gra-
tia diuidit singulis prout uult, nō ad meritū magis ho-
minis, sed ad ædificationē Ecclesiæ suæ: ut omnia quæ
mundus imitari uult, sed non implet, quia carnalis est,
hæc in Ecclesia, quæ domus dei est, singulorum officijs &
dono & magisterio spiritus sancti indulta, ad probatio-
nē ueritatis in his qui contemptibiles mundo sunt uiden-
tur. ¶ Sicut em̄ corpus unum est, & membra habet mul-
ta, omnia autem membra ex uno corpore cum sint mul-
ta, unum sunt corpus, ita & Christus. Etenim in uno spi-
ritu nos omnes in unum corpus baptizati sumus, siue Iu-
dæi, siue Græci, siue serui, siue liberi, & omnes unū spi-
ritum potauimus.) Per hæc docet nullius personam
quasi despecti contemnendā, neq; alicuius quasi perfecta
sit præferendam, nec gloriam quæ soli deo debet homi-
nibustribuendam, quando in omnibus unus atq; idem
deus sit gloriosus, quippe cum omnes & unum bap-
tisma habeamus, & unum atque eundem spiritum san-
ctum. Hoc propter supradictam causam, quia in aliqu-
bus gloriabantur, aliquos uero uelut contemptibiles
spernebant,



pernebant. ¶ Nam & corpus non est unum membrum sed multa.) Hoc dicens ostendit unitatem uarietatis officiorum, & diuersitatem hanc non discrepare in unitate potestatis, quando corporis unitas non in singularitate consistit, sed in multis membris, ut inuicem sibi præferant quod debent. ¶ Si dixerit pes, quia non sum manus, non sum de corpore, num propterea non est de corpore?) Hoc est, non posse eum qui infirmus uidetur inter fratres negari esse de corpore, quia non est potens. ¶ Si dixerit auricula quia non sum oculus, non sum de corpore, num propterea non est de corpore?) Non debere dicit illum qui paulo inferior est, non necessarium putari corpori, propterea quod de primis non sit. ¶ Si totum corpus oculus, ubi est auditus: si totum auditus, ubi est odoratus?) Id est, si omnes unius officij & operis, quod impletur relictua necessitas corporis, cum consistant multis officijs opus esse ad gubernacula corporis. ¶ Nunc autem deus posuit membra unum quodque in corpore sicut uoluit.) Voluntatem dei, quia prouida & rationalis est, membra dicit corpori aprasse, ut nihil desit multis membris perfectum. ¶ Si autem fuissent omnia unum membrum, ubi corpus?) Manifestum est, quia si omnes unius fuissent dignitatis, non dicerentur membra neque corpus, ideoque uarijs membrorum officijs congregantur. Omnia enim unum membrum esse non poterant, ideo autem multa sunt, quia ab inuicem differunt dignitate. ¶ Quia si essent omnia unum membrum ubi corpus? nunc autem multa quidem membra: unum autem corpus.) Hoc dicit, quia multa membra cum sui inuicem egeant, non discrepant in unitate naturæ, quamuis diuersa sint, quia diuersitas hæc in unum concurrat, ut corporis utilitas expleatur: sicut & ea quibus mundus ipse consistat cum sint diuersa non solum officijs sed & naturis, ad unius tamen mundi proficiunt perfectionem, & ex omnibus his nascitur temperies quæ dicitur in fructibus qui humanæ proficiunt utilitati. ¶ Non potest autem dicere oculus manui, opera tua non indigeo.) Hoc est, non potest dicere potior inferiori non mihi opus

es, quia oculis quidem uidetur, sed manus sunt quæ operantur. ¶ Aut iterum caput dicere pedibus, non estis mihi necessarii.) Id est, maior gradu & dignitate non potest sine illo esse qui humilis est, quia est quod humilis potest quod non potest sublimis, quia ferrum potest, quod non potest aurum, ac per hoc honorem capiti faciunt pedes. ¶ Sed multo magis quæ uidentur membra corporis inferiora esse necessaria sunt.) Manifestum est, quia quamuis aliquis dignitate sublimis sit, si subiectus tamen detuerit qui obsequijs suis illum faciat gloriosum, ipsa dignitas cõtemptibilis erit. Officium est enim per quod dignitas consistat. Tale est si imperatori desit exercitus. Quamuis ergo magnus sit imperator, necessarium tamen habet exercitum. Membrum est enim corporis eius ante se habens tribunos, comites, magistris. His omnibus inferiores sunt milites & magis necessarij sunt, sicut membra corporis quæ est inferiora uidentur, plus utilia sunt. Sine oculis enim manibus operatur, & ambulat uictum quæritat. ¶ At quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, his maiorem honorem circundamus.) Similis est sensus, quia qui putatur sine dignitate esse, inuenimus in eis quod laudemus, sicut & in membris, & plus nobis placeat, quam quod in cæteris inuenimus. Quo enim honore dignæ sunt manus, quando quod uolumus tenemus, uel pedes cum quo uolumus imus. Propterea & nos addimus eis honorificetiam, ut puta pedibus, quos, quia humiles sunt & sine dignitate, calciamentis ornamus. ¶ Et quæ inferiora sunt nobis, reuerentiam abundantioram habent.) Manifestum est, quia pudenda nostra quæ turpia uidentur, dum aspectus publicos uirant, honestate se cõtegnant, ne per irreuerentiam horreant. Simili modo & quidam fratrum cum sint egestate & habitu inhonesti, non tamen sunt sine gratia, propter quod membra sunt corporis nostri. Nam solent succincti pede nudo, uesticula retrica incedere. Quamquam ergo uideatur cõtemptibiles, magis honori sunt, quia solent uiram habere mudiorem. Quod enim hominibus uidetur despectum, solet à deo pulchrum iudi-



iudicari. ¶ Que autem honesta sunt nostra, nullius egent.) Apertum est, quia caput non eget neque facies neque manus, ut his addatur per quod decorentur: ita & fratribus in quibus studium peritiae & conuersationis uiget honestatis, nihil est quod a nobis addatur, debitum enim illis redditur honor. Despectis uero uel humilibus exhortatio necessaria est, per quam addatur illis aliquis honor ut fiant utiles, si quo minus, ipso contemptu negligentiores circa se erunt, in quibus magis proficendum est. ¶ Sed deus temperauit corpus ei cui deest ampliore honorem tribuendo ut non sit schisma in corpore, sed ipsa pro inuicem sollicita sint membra.) Sic dicit a deo moderatum humanum corpus ut omnia membra eius necessaria sint, ac per hoc pro se inuicem sollicita, quia aliud sine altero esse non potest, & quod inferius putatur, magis necessarium est, sicut & de fratribus expositum est uel disputatum, quia nullus debet uelut inutilis despicere. ¶ Et si quid paritur unum membrum, contumescunt omnia membra.) Hoc de membris corporis carnis ambiguum non est, quia si oculus aut pes uel manus capiantur egritudine aliqua infirmitatis, totum contumescit corpus: ita & nos docet condolere fratribus, si aliquid huiusmodi aut necessitatis emerferit. ¶ Siue glorificatur unum membrum congaudent omnia membra.) Manifestum est, quia letum est caput siue cetera membra, si pedes fuerint accurati uel sani. Sic debemus & nos alacres fieri, si fratrem aliquem uiderimus cultore dei, & auctum honestate morum, hoc est sanum esse consilio. ¶ Vos autem estis corpus Christi, & membra de membris.) Ostendit aperte nostram se causam membrorum carnalium rationem traxisse, quia non omnes possumus eadem, sed singuli pro qualitate fidei & gratiam habemus concessam. ¶ Et quosdam quidem posuit deus in Ecclesia primum Apostolos.) Caput itaque in Ecclesia Apostolos posuit qui legati Christi sunt, sicut dicit idem Apostolus: Pro quo legatione fungimur. Ipsi sunt episcopi, firmate istud Petro Apostolo & dicente

2. Cor. 5.
Acto. 1.

dicente inter cetera de Iuda: Et episcopatum eius accipiet alter. ¶ Secundo propheta.) Prophetas duplici genere intelligamus, & futura dicentes, & scripturas reuelantes, quamuis sint & Apostoli prophetae, quia primus gradus omnia subiecta habet. Denique pessimus Caiphas, propter quod princeps sacerdotum erat prophetauit, ordinis utique causa non proprii meriti. Tamen specialiter erant, prophetae & scripturarum interpretes, & futura dicentes: Sicut erat Agabus, quia exitia & uincula huic Apostolo prophetauit futura Hierosolymis, & famem cecinit quae facta est sub Claudio. Ideo quamquam sit melior Apostolus, aliquando tamen eget, prophetis. Et quia ab uno deo patre sunt omnia, singulos episcopos singulis Ecclesiis praesse decreuit. ¶ Tertio doctores.) Illos dicit doctores qui in Ecclesia literis & lectionibus retinendis imbuebant more synagogae, quia traditio illorum ad nos transitum fecit. Quarto loco ait: ¶ Deinde uirtutes, exinde gratiam curationum.) Potest enim aliquis non esse Episcopus & in se habere donum uirtutis sanitarum. Quinto loco donum intellectus tribuit. ¶ Opitulationes, gubernationes.) Ut in rebus diuinis uigilet intellectu: ita tamen ut in aliquibus quae implere non conceditur ab alio sumat quod de habet, quia totum uni concedi non potest. Sunt & gubernatores qui spiritualibus retinaculis hominibus documento sunt. ¶ Genera linguarum.) Ut donum sit dei multas linguas scire. ¶ Interpretationes sermonum.) Ut hoc alicui gratia dei impertiat, ut linguarum interpretandarum habeat peritiam. ¶ Nunquid omnes Apostoli?) Verum est, quia in Ecclesia unus Episcopus est. ¶ Nunquid omnes prophetae.) Non est ambiguum, non omnibus concedi prophetiam. ¶ Nunquid omnes doctores?) Ille doctor est cui conceditur. ¶ Nunquid omnes uirtutes?) Hic potest habere uirtutem, cui dat deus daemonia eiacere. ¶ Nunquid omnes gratiam habent curationum?) Quod potest fieri, ut omnes habeant dona curationum? ¶ Nunquid omnes linguis loquuntur?)

Acto. 21. &
18.

Non



Non utique nisi qui accipit donum in hac re. ¶ Nunquid omnes interpretantur? Ille potest linguas interpretari cui dat deus. In supradictum sensum hæc inferenda. Explanauit enim reddita ratione omnes habere diuersas gratias, nec totum alicui cōcedi exemplo membrorum. Exemplo enim corporis carnis. Spiritale corpus insinuat, ac per hoc in omnibus deum benedicendum & in ipsius nomine gloriandum cuius gratia est. Hanc rationem etiam in rebus physicis inuenimus. Aurum enim cum melius argento sit, plus tamen in usu argentum est: & cōtās necessarium sit, plus tamen ferro opus est. Nihil enim penè sine ferro fit, cum sit inferius. Et post hæc: ¶ Aemulamini autem charismata meliora. Hoc mox in subiectis absoluit. ¶ Et adhuc magis excellentiorem uiam uobis demonstro. Gradatim illos ad utiliora prouehit, ostendēs illis gratiam supradicti omnis doni, quæ in hominibus uidentur, siue loquendi aut curādi aut prophētandi non ad meritum hominis pertinere, sed ad honorificentiam dei. Ideoq; nunc uiam se dicit illis ostendere planiorem, qua irur ad cælum, quæ meritum collocat apud deum. Nam quia supradicta non semper ad meritum pertinet, dicit saluator: Multi mihi dicēt in illa die, id est iudicij, domine domine nōne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus: Et quia non hoc ad meritum pertinet, sed officia sunt ecclesiæ ad confusionem gentilium & dei honorificentiam protestandam, dicit eis dominus: Recedite à me nō noui uos operari iniquitatis. Securi em̄ quia dei in illis operatio cernebatur, negligentes erga se fuerunt. Nam & illis septuaginta duobus discipulis gaudentibus quod dæmonia illis subdita fuerant, dicit saluator: Nolite in hoc gaudere quod dæmonia uobis subiecta sunt, sed in hoc gaudete quod nomina uestra scripta sunt in cælo. Quare, nisi quia nomini dei subiecta sunt, non hominis merito? Et quare nunc non ita fit ut habeant homines gratiam dei? Inter initia fieri oportuit, ut fundamenta fidei acciperent firmitatem.

Luc. 10

Nunc

Nunc autem non opus est, quia populus populum adducit ad fidem, cum uidentur eorum bona opera & prædicationo simplici.

CAPVT XIII.



In linguis hominum loquar & angelorum: charitatem autem non habeam, unum sum uelut ærumentum resonans, aut cymbalū tinniens. Magna utiq; uidetur gratia diuersis loqui linguis: plus autem aliquid est etiam si possit angelorum linguam scire, id est, si spiritaliter cognitum possit habere angelicum motum. Sed hoc ad meritum non ascribi, sed ad dei gloriam subiectis ostendit dicens, sic esse ut ærumentum resonans aut cymbalum tinniens, quia sicut ærumentū impulsu alterius resonat aut cymbalum tinnit: ita & hic q linguis loquitur spiritus sancti effectū habet & motum ut loqui possit, sicut & alio loco dicit saluator: Non em̄ uos estis qui loquimini sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Nam & asina locuta est humana lingua ad Balaam filium Beor, ut addisceret dei maiestatem, & pueri infantes in laudem dei proruperunt ad confusionem Iudæorum. Saluator autem non solum istos, sed & lapides, ad cōdemnationem perfidorum & gloriam dei, clamare posse ostendit. Et inter ipsa primordia ad commendationem fidei, qui baptizabantur linguis loquebatur. ¶ Et si habeam prophētiam & sciero omnia mysteria & omnem scientiam: charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Vere nihil prodest. Ad dei em̄ gloriam prophetatur, sicut dicit Dauid Propheta: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Nam & Balaam prophetauit cum, ppheta non esset sed ariolus & Caiphas prophetauit non merito sed dignitate ordinis sacerdotails, & Saul prophetauit cum iam inobediētiæ causa spiritu malo fuisset repletus, sed propter dei causam non posset comprehendere Dauid, quem & occi-

Matth. 10

R. dere



COMMENT. D. AMBRO.

dere uolebant. ¶ Et si sciero omnia mysteria.) Iude enim nihil profuit fuisse cum Apostolis & didicisse mysteria, cum charitatis hostis, tradidit saluatorem. Et propheta Ezechiel diabolum mysteria celestia scire ostendit, quando increpata uoce in paradiso illum dei fuisse & preciosos lapides habuisse testatur. Quos lapides idem Apostolus doctrinae diuinae mysteria significauit, ut nihil illi profuit, quia charitatis immemor in superbiam prosiliuit. ¶ Et si habeam omnem scientiam.) Nihil mihi prodest scientia, si charitas non sit. Denique scribis & Phariseis nihil profuit dicente saluatore: Vos habetis clauim scientiae, & neque uos intratis neque alios finitis introire. Per inuidiam enim charitatem corrumpentes, scientiam eius ad nihilum deduxerunt. Nam & Tertullianus & Nouatianus non paruae scientiae fuerunt, sed per zelum charitatis foedera perdidierunt, in schisma uersi ad perditionem sui haereses creauerunt. ¶ Et si habuero omnem scientiam ut motes transferam.) Virtutes facere, aut daemonia per fidem eicere, dei uirtus & gloria est, nec hoc ad meritum proficit, nisi quis bonae conuersationis fuerit emulus, sicut supra memorauit. ¶ Et si erogauero omnem substantiam meam.) Apertum est, quia si omnis substantia impeditur, nihil proficit charitate neglecta, quia caput religionis charitas est, & qui caput non habet, uitam non habet. ¶ Et si tradidero corpus meum ut ardeam, nihil mihi prodest.) Sine charitate nihil prodest, quia fundamentum religionis charitas est. Quicquid ergo sine charitate fit, caducum est. ¶ Charitas magnanima est, iocunda est. Charitas non aemulatur, non inflatur, non perperam agit, non ambitiosa est, non quaerit quae sua sunt. Non iritatur, non cogitat malum, non gaudet in iniquitate, congaudet autem ueritati: Omnia tolerat, omnia credit, omnia suffert, omnia sperat, charitas nunquam excidit.) Tanta praecordia charitatis edocuit, ut non immerito hanc ceteris anteponebat uidere, & in casum laborare eos qui alijs mandatis operam dant, huic non obreperantes. Hinc ait Ioannes Apostolus: Charitas de-

1. Ioh. 4.

IN EPIST. AD CORIN.

est, & qui charitatem non habet, sciat se deum non habere. Vnde & in alia epistola idem Paulus Apostolus ait: Deus autem qui diues est in misericordia, propter multam charitatem suam misertus est nostri. Qui ergo charitatem non habet, ingratus est misericordiae dei, quia non diligit per quod saluatus est. Ut perinde dicerent quia grauius delinquebant, qui escam fraternae charitati praeponebant. Nam haec est quae & in praesenti prodest, & in aeternum cum deo permanet. ¶ Sicut autem prophetiae euacuabuntur, siue linguae cessabunt, siue scientiae euacuabuntur. Ex parte enim cognoscimus & ex parte prophetae: cum autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.) Omnia charismatum dona euacuabitur, quia non tantum possunt comprehendere, quantum ipsa ueritas habet. Neque nos autem capere aut narrare possumus plenitudinem ueritatis. Qui enim scire potest, ut lingua humana omne complectatur quod dei est? Ideo destruitur imperfectio nostra, non id quod uerum est euacuabitur, sed dum additur imperfectio, quod deest destruetur. Destitutio enim imperfectionis est, quando id quod imperfectum est impletur uerum. ¶ Cum essem paruulus quasi paruulus loquebar, quasi paruulus sapiebam, quasi paruulus cogitabam: Cum ita sum uir ea quae paruuli erant destruxi.) Hoc dicit, quia exeuntes sancti de hoc mundo, plus necesse est inueniant quam nunc putant, sicut Ioannes Apostolus de saluatore dixit: Tunc uidebimus illum sicuti est. In hac ergo uita paruuli sumus, ad comparationem futurae uitae, quia sicut uita haec imperfecta est, ita & scientia. ¶ Videbimus nunc per speculum in aenigmate, tunc uero facie ad faciem.) Apertum est nunc imagines uideri per fidem, tunc res ipsas. ¶ Modo scio ex parte, tunc uero cognosca sicut et cognitus sum.) Id est, uideam quae promissa sunt, sicut uideor, hoc est, praesentem esse ad deum ubi Christus est. ¶ Manent autem fides spes charitas, tria haec, maior autem horum est charitas.) Digne maior est charitas, quia ut fides praedicat, & spes effectus futurae uitae, charitas praestitit sicut supra memorauit.

R. 1. Vnde

Eph. 22

1. Ioh. 22



COMMENT. D. AMBRO.

Vnde & Ioanes Apostolus: Ex hoc cognoscimus, inquit, charitatem eius, quia ipse pro nobis animam suam posuit. Iuste igitur maior charitas, per quam reformatum est genus humanum.

CAPVT XIII,

Sectamini charitatem, emulamini spiritalia, magis autem ut propheteis.) Post charitatem prophetandi studium magis habendum hortatur, quia quamuis magni sint spiritalia gradus quos enumerat: Hic tamen melior qui utilitatem ecclesie proficit, ut discant omnes diuina legis rationem. In quo enim quis animum dederit, in conspectu accipit donum, dicente Salomone: Scribere legem sensus est optimus, scientia enim charitate subnixta non inflatur sed est mansueta proficiens omnibus ad utilitatem. ¶ Qui enim loquitur linguis, non hominibus loquitur sed deo: nemo enim audit, spiritu autem loquitur mysteria.) Hoc est quod dicit, quia qui loquitur incognita lingua, deo loquitur, quia ipse omnia nouit. homines enim nesciunt, ideoque nullus est ex hac re profectus, spiritu autem loquitur non sensu, quia ignorat quod dicit. ¶ Qui enim prophetat, hominibus loquitur ad aedificationem & exhortationem & consolationem.) Aedificatur enim quando quaestionum solutione addiscit. Exhortatio autem illi fit, ut desiderium pariat, prophetandi. Consolatur uero, quia contemptum disciplinae spe uidet. Scientia enim legis firmat animos, & prouocat ad spei melioris profectum. ¶ Qui loquitur lingua se ipsum aedificat, qui uero prophetat ecclesiam aedificat.) Per id enim quod forte solus scit quod loquitur, se solum aedificat: nam qui prophetat omnem plebem aedificat, dum intelligatur ab omnibus quid loquatur. Prophetas interpretes dicit scripturarum. Sicut enim propheta futura praedicit quae nesciuntur: ita & hic dum scripturarum sensum qui multis occultus est manifestat dicitur prophetare. ¶ Volo autem uos omnes loqui linguis, magis autem

IN EPIST. AD CORIN. 267

ut prophetis.) Non poterat prohibere loqui linguis, quia superius donum istud dicit esse spiritus sancti, sed ideo prophetandi magis studium habendum, quia utilius est. ¶ Maior est enim qui prophetat quam qui loquitur lingua nisi interpretetur.) Quia si interpretari poterit, non erit minor quia ecclesiam aedificat: hoc enim maius est, quod omnibus prodest. Hic enim per donum dei linguis loquitur, qui etiam interpretatur, sicut & illi duodecim in actibus apostolorum. ¶ Nunc autem fratres, si uenero ad uos linguis loquens, quid uobis prodero si non loquar uobis, aut in reuelatione, aut in noticia, aut in prophetia, aut in doctrina.) Haec omnia unum significant Docere enim nemo poterit, nisi intelligatur. Tamen quae sine anima sunt uocis dantia, siue tibia siue cithara, si distinctionem sonus non dederint, quomodo cognoscetur, quod per tibiam canit, aut quod citharizatur. Etenim si incertam uocem dederit tuba quis separabit ad praesidium? ¶ Quae exempla facilius suadent quam uerba, exemplis commendat per quae facile assequantur, non debere illos in ecclesia loqui linguis, qui interpretari non possunt. Ut quid enim loquatur, quem nemo intelligit? ¶ Ita & uos per linguam nisi significantem sermonem dederitis, quomodo scietur quid loquimini? Eritis enim in aera loquentes.) Hoc est, nihil proficientes. ¶ Vt puta genera linguarum sunt in hoc mundo, & nihil sine uoce.) Multa quidem genera sunt linguarum, inquit, sed habent, proprias uocum significationes ut intelligantur. ¶ Si ergo nesciero uirtutem uocis, ero ei cui loquor barbarus, & is qui loquitur mihi barbarus.) Non utique id studendum monet, ut inuicem per incognitam linguam barbari sibi uideantur, sed quia concordiae res est, his nitendum est, ut per unanimitatem intellectus, communi laetitia gloriantur. ¶ Sic & uos quoniam aemulatores estis spirituum ad aedificationem ecclesiae, quaerite ut prophetetis.) Quia prodest scripturas explanare, nam incitatur & gaudet animus quando aliquid de scripturis percipit, & quantum propensior in hac parte fit, transgresserit uicia, propterea ad hanc partem studium monet



applicadum. ¶ Ideo qui loquitur lingua, oret ut inter-
pretes.) Eum qui linguis loq desiderat, orare debere ut
accipiat donum interpretandi, ut proficiat ceteris studi-
um eius. ¶ Si orauero lingua, spiritus meus orat, mens
autem mea sine fructu est.) Manifestum est ignorare a-
nimus nostrum si lingua loquatur quam nescit, sicut al-
solent Latini homines Græce cantare oblectati sono
uerborum, nescientes quid dicant. Spiritus autem qui
datur in baptismo scit quid oret animus dum loquitur
aut perorat lingua sibi ignota: mens autem qui est ani-
mus, sine fructu est. Quem enim potest habere fructus,
qui ignorat quæ loquatur. ¶ Quid est ergo? Orabo spi-
ritu, orabo & mente, psalmum dicam spiritu, psalmū di-
cam & mente.) Hoc dicit, quia cum quis hac lingua
loquitur quam nouit, tam spiritu quam mente orat,
quia non solum spiritus eius quem dixit datum in ba-
ptismo scit quid oratur, sed & animus simili modo, & de
psalmo non ignorat. ¶ Ceterum si benedixeris spiritu.)
Hoc est, si laude dei lingua loquaris ignota audientibus.
¶ Quis supplet locum idiotæ? quod dicit amen super tuā
benedictionem, quia nescit quid dicas.) Imperitus enim
audiens quod non intelligit, nescit finē orationis & nō
respondet amen, id est, uerū, ut confirmetur benedictio.
Per hos enim impletur confirmatio precis, qui respon-
dent amen, ut omnia dicta ueri testimonio in audientium
mentibus confirmetur. ¶ Nam tu quidem gratias agis.)
De eo dicit q cognita sibi loquitur, quia scit quid dicat.
¶ Sed alius nō ædificatur.) Si utiq; ad ædificandam ecclē-
siam conuenitis, ea debent dici quæ intelligant audientes.
Nam quid prodest ut quis lingua loquatur quam solus
scit, ut qui audit nihil proficiat, ideo tacere debet in ec-
clesia, ut hi loquantur qui proficiunt audientibus. ¶ Gra-
tias ago deo meo, quod omnium uestrum lingua loquor.)
Quoniam superius linguis loqui donum esse dixit spiri-
tus sancti, ideo ad deum refert quod omnium lingua lo-
queretur. Et ne forte quasi æmulus per inuidiam hoc
docere uideretur, ostēdit se omnium quidem horum lo-
quū

qui linguis, & quia non ualde prodest. ¶ Sed in eccle-
sia, inquit, uolo quinque uerba loqui per legem, ut &
alios ædificem quam decem milia uerborum in lingua.)
Vtilius dicit paucis uerbis in apertione sermonis loqui
quod omnes intelligant, quam prolixam orationem ha-
bere in obscuro. Hi ex Hebræis erant qui aliquando Sy-
ra lingua plerunque Hebræa in tractatibus aut obla-
tionibus utebantur ad commendationem. Gloriantur
enim se dici Hebræos propter meritum Abræe.
Quod idem Apostolus pro nihilo habuit, dicens: Mi-
hi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri I E-
S V CHRISTI ¶ Fratres, nolite pueri effici sensibus,
sed malicia paruuli estote, ut sensibus perfecti si-
tis.) Perfectos illos uult esse, ut sciant quid ad instru-
ctionem ecclesiæ sit necessarium, ut recedentes à mali-
cia & erroribus, his studeant quæ proficerent ad uti-
litatem fratrum. Hic est enim sensu perfectus, qui id agit
ut proficiat alicui maxime fratri. ¶ In lege enim scriptum
est, quia in alijs linguis & in labijs alijs loquar populo
huic, & nondum me exaudient dicit dominus.) Hoc do-
minus de his dixit, quos præscit nec saluatori creditu-
ros. In alijs enim linguis & in alijs labijs loqui nouum
testamentum est prædicare, sicut dicit Hieremias, pphe-
ta: Ecce uenient dies dicit dominus & consummabo do-
mum Israël & domum Iuda testamentum nouum, non secū-
dum quod dispositi patribus illorum hoc est, immutata
ratione, aliter loqui quam se legis ueteris uerba habeat,
dum audiunt sabbatum solui, neomenias euacuari, cir-
cuncisionem cessare, sacrificia immutari, escas dudum pro-
hibitam licere edere, CHRISTVM de deo deum præ-
dicare, hoc est, alijs linguis & alijs labijs loqui, & nec sic
perfidii deum obaudire uoluerunt. Potest & sic intelli-
gi, ut quia multi Iudæorum maleuoli erant, & propte-
rea dignum non erat his in reuelatione loqui Euan-
gelium, sed in parabolis loqueret ad eos, & intelligētes
ideo sibi nō reuelari quia mali erant, nec sic se corrigerent
ut mereri se facerēt p explanationem audire uerba dei.

Eph. 6.

Hier. 31.



Vnde dicunt discipuli ad dominum: Domine quare in parabolis loqueris illis? Et dominus: Quia uobis datum est, inquit, nosse mysterium regni dei: illis autem non, ut uidentes non uideat, & audientes non intelligant, ne indigni salutem perciperent: quod animaduertentes, per meritis suis factum, nec sic conuersi deo satisfacere uoluerunt. ¶ Itaque linguæ in signum sunt.) Hoc est, uelamine incognitæ linguæ obscurati sunt sermones dei, ne uideantur à perfidis, ut cum audiuntur incognitæ lingue signum sit, quia propter perfidiam factum est ne audiens intelligat. ¶ Non utique his qui credunt, sed non credentibus.) Hoc est quod dixi, quia ad occultandos sensus incredulis proficiunt linguæ. ¶ Prophetia autem non incredulis sed his qui credunt.) Hoc est, non competit fidelibus audire linguas quas non intelligant, sed infidelibus quæ non sunt digni intelligere, sicut dicit Esaias propheta: Vade & dic populo huic, Aure audieris & non intelligetis &c. ¶ Si conuenerit uniuersa ecclesia in unum & loquantur omnes linguas, introeant autem & idiotæ, nonne dicet, quia insanitis? Manifestum est, quia si omnes diuersis linguas loquantur, tumultus fit quidam inconditus populi quasi phrenesim patientis. ¶ Si autem omnes prophetent, intret autem aliquis infidelis uel idiota, increpatur ab omnibus, redarguitur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt, & tunc cadens in faciem adorabit deum pronuncians quod uere deus sit in nobis.) Cui enim intelligit & intelligitur, audiens laudari deum & adorari Christum, peruidet ueram esse & uenerandam religionem, in qua nihil fucatum, nihil in tenebris uidet geri, sicut apud paganos quibus uelantur oculi, ne quæ sacra uocant perspicentes, uariis se uanitatibus cernant illi. Omnis enim impostura tenebras petit, & falsa pro ueris ostendit. Ideo apud nos nihil abdite, nihil sub uelamine, sed simpliciter unus laudatur deus, ex quo sunt omnia, & unus dominus Iesus per quem omnia. Si enim nullus sit qui intelligat aut à quo ipse discutiatur, potest dicere seductionem esse quædam & uanitatem, quæ ideo linguas

Esaiæ. 6.

linguis canitur quia pudoris est si reuelatur. ¶ Quid est ergo fratres, cum conuenitis unusquisque uestrum psalmum habet.) Id est, laudem dei per canticum eloquitur. ¶ Doctrinam habet.) Hoc est, sensum per spiritalem prudentiam habet expositionem. ¶ Reuelationem habet.) Id est, subest ei propheta occultorum, quæ ad omnium mentem perueniat fauentem spiritu sancto. ¶ Linguam habet.) Ut eos qui lingua loqui poterant non corristeret, permittit eos loqui linguas: ita tanem ut interpretatio sequeretur. Ideo ait: ¶ Interpretationem habet.) Ut si interpretes adesset, daretur locus loquendi linguas. ¶ Omnia ad edificationem fiant.) Conclusio hæc est, ut nihil in casum in ecclesia geratur, hocque elaborandum magis ut imperiti proficiant, ne quid sit corporis per imperitiam tenebrosum. Idcirco omnes paratos uult conuenire diuersis donis spiritualibus, ut ipsa auditate animi uigilantes inuicem se exhortati, meliora dona æmularentur ad illuminationem fratrum. ¶ Siue enim lingua quis loquitur per duos ut multum tres, et particulatim ut unus interpretaretur.) Hoc est, duo aut tres, non plus linguas loquantur, sed singuli non simul omnes, ne insanire uiderentur. Ideo ergo, ut multum tres, ne occuparent diem linguas loquentes & interpretes illorum, & non haberent prophetæ tempus scripturas differendi qui sunt totius ecclesiæ illuminatores. ¶ Quod si non fuerit interpretes taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & deo.) Hoc est, intra se tacite oret aut loquatur deo, qui audit muta omnia. In ecclesia enim ille debet loqui, qui omnibus proficit. ¶ Prophetæ autem duo uel tres loquantur & alij eximinent uel interrogent.) Ipsum modum tenuit dicendo: Duo aut tres loquantur, singuli autem sicut supra, ceteros aut interrogare permittit de his quæ forte in ambiguum ueniunt, aut quæ assequi aliquis non potest, quia diuersa sunt ingenia, ut disputatione planiore dilucidentur. ¶ Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat.) Id est, permittat potior inferiori, ut si potest dicat nec aggreferat, quia potest & illi dari donum ut dicat, cum

uidef



uiderur inferior, quod potiori concessum non est. Sicut enim totum uni concedi non potest licet potiori, ita & nō potest alicui quamuis inferiori nihil impertiri, ut nemo sit uacuus a gratia dei. ¶ Potestis enim per singulos prophetare, ut omnes discant & omnes exhortentur.) Hęc traditio synagogę est, quam nos uult sectari, quia Christianis quidem scribit, sed ex gentibus factis non ex Iudeis, ut sedentes disputent seniores dignitate in cathedris, sequentes in subsellijs, nouissimi in pauimento sup mattas. Quibus si reuelatum fuerit dandum locū dicendi præcipit, nec despiciendos, quia mēbra corporis sunt. ¶ Et spiritus prophetarum, pphētis subiectus est.) Quia enim unus atq; idem spiritus est, qui tam pphētis futura dicentibus q̄ his reuelauit scripturas infundit se, p ratione & qualitate causarum, idcirco dixit: Subiectus est prophetis, ut ingenia accenderet hac spe quod spiritus conatus adiuuet. Desiderio em̄ optimo ad dei res enarrandas subuenit, ut impleat boni propositi uolūntatem. Nam & de saluatore idem dictum est: Bibebant autē de spiritali sequente petra: petra autem erat Christus. Hoc est, & subiectum esse, quod & sequi. Sequebatur enim ut humanis suffragijs deficientibus, adesset ad auxilium tribuendum. Ita & spiritus subiectus dicitur, ut conatus bonos adiuuet, cum suggerit. Subiectus enim uiderur, qui cepta alterius perficit. ¶ Non est enim dissentionis res, sed pacis.) Quia ergo pacis res est, dicente saluatore: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis, nemo alterū non sinat dicere, neq; debet dicenti studio contradicendū resistere, ne discordia fiat in corpore. Qui enim in pace uocantur, patientiæ debent studere, ne pacis iura soluantur. ¶ Sicut in omnibus ecclesijs sanctorum docco.) Hoc dicto hortatur illos ut quę præcepit faciant, quando similiter se ecclesijs sanctorum prædicare testatur. ¶ Aut a uobis uerbum dei profectum est, aut in uos solos aduenit.) Argumentis uerba sunt. Sic enim inflati erant quasi ipsi promissa fuisset hęc salus, & exemplo eorum ceterę gentes uocarentur ad fidem, aut nō essent aliqui qui possent

Ioan. 4.

possent accipere gratiam dei, apostolis prædicantibus. Sic enim se iactabant, quasi beneficium parentis magis q̄ acciperent accedentes ad fidem. Vnde dicit: Aut in uos solos deuenit uerbum dei. Omnis enim qui uult aliquid emere quod scit ab alijs non requiri, cum quodam fastidio accedit ad emptionem, quasi beneficium presturus uendenti. Ideo hoc Apostolus arguit in Corinthijs, quia tales se præbebant elatione uanitatis, quasi si ipsi nō obedirēt uerbis fidei, nemo esset q̄ si crederet.) Sicut dicit Iudejs. Vobis primis oportebat loqui uerba uite huius, sed quia repulstis ea, indignos uos facientes æternę uite, ecce conuertimus nos ad gentes. ¶ Si quis existimatur ppheta esse aut spiritalis, cognoscat quę scribo uobis, quę domini sunt.) Hoc dicens, tangit supra memoratos falsos apostolos, a quibus fuerant deprauati, qui pro desiderijs hominum nō diuina sed terrena docebant. Ideo hic nihil suum tradere se dicit sed domini, ut quibus suadet deo acquisiri non hominibus uideantur: quia fiducia & constanter prædicat, liberam habens conscientiam quia non hominibus placere uult sed deo. Vnde peccatoribus non blanditur ut crescant, sed admonet ut desinant. ¶ Si quis autem ignorat, ignorabit.) Recte, quia qui nescit domini esse quę loquitur Apostolus, & ipse a domino ignorabit in die iudicij, dicente domino: Amen dico uobis quod nescio uos. ¶ Propter quod fratres æmulationem habete prophetandi.) Quamuis arguat hos & in multis reprehendat & corripiat, eo quod recesserant a traditione eius, tamen fratres hos uocat, quia dicit Esaias ad plebem domini: Dicite his qui non recte ambulant in ujs meis, fratres nostri estis uos. ¶ Vt ergo consolaretur istos post correctiones, fratres illos uocat, & ad æmulationem prophetiæ hortatur, ut assidua disputatione & explanatione legis diuinę fierent strictiores, ut possent dicere peruersas esse pseudoapostolorum prædicationes. ¶ Et loqui linguis nolite prohibere.) Et hoc, ppter charitatē, ut q̄ possunt loq; linguis, & q̄ interpret fuerit, præsens, nō uentem ne fiat dissensio.

Acto. 13.

¶ Omnia



¶ Omnia autem honeste & secundum ordinem fiant.) Hoc est secundum ordinem supradictum. Honestè autem illud fit quod cum pace & disciplina fit.

Mulieres uestræ in ecclesia taceant.) Nunc tradit quod prætermiserat. Superius enim uelari mulieres in ecclesia præcepit, modo ut quietæ sint & uerecundæ ostendit, ut operæ precium sit, quia uelantur. Si enim imago dei uir est non femina, & uiro subiecta est lege naturæ, quanto magis in ecclesia debet esse subiecta propter reuerentiam eis qui illius legatus est, qui etiam uiri caput est. ¶ Non enim permittitur illis loqui, sed esse in silentio, sicut & lex dicit.) Quid dicit lex? Ad uirum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur. Lex hæc specialis est. Hinc Sara dominum uocabat Abraham uirum suum: Ac per hoc in silentio iubentur esse, ne supradictæ legis sententia infirmetur, cuius memor Sara uiro suo erat subiecta, sicut dictum est. Quamuis una caro sit, sed duabus ex causis iubetur esse subiecta, quia & ex uiro est, & per ipsam intrauit peccatum. ¶ Si quid autem discere uolunt, domi uiros suos interrogent: Turpe est enim mulieribus in ecclesia loqui.) Turpe est, quia contra disciplinam est, ut in domo dei qui eas subiectas uiris suis esse præcepit, de lege loqui præsumant, et sciant illic uiros haberere primatum, & sibi magis competere ut in domo dei precibus uacent, linguam retinentes, aures aperiant ut audiant quomodo misericordia dei mortem uicit per Christum, quæ per eas regnauit. Nam si audeant in ecclesia loqui dedecus est, quia idcirco uelantur ut humiliatæ appareant. Illæ autem se uerecundæ ostendunt, quod & uiris opprobrium est. In mulierum enim insolentia etiam mariti notantur,

CAPVT XV.

NOTVM



Orum autem uobis facio fratres, quia Euangelium quod prædicaui uobis quod & accepistis, in quo & statis, per quod & salus efficitur, quod sermone annunciaui uobis debetis tenere, nisi forte sine causa credidistis.) Ostendit illis quia si in hac causa quæ subiecta est, à traditione eius seducti sunt, perderent quod crediderunt. Omnis enim spes credentium in hoc sensu est, quia mortui resurgent. Quod autem dicit: In quo & statis, his dicit qui firmi erant in fide traditionis huius. Promiscuis enim loquitur, ut & hi qui in fide fixi sunt gaudeant, & qui nutant corripi se dolent & corrigantur. ¶ Tradidi enim uobis in primis, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas.) Scripturas testamenti ueteris memorat, quæ futuram passionem domini cecinerunt. Dicit enim Esaias propheta: Ut ovis ad immolandum ductus est. Et inter cætera, quoniam tolleretur à terra uirtus eius, ab iniquitatis populi mei ductus est ad mortem. Hæc in Christo reuera noscuntur. Sed quia præteriti temporis significatio uidetur, non est aduersum, quia apud deum qui omnium præsciens est, nihil futurum est, ideo sic dicit quod futurum est nobis, quasi factum sit. Nam in apocalypsi Ioannis apostoli dicitur: Agnus, inquit, qui occisus est à constitutione mundi, quia enim aliter non fiet quam scit deus, factum dicitur, nobis enim sit non deo, quia apud deum nihil est quod futurum dicatur. Et in psalmo ait: Dominus regnauit à ligno. Et Moses de cruce eius ita significauit dicens: Tunc uidebitis uitam uestram pendetam ante oculos uestros & non credetis. Idcirco ergo in eadem causa & futuri temporis aliquando significantiam ponit, ne à peruersis non de Christo dictum defenderetur, si totum quæ si præteritum significaret. ¶ Et quia sepultus est.) Nulli dubium est sepultum esse, sicut dicit Esaias propheta: Et dabo malos pro sepultura eius. ¶ Et quia resurrexit tertia die secundum scripturas.) Omnia in fide clausa sunt, ideo sub persona populi resurrectio domini tertia die

Esa. 53.



die futura descripta est. Dicit enim Osee propheta: Post biduum & in tertio die resurgemus & uiuemus in conspectu eius. In Christo enim omnes resurrexissent, sicut in Adam mortuos esse nemo fidelium denegat. Simili modo & in psalmo sub persona hominis etiam de Christo significat dicens: Omnia subiecisti sub pedibus eius, gloria & honore coronasti cum. ¶ Et quia uisus est Cepha. Id est Petro, Hoc etiam Cleophas cum socio suo testatur, ut in Euangelio cata Lucan, quod apparuit soli Petro. ¶ Postea illis undecim. Et hoc in euangelio cōtinetur. ¶ Deinde apparuit pius quam quingentis fratribus simul. ¶ Hoc sua fide dicit. ¶ Ex quibus plures manent usque adhuc, quidam autem dormierunt. De his quibus post resurrectionem apparuit dominus, tunc multos dicit fuisse in corpore. ¶ Deinde apparuit Iacobo. Singulariter Iacobo apparuit sicut & Petro. Quod ideo puto factum, ut multitaria apparentia, fide resurrectionis firmaret. ¶ Postea apostolis omnibus. Iterum omnibus apostolis uisus est in monte ubi constituerat illis Iesus, sicut refert Mattheus Euangelista. Ante in Hierusalem post dies octo resurrectionis sua. Id est, dominica die ianuam clausis intrauit ad discipulos, ut Thomæ animus firmaretur, sicut dicit Ioannes apostolus. In monte enim intelligitur mādara illis dedisse. ¶ Nouissime autem omnium quasi abortiuo uisus est & mihi. Apparuit illi primum in cælo, post oranti in templo. Abortiuum se dixit, quia extra tempus natus in Christo apostolatam accepit, iam Christo in cælos recepto cum carne. ¶ Ego enim sum minimus omnium apostolorum. Humiliat se & temporis causam sibi ascribit. Tempore enim minor est, non dignitate. Sed quia & persecutor fuit, inclinatur se dicens. ¶ Qui non sum dignus uocari apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei sum quod sum. Deo dat gloriam qui eum elegit, & dignitatem suam non sibi defendit, sed indignum se dicit. Vnde uere plus mereretur sciens dixisse dūm: Qui se exaltrat humiliabit, ¶ Et gratia eius pauper

Luc. 18

pauper in me non fuit. Hoc dicit, qui non propter quod persecutus est, minorem gratiam in apostolatu accepit. ¶ Sed plus illis omnibus laboraui. Addit ad causam, quia non solum minoratus non est, sed & amplius propter constantiam qua uigebat in Christo afflictus est, quod non ægreferens dignior factus est. ¶ Non ego autem, sed gratia dei mecum. Ne se extulisse iactanter putaretur, ita tim se humiliat, cum hoc ipsum non magis sibi, sed dei gratiam ascribit, ut semper omnem gloriam reportet ad deum, unde iure exaltandus est. ¶ Siue igitur ego siue illi sic prædicamus & ita credidistis. Hoc est quod supra significauit, quia non inferiorem gratiam in prædicatione accepit, quam ceteri apostoli, sed unam atque eandem. Vnde magis arguit perfidiam Corinthios, quia cum manifesta esset credulitas hæc apud omnes ecclesias, hi ab hac fide & spe desierant quam subiecit, dicens. ¶ Si autem Christus prædicatur quod ex mortuis resurrexit, quod dicit quodam inter uos, quoniam resurrectio mortuorum non est. Si ergo resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit inanis est prædicatio nostra, uacua est & fides uestra. Hæc à falsis apostolis erant tradita, qui Christum neque natum neque in carne passum, neque resurrexisse asseuerabant, quos & Ioannes apostolus uidebat quod Christum in carne uenisse negabant. Vnde dicit: Qui negat Christum in carne uenisse, hic est antichristus, & qui negat filium nec patrem habet. Isti ambulabant & quorundam fidem ne imprudentes à mundi sapientibus iudicarentur subuertebant, quia prudentes seculi stultum iudicant, cum audiunt resurrectionem mortuorum. Quod si inquit, uerū est, quia Christus non resurrexit, falsi sumus prædicatores, & fides uestra inanis erit. Hoc tamen crediderit apostolo prædicante, quia mortui resurgent, & hac spe attracti sunt ad fidem, quod utique ad detrimentum illorum proficere asserit si crederent quod futurum non est, & pudoris est ut alius profiteatur hoc se credidisse quod falsum est. Et uerecundiam ergo illis incurrit, & labores illorum dicit instructiuos si quod



si quod à falsis apostolis audierunt uerum est, quia mor-
tuis non resurgunt. Quod nemo utiq; de se paritur audire,
ut uidentes hoc cōtra se esse reuerterentur ad primā
fidem. ¶ Inuenimur autem & falsi testes dei, quia testi-
monium diximus aduersum deum, qd suscitauerit Chri-
stum, quem non suscitauit. ¶ Qui asserit quod Christum
deus à mortuis suscitauit falsus est testis si non est factus
uirtutem tamen dei prædicat, non utiq; ut inimicus qui-
tam admirabile factum uirtuti eius ascribit. Quod si ue-
rum est, quia excitauit Christum à mortuis, quid huic
dicendum est, qui & testis contra deum falsus est, & op-
eius stulticiam asserit? ¶ Si enim mortui non resurgunt,
neq; Christus resurrexit. Quod si Christus non resurre-
xit, adhuc estis in peccatis uestris, & qui dormierunt in
Christo perierunt. ¶ Terret illos, ut quia nemo sibi ma-
le uult, doleat illis hoc cōpisse credere quod cōtra ipsos
est. ¶ Quis enim peccata sibi remissa nolit audire? Et q; dor-
mierunt in Christo, perierunt. Addit ad terrorem, quia
carorum suorum excessum noluit asfirmare perditione.
Qui enim non timuerūt, sub hac spe de seculo exierūt, si
ue occidi non timuerunt, quia resurgere exemplo Chri-
sti crediderunt, & non est uerum, perierunt. Hoc illis di-
cit quod amore suorum defunctorum nolunt audire, ut
illis amputer quod prius per errorem uolebant audire.
¶ Si in hac uita tantum in Christo sperantes sumus mis-
rabiliores sumus omnibus hominibus. ¶ Manifestum est,
quia & in hac præsentī uita & in futura speramus in Chri-
sto: Nec enim hic deserit seruos suos, sed dat illis gratiā,
& in futuro erunt in gloria æterna. Si autem futuræ ui-
tæ spes non esset, omnibus hominibus quod dixit mis-
rabiliores essemus. Ut quid enim ieiunia, uigilie, exitus
munda uita, iusticia, misericordia, mors, si pro his nul-
la merces erit in futuro? Increduli autē uel hac uita fru-
untur, ¶ Si enim Christus resurrexit à mortuis initium
dormientium, quoniam quidem per hominem mors, &
per hominem resurrectio mortuorum. ¶ Hoc dicens tã-
git pseudopphetas qui Christum natū negabant, ac
per

per hoc non resurrexisset carnem, quia qui natus nō est
nec moritur. Sic autem probat Christum à mortuis re-
surrexisse quia homo fuit, ut dubium nō sit à deo à mor-
tuis excitatū, ut quia peccato hominis mors inuenta est,
Christi iusticia resurrectionem meruerit mortuorum.
¶ Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Chri-
sto omnes uiuificabunt. ¶ Hoc dicit, quia sicut Adam pec-
cans mortem inuenit & omnes ex eius origine tenuit ut
dissoluantur: ita & Christus non peccans & per hoc uin-
cens mortem, quia qui non peccat uincit mortem, quia
mors ex peccato, omnibus ergo qui sunt ex eius corpore
acquisiuit uitam, id est, resurrectionem. Quamuis ergo
generalem tribuit resurrectionem, ut sicut in Adam oēs
sue iusti siue iniusti moriuntur, ita & in Christo omnes
tam credentes q; diffidentes resurgant, licet ad pœnā, in-
creduli tamen uiuificari uidentur, quia corpora sua reci-
pient, iam nō morituri sed passuri pœnam in eis sine fi-
ne quod credere noluerunt. ¶ Vnusquisq; autem in suo
ordine. ¶ Nunc ordines resurrectionis uult exponere, ne
ideo putarent fabulosum esse, quia factum nō est adhuc
in cæteris, ordines illis exponit & tempora quando fa-
ctum sit, & quando futurum ut resurgant mortui. ¶ Ini-
tium Christus. ¶ Sicut in Actibus apostolorum testatur
scriptum esse in Mose, si passibilis Christus, si prior sur-
gens ex mortuis, &c. Prior ergo resurrexit ut forma fie-
ret credentibus sibi. ¶ Deinde hi qui sunt Christi in ad-
uentu eius. ¶ Hoc duplici modo intelligendum est, quia
& in aduentu eius secundo sancti resurgunt, iuxta fidem
apocalypsis Ioannis, sicut in primo aduentu cum resur-
rexit, multa corpora sanctorum resurrexerunt ad pro-
testationem euitæ mortis ac spoliatæ. Sub una ergo si-
gnificatione duplicem aduentum domini cōprehendit.
¶ Deinde finis cum tradiderit regnum deo & patri. ¶ Cū
destituerit omnem principatum & omnem potestatem
& omnem uirtutem, & omnem dominationem. Opor-
tet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub
pedibus eius. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. No-
uissimè



1 Matth. 17
Ioan. 17.

Luc 11.
Daniel. 2.

issime inimica destruetur mors. Hoc dicit, quia tradito regno, finis erit mundi, impleta resurrectione. Quod quidam terribi asperitate sermonis, dum quasi pie uolunt sentire, a proprietate sensus declinant. Horrent enim sonum uerbi, audientes, cum tradiderit regnum deo & patri, putantes traditionem hanc regni si iuxta sonum uerbi intelligatur uacua remanere, ut si tradit iam ipse non habeat, quasi pater tradens omnia filio euacuauerit se. Nam ipse dominus ait: Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et postea: Hæc est autem uita æterna, inquit, ut cognoscant te solã uerũ deum, & quem misisti Iesum Christum: Ecce regnante filio, regnat & pater. Quomodo autem tradens regnum filius euacuare se crederetur, cum dicat angelus ad Mariam: Et dabit illi, dominus deus sedẽ Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternũ & regni eius non erit finis? Et Daniel de eodem regno dicit inter cetera: deus cæli excitabit aliud regnũ quod nũq̃ corruptetur & hoc regnum æternum erit. Nemo ergo dubitet filiũ semp regnaturũ cũ patre. Traditio autem hæc est regni, ut cum omnia filio fuerint subiecta, & adorauerit illum ut deum destructa morte, tunc filius ostendit illis nõ se esse ex quo omnia sed per quem sunt omnia, & hoc erit tradere regnum deo & patri, ostendere ipsum esse ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, & tunc erit finis. Destructio tamen mortis est resurrectio mortuorum. ¶ Cum autem dicat omnia subiecta sunt ei, præter eum qui subiecit ei omnia. Cũ autem subiecta illi fuerint omnia tunc & ipse subiectus erit ei, qui illi subiecit omnia. ¶ Ut filius dominus omnia in omnibus. Idem sensus est, quẽ nunc aperit ut manifestet quod sit tradere regnũ filiũ deo & patri, hoc tamen addit ad sensum, quia tradens pater filio regnũ non se subiecit ei, sicut filius patri se subiecit. Incongruum est enim, ut pater subiciat filio. Omnia ergo subiecit pater filio, ut similiter honorificetur filius sicut & honorificatur pater. ¶ Cum ergo omnia confessa fuerint Christum deum substrata pedibus eius, tunc & ipse Christus dñs subiecitur deo

deo patri, ut sit deus omnia in omnibus. Hoc dicit, quia cum omnium principum & potestatum & dominationum fuerit pressa superbia, & adorauerint Christum quasi deũ, tunc Christus propter unicam autoritatem patris, deum quidem se ostendet, sed de deo, ut unius principii sublimitas & ineffabilis autoritas maneat, hoc est, subicere se filiũ patri, hoc est, deum esse omnia in omnibus: quia cum dicitur omnis creatura caput suum esse Christũ, Christi autem caput deum patrem, omnia in omnibus est deus pater: hoc est, ut omnis creatura unum sentiat, una uoce omnis lingua cælestium & terrestrium & infernorum confiteatur unum esse deum ex quo sunt omnia. Si autem dixisset, ut sit deus in omnibus, intelligeretur in omnibus quidem esse, sed per affectum aut communem sensum, nõ tamen ea ipsa ex ipso esse. Sed cum dixit, omnia in omnibus, hoc significauit, quia ex ipso sunt, & in ipso est. Ex ipso, quia ab ipso creata sunt. In ipsis autem quia in omnium confessione unus erit deus. Non tamen sic subiecitur filius patri, sicut filio creatura. ¶ Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non resurgent, quid & baptizantur pro illis? In tantum ratã & stabilem uult ostendere resurrectionẽ mortuorum, ut exemplum de eorum qui tam securi erant de futura resurrectione, ut etiam pro mortuis baptizarentur, si quem forte mors præuenisset, timentes ne aut male aut non resurgeret, aut qui baptizatus non fuerat uiuus nomine mortui tingebatur. Vnde subiecit: Quid & baptizantur pro illis? Exemplo hoc nõ factum illorum probat, sed fixam fidem in resurrectione ostendit. ¶ Quid & nos periclitamur omni hora, quotidie mori pro gloria uestra quam habeo in domino. Dicendo, quid & nos periclitamur, discreuit personas, ostendens non catholicos esse, qui pro mortuis baptizabantur. Denique supra dixit, Quid & baptizantur pro illis: nunquid & baptizantur pro illis? Nã Lepre quamuis in re quæ accipere pro fieri non possit, fidelis inuentus est, offerens filiam suam secundũ uotũ suũ quod stulte uouerat. Nõ ergo factũ

Iudith 12.



Esa. 58.

Actu. 21.

probatur, sed perseverantia fidei in exemplum profert. Prædicantiū pericula & labores memorat dicens: Quid & nos periclitamur, & subaudiē, nisi quia speramus futuram resurrectionem, sicut supra memorat. Securi enim, quia post istam mortem, uera uita sequetur, pericula non timēt illata ab infidelibus propter zelum illorum, quos quia crediderunt perdidisse se dolent. Solitudinem ergo suam ostendit quam habebat erga salutem illorū propter gloriam promissam a domino, sicut & in lege dictum est: Exalta sicut tuba uocem tuam, si te audierint lucraberis animas illorum. Ad hoc festinabat Apostolus semper sollicitus ut gloria illi cresceret apud deum acquisitæ salutis multorum. ¶ Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgent? Hoc est, si secundum humanum sensum qui uidens hoc in rerum naturam non cadere, ut carō iam soluta reformetur ad uitam, minime credit futurā resurrectionem mortuorum, bestiis offerri, mori non timui, nihil profeci. Sed non hoc est, quia certus de promissa uita, non solum non timuit, sed & libenter bestiis offerri se passus est, sicut inter cætera ait in actibus apostolorum: Ego enim non solum ligari sed & mori paratus sum in Hierosolyma pro nomine dñi Iesu Christi. ¶ Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Hoc ab Esaia propheta dictum est: Propter hos qui quasi nihil futurū esset post mortem, uentri tantum studebant quō pecora, sicut & hi qui Corinthios deprauabant. ¶ Nolite se duci: Corruptumores bonos, colloquia mala. Significat confabulatione malorum hominū eueri posse bonum propositum. Assiduitas enim prauī colloquii uertat mentem, ac per hoc ab his cauendum. Quicumque enim acceptam fidem custodire uult, maxime inter ipse initia perstreptentes debet uitare, ut impleat quod utile iudicauit. ¶ Vigilate, iusti estote, & nolite peccare. Vigilandum monet, ne circunventione prauī sensus capti & a fide abducti deprauarentur, mortuorum resurrectio nem non credendo. Iustos esse præcepit, ut non solum terrenam

terrenam iusticiam excolant, sed & cælestem, quia terra iusticia meritum non facit, sicut & non facit reum. Quid enim magnum est aliena non tollere, quippe cum hoc timoris sit. Magnum est autem de proprio non habenti largiri, hæc est uera iusticia, & ut non peccent subiecit. Unde intelligi uoluit, non se iusticiam temporalem seruandam mandasse, sed diuinam, quia qui cælestem iusticiam seruat, sine dubio in hac præsentī perfectus est. ¶ Ignorantiam enim dei quidam habent, Ad reuerentiam uobis loquor. Propositum dei ignorantes hi qui inter eos cōuertebantur, mortuos resurrecturos stultum esse dicebant credere. Ideo pudorē illis iniecit quasi imprudentibus: credebant enim eis qui ignorantiam dei habentes, contra dei statuta docebant. ¶ Sed dicit aliquis, quē admodum resurgent mortui, quo autē corpore ueniēt? Hos dixit ignorantiam dei habere, quorum deprauate sententiæ uerba protulit dicens: Quemadmodū resurgēt mortui, quo autem corpore ueniēt. Cui congrue respondit dicens: ¶ Stulte tu quod seminas, non uiuificat nisi moriatur. Cum animali homine non utiq; legis autoritate agit, ut exemplis suadeat, quæ si reciperet non erraret, sed physica ratione de qua sibi blanditur, ut non credat resurgere resoluta & emortua corpora. Ostendit enim mortua rursus reparari ad uitam & multiplicata, ut confundatur error humanus. ¶ Et quod seminas non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autē illi dat corpus prout uoluit, & unicuique seminum proprium corpus. Si ergo nudum granum seminās, ut deī nutu quodammodo elementorum ministerio uestitum resurgat, multa secum habens incrementa utilitatis humane: cur non credibile sit dei uirtute mortuorum posse resurgere, meliorata tantum substantia non numero multiplicatum. Quid ergo requiritur ab infideli quo corpore resurgāt mortui, cū exempla prædicant ad fidem hæc melioratæ resurrectionis non amissæ substantiæ, quia, propriū corpus recipiet in quo creatus est Adam, iuxta exempla



COMMENT. D. AMBRO.

empla supradicta. ¶ Non omnis caro eadem caro.
Alia quidem hominis, alia autem pecoris, alia caro uo-
larilium, alia caro piscium.) Cum ex eadem massa omnis
caro sit, unde & quomodo in his tanta diuersitas est, ut
una impensa faceret genera diuersa. Dicant nunc sophis-
ta mundi & scrutatores syderum, si ualeant comprehendere
quæ extra se sunt, cum quid intra se sit nesciunt. Denique
omnes mundani philosophi quia mentem suam legi dei
humiliare, ut fidem eius suscipere noluerunt, diuersa
semper & contraria asserentes, inanissimis disputationibus
inuicem se confuderunt quia in nullo horum testifica-
ta ueritatis signum agniti sunt, quod antepositum uer-
bis commendaret doctrinam, sicut & deus discreuit disci-
pline uestræ que non uerbis probatur sed uirtute, cui non
possunt uerba resistere. Quemadmodum ergo ex una impen-
sa diuersa animantium caro est, ita & unius carnis homi-
nes, diuersi erunt dignitate in resurrectione, ut talis unus
quisque appareat qualis fuerit meriti, quippe cum etiam hic
diuersitatem corporum uideamus. ¶ Et corpora cæle-
stia & terrestria, sed alia quidem cælestium gloria, alia
autem terrestrium.) Cælestia corpora sunt resurgenti-
um terrestria autem antequam moriantur aut surgant, ut
quia Christus cælestis est, ex eo corpora cælestia dican-
tur, ex Adam uero quia terrestris est terrestria corpora.
¶ Alia claritas solis, alia claritas lune & alia claritas stel-
larum. Stella enim ab stella differt in claritate.) Vnius
naturæ comparatione utitur ad indiscretæ substantiæ
reddendam rationem, quia sicut sol & luna & stelle cum
sint unius quidem nature diuersæ tamen claritatis sunt
ata & homines cum sint unius quidem generis, merito ta-
men dissimiles erunt in gloria: ut claritati solis illorum
dignitas exæquetur, qui centesimum numerum habent,
qui ut perfecti essent primi gradus æmuli fuerunt, de
quibus dictum est: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in re-
gno patris sui. Lunari autem claritati hi comparandi
sunt, qui sexagesimum numerum bonis operibus meri-
tati sunt, ut secundi gradus meritum haberent. *Stellæ
autem*

Matth. 1.

IN EPIST. AD CORIN.

279

autem clarioribus eorum merita comparanda sunt, qui
tricesimum numerum tertii gradus dignitatem iustis la-
boribus quaesierunt. Sequentibus uero stellis quæ in-
ter claras & obscuriores mediæ sunt, peccatores homi-
nes coaptandi sunt, qui de tribus nullius gradus adipi-
sci honorem uoluerunt. Tetricis autem stellis & omni-
um nouissimis, perfidorum resurrectio similis est, quia
errorem secuti stellis in errorem ducentibus comparan-
di sunt, sicut dicit in epistola sua Iudas Apostolus. Infi-
delitas enim non potest claram resurrectionem habere,
quia sicut carbo cinere suo cooperitus obæcatur, ita &
hi perfidia sua erroris tenebris circumdati luce carebunt.
¶ Ita erit & resurrectio mortuorum.) Exempla dat,
ut non sit dubium resurrectionem mortuorum futuram,
ut accepta ratione nemo ambigat. ¶ Seminatur in cor-
ruptela, surget in incorruptela.) Seminare est sepelire
ut corrumpatur: resurgere autem in incorruptela iam ex-
uscitatum non posse corrumpi, sed habere claritatem
immortalitatis. ¶ Seminatur in ignominia resurget in
gloriam.) In ignominia seminatur, dum in tetrico po-
nitur fit foetidum & scetet uermibus: surgere est autem
in gloriam, quia exuscitatum & lumen erit & nullam
squaloris iniuriam patietur. ¶ Seminatur in infirmitate,
surgit in uirtute.) In infirmitate, seminatur, quia im-
mobile est & irregibile, surgit autem in uirtute, quia iam totum
uiuum erit ac uegetum. ¶ Seminatur corpus anima-
le, surgit corpus spiritale.) Animale corpus est cum ci-
bis sustentatur ut uiuat, spiritale autem dum horum ni-
hil indigebit conuersum in uitam. Omnia supradicta
hoc sensu clauduntur. Non enim corpus animale semp-
hic habere potest spiritum sanctum. Tunc uero, id est, in re-
surrectione, semp manebit in sanctis. Surgit corpus spiri-
tale quod posset ire obuiam Christo. ¶ Sicut scriptum est:
Factus est primus homo Adā in animā uiuentē, nouissimus
Adam in spiritū uiuificantē.) Norandum est quod duos Adā
eiusdem nature utrosque demonstrat, quod contra Ma-
nichæos & Apollinariistas facit, qui negant dei uerbo,
S 4 pfectum



perfectum hominem esse susceptum. ¶ Sed non prius q̄d spiritale est sed quod animale, deinde quod spiritale. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo caelestis. Qualis terrenus, tales & terreni. Caelestis dicitur, quia non humanae fragilitatis ritu, sed diuinae maiestatis nutu & conceptus est & enixus, Nam usq; adeo naturam nostram habuit, ut secundus Adam dicatur & homo. ¶ Et qualis caelestis tales & caelestes. Si ideo ut haeretici uolunt nostri generis assumptus homo non fuit qui caelestis dicitur, ergo nec isti naturae nostrae sunt qui caelestes appellantur. Si uero de his nemo dubitat, nec de illo est ambigendum. ¶ Igitur sicut portauimus imaginem illius terreni, portemus & imaginem huius caelestis. Peccator imaginem Adae portat, iustus uero imaginem Christi. Ergo sicut portauimus ueterem hominem ante baptismum, ita & post baptismum portemus nouum. ¶ Hoc autem dico fratres, quonia caro & sanguis regnum dei non possidebunt, neq; corruptio incorruptelam possidebit. ¶ Frequenter scriptura carnem pro operibus nominat carnis, ut ibi: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Aliter caro sicut est, regnum dei non possidebit nisi immortalitate uesita. ¶ Ecce mysterium dico. Obscuritatem significat nominando mysterium. ¶ Omnes quidem resurgemus, non omnes immutabimur. Omnes enim homines resurgent, sed soli qui regnaturi sunt in gloriam mutabunt. Siue ita: Omnes resurgemus, qui in aduentu Christi mortui inueniemur, non omnes immutabuntur qui in corpore sint reperti, quia sancti soli beatitudinis gloriam consequentur. ¶ In momento, & ictu oculi. Per ictum oculi, nimiam breuitatem uult significare momenti, ut quanta sit dei potentia ex resurrectionis celeritate cognoscas. ¶ In nouissima tuba & mortui resurgent incorrupti & nos immutabimur. ¶ Nouissimus aduentus intelligitur Christi. Mortui autem uel peccatores intelligendi sunt, qui etiam uiuentes mortui esse dicunt, ut ad penam, aut immortales ut absq; aliqui membrorum diminutione resurgant. Vel certe simpliciter omnes mortuos

tuos resurgere dicit, & solos sanctos cum his qui uiui iusti inuenti fuerint in gloria immutari. ¶ Oportet enim incorruptibile hoc. Necessesse est fieri quod promissum est. ¶ Induere in corruptelam, & mortale hoc, induere immortalitatem. Et quod induit &, est similiter indumentum. ¶ Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: absorpta est mors in uictoria. ¶ Ut euacuetis causas mortis per diuinam uictoriam ac si absorpta non pereat. ¶ Vbi est mors stimulus tuus? Vbi est mors uictoria tua? ¶ Propheta ex persona iustorum loquitur insultando morti. ¶ Stimulus autem mortis est peccatum. Sagitta mortis peccatum per quod animae iugulantur. ¶ Virtus uero peccati lex. ¶ dum fortius & maius sit per scientiam peccatum. ¶ Deo autem gratias qui dedit nobis uictoriam per dominum Iesum Christum. ¶ Uictoriam illius peccati in quo lex per carnalem nostram uoluntatem fuerat infirmata, quam Christus crucis exemplo destruxit. ¶ Itaq; fratres mei. ¶ Reddita resurrectionis ratione de qua haesitabant, horretur eos in dei opere permanere iam incertos de retributione futura. ¶ Stabiles estote & immobiles, abundantes in opere domini semper, scientes quod labor uester non est inanis in domino. ¶ Nemo uos de gradu spei futurae ultra permoueat.

Osec. 134

CAPVT XVI.



AM de collectis quae sunt in sanctos sicut ordinauit Ecclesiae Galatiae, ita & uos facite. De sumptibus dicit qui per singulas ecclesias collecti Hierosolymam sanctis pauperibus mittebantur. ¶ Per unam sabbatum. ¶ Vna sabbati dominica dies est, sicut in Evangelio dicit, dominum una sabbati surrexisse. ¶ Vnusquisq; uestrum apud se recordens quod ei bene placuerit, ut non cum uenero tunc collectae fiant. ¶ Ut paulatim reseruantes, non una hora grauari se putent, ut hilares da

S q torca



cores diligantur à deo. ¶ Cum autem fuero præfens, quicumque præbaueris per epistolam hos mutam pferre gratiam uestram in Hierusalem. Quod si dignum fuerit ut ego eam, mecum ibunt.) Per se clarum est, quia utrumque in eorum arbitrio derelinquit, ut & quod dederint portetur, & per quos direxerint ipsi eam. ¶ Veniam autem ad uos cum Macedonia pertransiero. Nam Macedoniam pertransibo nisi uos me deduxeritis quocumque iero. Nolo enim uos nunc in transitu uidere. Spero enim me aliquantum temporis mansurum apud uos si dominus permiserit.) Quia ira se agunt Macedones ut non sit necesse mihi apud eos diutius remanere. Apud uos necesse est ut maneam uel hyme. Multa enim sunt quæ corrigantur à uobis: sicut medicus ibi moram habet ubi plures ægrotant. ¶ Manebo autem Ephesi usque Pentecosten. Offitium autem mihi apertum est magnum & euident, sed aduersarij multi.) Ideo ibi permanebo, quia cum mihi euidentis datus sit aditus prædicandi, sunt plurimi qui resistent. ¶ Si autem uenerit Timotheus, uidete ut sine timore sit inter uos, quia opus domini operatur sicut & ego, ne quis illum spernat.) Sine tribulationis formidine, uel etiam uestri contemptus. ¶ Deducite autem illum in pace, ut ueniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus.) Nichil admittentes quod ad animi eius proficiat læsionem.

DE Apollo autem fratre notum uobis facio, quia multum illum rogavi uenire ad uos cum fratribus, & utique non fuit uoluntas ut nunc ueniret ueniet autem cum opportunum fuerit. Vigilate state in fide, uiriliter agite & confortamini, omnia uestra cum charitate fiant.) Vigilate, mentis oculis ad diaboli astutias præcauendas. State, quia frantibus difficile somnus obrepit. Viriliter agite. Mulieris enim omnis inconstantia & uarietas indatur. Confortamini, ut sit in uestra uirtute perfectus. Omnia non inanis gloriæ causa, sed charitatis gratia facere festinate. ¶ Obsecro autem uos fratres, notis donum Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam

supra

sunt primitiæ Achaicæ, & in ministerium sanctorum se ordinauerunt, ut & uos subiecti sitis talibus & omni cooperanti & laboranti in uobis. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaicæ, quoniam id quod uobis deerat ipsi adimpleuerunt.) Quia præfentes sunt apud uos, & in illis magnum potestis habere profectum siue quia mihi uenerunt, pro uobis ministrare officium charitatis. ¶ Refecerunt autem & meum spiritum & uestrum spiritum charitate.) Pro uobis uestrum, pro mea læticia me refecerunt. ¶ Cognoscite ergo huiusmodi.) Vnde alibi ait: Cognoscite eos qui ita ambulant ut habeatis formam nostram. Hic cognoscite, honorate, cognoscetes eorum studium uel laborem. ¶ Salutant uos ecclesie Asiæ, Salutant uos in domino Aquila multum & Priscilla cum ea quæ in domicilio eorum est ecclesia apud quos etiam hospitor.) Domestica congregationem fraternitatis ecclesiam nominauit. ¶ Salutant uos fratres omnes. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dominum Iesum Christum, sit anathema.) Sicut illis qui eum amant redemptio uenturus est Christus, ita qui eum non amant anathema sit, id est, ut illos abominetur & perdat. ¶ Maranatha.) Magis Syrum est quam Hebræum, tamen ex sermone utrarumque linguarum aliquid Hebræum sonat, & interpretatur dominus noster uenit. ¶ Gratia domini nostri uobiscum.) Propria manus composita subscriptio. ¶ Charitas mea cum omnibus uobis.) Ut quomodo uos ego diligo, ita & in Christo inuicem diligatis. ¶ In Christo Iesu.) Non secundum seculi charitatem. ¶ Amen.) Confirmatio est benedictionis hic sermo, sicut superius ipse demonstrat, quomodo inquit dicit amen super tuam benedictionem?



DIVINAM

BROSII MEDIOLANENSIS EPISCO-
PI COMMENTARIJ IN EPISTOLAM BEATI PAULI AD CO-
RINTHIOS SECUNDAM.

PRAEFATIO.

SECUNDAM epistolam Apostolus scribit Corinthiis, cuius hæc principalis est causa, quoniam in prima pro grandam peccatis doctores eorū precipue corripuerat, & multum fuerant contristati. Nunc eos consolatur, suum eis proponens exemplum, & docens non debere ægre ferre quod pro aliorum sunt salute correpti, cum ipse pro aliena salute periculis hūidie & morti subiacet.

CAPVT I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi.) Queritur cur in omnibus epistolis contra usum epistolarum primo suum nomen ponat, & eorum ad quos literę destinantur. Sed hoc autoritas apostolici ordinis, quia minoribus scribit, sicut etiam & iudices seculi solent ad eos quos regunt scripta dirigere. ¶ Per uoluntatem dei.) Dei non hominum uoluntate, simul ut ostendat non sine patris uoluntate se missum à Christo. ¶ Et Timotheus frater ecclesie dei quæ est Corinthi.) Non dixit Paulus & Timotheus, qui nō ambo apostoli. Ad Philippenses uero ubi non erat tanta autoritas, serui ambo ponuntur. ¶ Cum sanctis omnibus.) Hic sancti possunt accipi sacerdotes, qui in prima ponuntur, dominum inuocantes, & ad Philippenses, cum episcopis & diaconis. Ideo autem post ea nominantur, ne parum intelligētes eos præmissos esse putarēt, cum iam sint in ecclesia comprehensi. ¶ Qui sunt in uniuersa Achaia.) Cuius est Metropolis

COMMENT. D. AMBRO.

ropolis Corinthus. ¶ Gratia uobis & pax à deo. Bñdīctus deus & pater.) Pater misericordiarum, quia ex ipso est omnis misericordia. ¶ Et deus totius cōsolationis.) Id est perfectæ cōsolationis quia non est minus tribulatione solatium. ¶ Qui consolatur nos in pressura nostra.) Non in aliquibus, sed in omnibus. ¶ Ut possimus & ipsi consolari eos qui sunt in omni angustia p exhortationem qua exhortamur & ipsi à deo.) Propterea liberamur ut & nos & alios consolari & de tristitia liberare possimus. Aut ita formam nobis dat alios cōsolandi, ut per exhortationem qua ipsi à deo consolamur, agnoscamus quod deus timentium se neminem derelinquat, & multo magis in futuro remuneret quos etiam in presenti non deserit. ¶ Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis.) Id est, pro nomine Christi. ¶ Ita & per Christum abundat etiam cōsolatio nostra.) Ut & Petrus est de carcere liberatus, & ipse Paulus uisione domini & uoce confirmatus in templo. ¶ Siue autem angustiam patimur p uestra exhortatione & salute.) Quia uos ad salutem exhortamur, siue ut uobis exemplum tolerantiæ præbeamus. Nam manifestum est, quia pro quo patimur, ipse nobis adest consolans nos per liberationē, eripiens nos de pressura interuentu maiestatis suæ. ¶ Siue autem pressuram patimur p uestra exhortatione & salute, siue exhortationem consequimur p uestra exhortatione, quæ operat per patientiam eandem passionū quas & nos ipsi patimur. Et spes nostra certa est pro uobis, quia scimus quod si loci estis passionum: sic & cōsolationis eritis.) Generaliter loquitur, ut quia causa credentium persecutiones patiebantur, à pñdis subiecti iniurijs & cadibus, sic iterum auxilio dei liberabantur ad cōsolationē credentium, ne scandalum passi à fide exciderent, quia iniuriæ apostolorum tentationes erant credentium, sicut scriptum est in ppheta zacharia: Percutiat pastorē & dispergētur omnes oues gregis. Quamuis futura credant fideles, tamen inter ipsa primordia pressuræ nouellis taciunt scandalum. Putāt enim inanem esse pmissionem,



promissionem, si ui oppressum uiderint prædicantem. Sed si iam firmus est credens, compatitur cum fu o magistro fidens de spe futura, ut simul consoletur cum quo & compatitur.

NON enim uolumus uos ignorare fratres de pressura nostra, quæ facta est in Asia, quia supra modum grauat i sumus supra uires, ita ut desperare mus nos etiam uiuere.) Ideo passiones pressuræ indicat propè usq; ad mortem illatas, ut ostendet quæ mala salutis illorum causa patiebantur, ut non grauius ferrèt si corripentur, errores illoꝝ ab his qui hæc tam aspera tolerabant, p illis. Quis enim medicorum nõ arguat susceptum sum negligentius se tractantem, ne cura medicinæ eius sine effectu remaneat? ¶ Sed ipsi in nobis responsum mortis habuimus ut non simus fidentes in nobis sed in deo qui suscitatur mortuos.) Tantam insolentiam iniquitatis significat insurrexisse contra fidei prædicatores ut mortem ante oculos haberent. Deniq; erepti de ipsa pressura, resuscitados se dicunt. Sic enim afflicti fuerant ut desperarent de præsentis uita. Sed quia deus præsidia sua non negat in necessitate positis, maxie suis, eripuit illos desperantes de semetipsis, fidentes autem de deo. Nimia enim pressura deficere se profitebantur, nisi adesset deus. ¶ Qui de tantis mortibus liberauit nos, in quo speramus, quia & liberauit accedente, p nobis etiam uestra oratione, ut in multorum facie donum qd in nos collatum est p multos i gratiarum actione celebretur p nobis.) Hoc dicit, quia gratia dei multoꝝ causa cõsolata est Apostolus, id est, omnium credentium quoꝝ causa & pressuræ eis ingerebantur, ac per hoc quia omnium causa est, cuncti deo gratias referat cum cessat tentatio, aut cum oritur simul obsecrent. ¶ Gloria enim nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ.) Hoc dicit, quia de conscientia sua præsumebant, quia pura erat ab omni simulatione, quam ob rem de dei auxilijs nõ diffidebant. ¶ Quia in simplicitate & sinceritate, non in sapientia carnali

carnali, sed in gratia dei cõuersati sumus in hoc mundo, abundantius autem apud uos.) Hæc est gloria conscientie quam dixit, simplicitas & sinceritas. Et quia hæc de dei doctrina sunt, adiecit, nõ in sapientia carnali sed in gratia dei, ut ostenderet non humanæ sapientie sed Euangelicæ prædicationi, liberam se conscientia exhibuisse præterita refricat. Hoc enim significat quod in prima Epistola arguit fucaram prædicationem iuxta humanum sensum aptatam. Cuius prædicatores duplici genere in sapientia carnali accusat, & quia iuxta mundi sensum prædicabant ne facile offenderent homines, & quæstus causa hoc agebant, proprijs lucris carnalibus studentes. Vnde APOSTOLVS nuquam a Corinthijs sumptus uoluit accipere, ne his occasione daret, eo quod similis esset in hac re. Hinc est quod dicit, abundantius apud uos simpliciter conuersati, quia cum ab alijs accepit ab his noluit, ne arguendi eos autoritatem amitteret.

NON enim alia scripsimus uobis quam quæ legistis uel cognoscistis.) Ea se dicit scribere que nõ solum literis cernerent sed & operibus eius manifesta haberent, ut probaret ea quæ loquitur gestis se implere, quibus uniuscuiusq; mens & propositum discitur. ¶ Spero autem autem quod usq; ad finem cognoscetis sciet & cognouistis nos ex parte, quia gloria uestra sumus, sicut & uos nostra in die domini Iesu Christi.) Proficere illos sperat, ex eo quod iam ceperat meliores effici, cognito affectu circa se Apostoli, & gloriabantur in eo uelut filij in patre charissimo. Vnde & Apostolus gloriam suam uideri testatur in filios obaudientes, & tunc debere uideri quado prodest, id est, in die iudicij dei. Hoc dicens perseverandam monet. ¶ Et hæc fiducia uoluerat prius uenire ad uos, ut secundam gratiam haberetis & per uos transirem in Macedoniam & iterum a Macedonia uenire ad uos, & a uobis deduci in Iudeam.) Hæc fiducia emendata uita illorum. Iam em & desiderare illos se significat



significat, quos ante indignum erat uidere. Plenam ergo gratiam habuissent de aduentu eis quia imago est epistolae, praesentia autem ueritas. Non est itaque oculosum, quia uoluerat ire, & non ire. Intelligi enim uult esse aliquos inter eos quorum causa uoluntatem suam non impleuit, ut adhibita opera purificarent. ¶ Hoc ergo cogitans nunquid leuitate usus sum, aut quae cogito secundum carnem cogito, ut sit apud me est est, non non. Quonia dixit. uolueram uenire ad uos & non ire, idcirco nunquid leuitate usus sum, inquit, quia uidetur qui dicit aliquid & non facit, leuitate uti. Ideo ne forte istud de Apostolo arbitraretur, hoc purgat, quia non istud leuiter sed cum consilio fecit, ut non impleret quod disposuerat. Aut nunquid quae cogito, inquit, secundum carnem cogito? Qui enim secundum carnem cogitat, tunc non implet quae disponit, quando aut personis amplioribus defert, aut certe lucris aut apparatus uincit, quod Apostolus semper spreuit. Spiritus autem tunc dispositum non implet, quoniam, uideat aliquid quod pro salute anime meditat. Sicut & Apostolus ideo non impleuit quod uoluerat, hoc ipsum meliores efficere scietes ideo distulisse eum, quia quidam adhuc inter eos non se purificauerant a peccatis. Ut sit, inquit, apud me est est, non non. Hoc significat, quia non aliud egit quam se agendum, quia utilitas anteponenda est uoluntati. Hic sensus spiritualis est: Carnalis autem sensus sic mutatur, ut anteponat uoluntatem utilitati. ¶ Fidelis autem deus, quia sermo noster non est, est & non. Hoc est, quod dicitur ad Galatas: Si quae destruxi haec eadem aedifico, praedicatorum me constituo. Ideo ergo fidelem in se dicit dei praedicationem. Nam hoc faciunt adulatorum: Frequenter enim ne homines offendant, quae uera sunt praetermittunt. ¶ Dei enim filius Iesus Christus qui in uobis est, qui per nos praedicatus est, per me & Syluanum & Timotheum, non fuit est & non, sed est in illo fuit. Quantum ad idoneos praedicatores pertinet hoc debet esse ut sit apud illos est est, non non, ut non aliud faciant quam scire utile. Quia enim frequenter aliud uolumus quam est utile, ne uoluntas

Gal. 2.

uoluntas uincat utilitatem. Ideo Apostolus uoluntati suae utilitatem praeposuit ne iret ad illos. In Christo enim Iesu non fuit est & non, sed est in illo fuit, quia nunquam aliud uoluit quam est utile. Semp enim uoluntas eius cum utilitate est, nec immutatus est ut faceret inuit, sicut homo quod est utile, aut ut ambigeret de aliquibus & mutaret uoluntatem. ¶ Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo est, & in illo amen deo ad gloriam per nos. Manifestum est quia semp in deo ueritas est, hoc est, amen, manifestata per Christum, post per apostolos praedicata ad gloriam dei, signorum uirtutibus testimonium perhibentibus uera esse quae promisit deus per Christum dominum nostrum. Gloria enim dei est cum ab illo omnia, & per illum & in illo esse discuntur. ¶ Qui autem confirmat nos uobiscum, Christus dominus, & qui unxit nos deus, qui & signauit nos, & dedit pignus spiritum in cordibus nostris. Christus dicit confirmare gentes in fide promissa Iudaeis, quia ipse est qui fecit utraque unum, id est, circumcisionem & praeputium in uno nouo homine faciens pacem. Dominus ergo confirmat, & deus qui unxit nos, id est, qui dedit regiam honorificetiam, sicut dicit Petrus Apostolus: Quia sumus, inquit, genus regale per unionem spiritalem, cuius typus fuit in regibus Iudaeorum. Qui & signauit nos dando spiritum suum nobis pignus, ut non ambigamus de promissis eius. Si enim adhuc mortalibus spiritum suum credidit, dubium non est, quia iam immortalibus addat gloriam: Vnum tamen opus dicit patris & filii, quia & Christum dicit confirmare & deum. Quem enim confirmat filius, confirmat & pater, & cum dat spiritum pater, dat & filius, quia utriusque est spiritus sanctus, sicut dicit ad Romanos: Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quoniam ergo de perfectione hominis locutus est, trinitatis hoc loco fecit mentionem: omnis enim summa perfectionis, in trinitate consistit.

Ergo uero teste deum inuoco super animam meam, quod parcens uobis non ueni Corinthum. Nunc
T manifestas

1. Petri. 2.

Rom. 8.



COMMENT. D. AMBRO.

manifestat qua causa cū uolisset ire ad illos distulit, ut tunc iret quando iā prope emendatos inueniret. His enim nunc loquitur qui uidebantur se uelle corrigere, sed operam non dabant ut hoc implerent. Quia ergo corrumpere illos necesse erat, iter suum ad illos conuertit, ne contristaret multos, & hoc fuit illis parcere. Quod ut mentibus eorum commēdet, deum testem dat, ne putarent se indignos esse & contemni ab illo, quo cōperito, ut præsentiā eius mererentur emendare se. ¶ Non quod dominemur fidei uestræ, sed adiutores simus gaudij uestri, Fide enim statis.) Quoniam fides non necessitatis, sed uoluntatis res est, ideo dicit, nō quod dominemur fidei uestræ. Dominatus enim necessitatis causa est. Sed adiutores sumus, inquit, gaudij uestri, hoc est, quia sicut in malo opere tristitia est, ita & in emendatione gaudiū. Huius gaudij adiutores sumus, inquit, quia uolentibus eis emendare, se offerunt commonitiones, ut quod uelle cōperat possent implere.

CAPVT II.

DEcreui autem hoc apud me, ne iterū in tristitia uenirem ad uos.) Apertum est, quia ideo noluit ire, ne forte corripiēs paucos, multos contristaret, ipse etiam contristatus. Comparantur enim omnia membra unius mœrore. ¶ Si enim ego contristo uos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Hoc dicit, quia non uult eos cōtristare, sed quia peccatis studuerant, necesse erat illos contristari in uito. Apostolo: ita tamen ut de cetero obaudientes facti lætificarēt eos, qui contristabantur cū eis, ut qui corripiendo contristauerat eos, lætaretur ex his dum corriguntur. ¶ Ideo & scripsi hoc ipsam, ne cum uenisset tristitiā haberem à quibus oportuerat me gaudere, certum habēs, quia meum gaudium omnium uestrum est.) Idcirco dicit hæc se scripsisse ut postea ueniens non esset unde contristaret

IN EPIST. AD CORIN. 294

tristaretur sublatis uitijs, sed gauderet cū eis quasi cum charissimis filijs, ut quia ab infidelibus tribulationibus afficiebatur, ab his utique gauderet qui crederant. Gaudium enim Apostoli, purificatio est populij. Ideo enim gaudet quia uituperatio non est in eis, quos simul oportet gaudere. ¶ Nam ex multa pressura & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas, non ut contristemini, sed ut cognoscatis charitatem quam habeo abundantius in uobis.) Manifestum est, quia quando hoc affectu quis aliquē corripit, ut plus illo doleat peccatis eius, non utique ut illum contristet corripit, sed ut ostendat illi quo amore diligit eum. Qui enim non hoc affectu corripit, fratrem contristat. Insultat enim qui non condolet fratri. ¶ Si quis autem contristauit, non me contristauit, sed ex parte, ut non oneret uos omnes.) Omnes hos quos dicit sancti sunt. Duæ enim ptes in populo sunt, sicut in prima epistola memorauimus. Hi ergo ex parte sanctorum sunt quos contristatos in errore fratris significat, sicut & semetipsum. Hoc dicens, onerata peccantem, uel eum qui peccauerat. Plus enim sit reus, in cuius delicto multi tribulatur: ac per hoc, ¶ Sufficit ei qui talis est, inquit, hæc quæ fit à pluribus obiurgatio.) Magnum dolorem utique patitur, qui delictum suum uidet pluribus horrere. ¶ Ita ut e contra magis donatis & consolemini, ne quo modo abundantiore tristitia absorbeat qui eiusmodi est.) Afflicto homini peccati proprii causa subuenire præcipit, quia penitentia si de uero animo est, hoc est, si correptus statim in animo doleat, protinus habet fructum. Denique in regno libro habetur, quia Achab cū arguisset eum propheta, commotus animo statim meruit ueniā. Et David in causa Vriæ Aethi correptus quia cognouit se peccasse, delictum eius deletum est. Itaque & apostolus, illi qui in certum commiserat habens uxorem patris sui, obiurgatum & abiectum dolentem reuocari iubet, ne diu uideat se contristatum sperni, desperans de se daret animum ad mundum fruendum, quasi qui locum apud



deum iam non haberet, hoc est, maiori tristitia absorberi, desperantē de se conuerti ad admittenda peccata quibus grauatus absorbeatur à secunda morte. Hæc em uera pœnitentia est, iam cessare à peccato. Sic enim probat dolere se sibi, si de cætero desinat. ¶ Propter quod obsecro uos ut confirmetis in illum charitatem. Ad hoc em & scripsi, ut scirem an in omnibus obedientes estis.) Quantum datur intelligi obedientes hos factos in cæteris probat. Emend: auerant enim quæ ad ordinem ecclesiasticum pertinent. Vnde etiam in hoc uult illos esse obedientes, ut cõfirment fratrem in charitate suscipiētes, cum in comunione. ¶ Si cui autem aliquid donastis, & ego.) Manifestum est quia quod iubet fieri ipse facit, nec potest hoc abnuere, quod etiam obsecrās ut fiat scribit, cum haberet potestatem iubendi. Sed quia in prima epistola graue eius detulit crimen ut horrerent illum omnes, nunc cum recipi illum uult, orat ne adhuc exulcerato animo aduersus illum, durum illis esset habere cum illo cõmunionem ecclesiæ: Neque enim tanta in eis erat, quanta in Apostolo prouidentia, ut statim intelligerēt faciendū esse quod dicebat Apostolus in causa huius dicitur: ideo obsecrat ut dimittant illi, significans deum illi ignouisse, quia nihil sine dei spiritu agebat apostolus. ¶ Et em ego qd donauī siqd donauī propt̄ uos in psonā Christi.) Hoc dicto grauat illos, quia si magister petentibus discipulis donauit cui uoluerūt pct̄n, quāto magis obaudire debent discipuli magistro. Et ut ratum ei cui donauit ostenderet apud deum, ait in persona Christi se donasse qd donauit, hoc est accepto tulisse Christi cuius legatione fugebatur, ut factum Apostoli factum sit Christi, sicut dixit: Quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cælo. Si ergo huic pro q̄ petierunt perierunt, Apostolum Christus ignouit, quāto magis huic iā ignotum erat, cui ut donent ipse etiam hortatur. ¶ Ne possideamur à fatana. Nec enim ignoramus astutias eius.) Hoc dicit qd supra memorauī, quia consolatio debet subsequi fratrem delictum sentē, ne diu contristatus & cõtemptus

temptus à charitate ecclesiæ, incipiat desperare de se, & uidens qui semper in insidijs est subtilis diabolus, mentem eius uilē effectam, accedat & suggerat ei ut uel præsentibus fruatur, qui de spe futuri præmij deiectus est, & pereat frat̄ possessus à diabolo, cui ad hoc pœnitentia data erat, ut conuersus reformaret se, sicut dicit in Ezechie le, ppheta: Nolo mortem morientis, quātum ut reuertatur & uiuat. Et iterum: Conuertantur, inquit, & replanabo eos.

Ezech. 18.

CV M autem uentissem Troadem, propter Euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in domino, nō habui requiem in spiritu meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meū, sed uale illis dixi, & profectus sum in Macedoniam.) Troadem se perrexisse significat ad prædicandū eis Euāgelium Christi, & cum cõpisset prædicare, fuisse qui caperent uerbum fidei. Sed quia solatium Tiri defuit, intolerabilis erat labor p̄frentium causa. Quamuis enim quidam eorū aperuerant corda sua ad recipiendum sermonem dei: tamen imprudentia infidelium non minima existerat, insurgens in apostolū zelo credentium, & hæc duo in uno impleri non poterāt, aut fideles instruere, aut incredulis repugnare. Ideoq; uale illis factis qui susceperant eum profectus est in Macedoniam. ¶ Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu.) Hoc est, deum apostolos triumphare in Christo, uictores illos facere in fide Christi, ut calcata perfidia trophæum habeat fides, dum ex perfidis fiunt fideles, & maleuoli non proficiunt in persequendo credentes. ¶ Et odorem noticiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus deo, in his qui salui fiunt, & his qui pereunt.) Odor noticiæ dei, in Christo & per Christum est. Odorem autem idcirco dixit, quia sicut quedam res que cum non uideant, per odorem tamen cognoscuntur, & intelligis in loco aliquo esse quod non uides: ita & deus quia inuisibilis est per Christum se uoluit intelligi, ut prædicatio Christi quæ utiq; inuisibilis sicut ad nares odor, ita ad aures peruenit, deū

T 3 patrem

patrem insinaret creaturæ, & filium eius unigenitum: Cuius rei legatione fungentes apostoli, sicut dicit dominus ad deum, filius ad patrem: Sicut me misisti in hunc mundum, ita & ego eos mitto in hunc mundum, odorem notitiæ dei & Christi per signa & prodigia manifestarent. Vera enim esse de deo & Christo prædicatio, uirtutis testimonio probatur. Quæ ideo in odore significata est, quia cum deus non uideatur per hæc quæ inuisibiliter operatur, in apostolis esse intelligit, ut ueritas doctrinæ manifestaretur. Qui ergo recte asserit Christum, bonus odor est deo, laude dignus in eo qui credit, nec uisuperabilis in illo qui non credit. Qui uero non recte asserit Christum, malus odor est deo, tã in his qui fidi sunt, quàm in illis qui diffidunt, pro utriusque enim reus erit. Qui enim diffidit, idcirco uidetur non credere, quia per uersum est quod audit, & qui credit male credit. Apostolus ergo ratione legis locutus est, ut sicut in lege qui hostias bono uoto offerebat, bonus odor erat deo & acceptabilis, ita & nunc prædicationis uirtus doctrinæ odorem præstat, fragrantem deo. Quã ob causam auxilijs suis tutos præstabat deus apostolos, ut uerba cognitionis eius infunderent patentibus auribus, siue Iudeis siue gentilibus, addito his sacramento natiuitatis domini lesu secundum uoluntatem dei & patris eius in unitate fidei salutaris, ad salutem credentium, & perditionem diffidentium. ¶ Alijs quidẽ sumus odor mortis in mortẽ. Hoc dicit quia incredulis prædicatio crucis Christi odor mortis est. Audientes enim uerbũ dei, sic accipiunt quasi pestem ex qua oritur mors, & necesse est ut iuxta fidẽ illorum fiat eis. ¶ Alijs autem odor uitæ ad uitã. Verum est, quia fidei sermo auditus dei, nuncius est salutis æternæ, & secundum fidem illorum contingeret eis. Siue ergo in his qui pereunt, siue in his qui salui sũt, Christi bonus odor deo erant apostoli, quia synceriter & sine dulatione prædicabant. Qui enim non credebant ipsi sibi laqueum circũdabant, his liberis, sicut dicit dominus ad

ad Ezechielem prophetam: Tu prædica, si te audierint lucraberis animas eorum: si quo minus, ipsi sibi uiderint: tu tñ liberaris à perditione eorũ. ¶ Et ad hæc quis idoneus, non enim sumus sicut plurimi adulterantes uerbũ dei, sed ex synceritate sicut ex deo coram deo in Christo loquimur. Pseudo apostolos tangit diuersos, qui corrupta doctrina uerba dei, per malam interpretationem adulterabant, tollentes diuinum sensum, ponebant humanum. Ex quibus quidam zelum habentes traditionis Iudaicæ, nec de Christo bene docebant, ideo minus idoneos hos dicit. Apostolos autem synceriter prædicasse sicut ex deo datum est, ante deum: id est quomodo deus dedit, ipso teste in Christo loquebantur, non suam quærentes, sed dei gloriam: hoc est in Christo loqui, eius honorem & potentiam prædicare.

CAPVT III.



Ncipimus iterum nosmetipsos commendare. Quoniã pseudoapostolos notat, praua eorum commenta designans, se autem uerum prædicatorem testatur, uideat iterum commendare se, sicut in prima epistola. Et ne hoc uersutia aliqua terrestris lucri gratia facere uideretur, adiecit: ¶ Aut nunquid indigemus sicut quidam cõmendatijs epistolis ad uos aut ex uobis? Hoc dicens & suum sensum purgat, & adhuc pseudoapostolos notat, quos proprii honoris & quæstus causa circuire ecclesias, perbat, ad auferendam nõ tribuendam salutẽ, ex his erant quibus dicit dominus: Comeditis domos uiduarum & pupillorũ, oratione longiorantes, propterea accipietis magis iudicium. Hi enim & res eorũ & aras inuadebant. Apostolus autẽ nec res eorũ tãgebatur, & ueritate doctrinæ animas eorũ inuadebat.

Matth. 23.



Nō ergo carnaliter sed spiritaliter se cōmendabat ad p̄fectum salutis illorū, ut de illo hoc crederent quod erat, quia qui de bono male sentit peccat, ac per hoc commentatio hęc istis magis proficit. ¶ Epistola nostra uos estis scripta in cordibus nostris. Epistola salutis iudiciū est. Recte ei ergo ait: quia salus Corinthorum in corde erat Apostoli & eorum qui cum illo erant, semper enim de salute eorum cogitabant. Cum ergo in corde sunt Apostoli & eorum qui cū ipso erant, epistola sunt scripta in cordibus eorum, quia qui semper alicui memor est, scriptus est in animo eius. ¶ Quæ cognoscitur & legitur ab omnibus hominibus, manifestati, quia estis epistola Christi ministrata a nobis. Apertū est quia cū dicunt Christiani epistola Christi sunt indicantes salutē quā dedit deus in Christo oībus hominibus scribentibus Apostolis, dū enim docēt scribunt. ¶ Scripta non atramento sed spiritu dei uiui. Quoniam quæ promissa sunt, eterna sunt, idcirco dei spiritu scripta dicuntur qui semper est, temporalia autē atramento quod obsolescit & perdit memoriam. ¶ Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Nunc legem ueterē pulsati, quæ primum data in lapideis tabulis abolita est, fractis tabulis sub monte a Mose. Noua autem lex in animo scribitur, hoc est, in corde nō per calamus sed per spiritum. Quia fides enim æterna res est, ab spiritu scribitur ut maneat. Vetera autem præcepta deficiente mundo cessabunt. Quomō ergo differt lex a lege, ira differunt dispensatores illius legis a dispensatoribus legis fidei.

Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum. Quanta dignitas sit in Apostolis manifestat cum dicit: Fiduciam autem talē habemus ad deum per Christum, ut ostendat ueteres non hanc habuisse fiduciam ad deum, quia minor fuit administratio. ¶ Non quod sufficientes sumus æstimare aliquid a nobis tanq̄ a nobis sit, sed sufficientia nostra ex deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera

sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autē uiuificat. Quāuis præferat apostolicam dignitatem, in dei tamen laudem, prumpit, non istud meritis humanis ascribens, sed eius gratiæ qui dignatus est, per uita humana salutarē prædicationem ordinare, quæ quos lex uetus reos tenebat, saluaret, data remissione peccatorum per Iesum Christum dominum nostrum. Literæ enim ad hoc datae sunt Mose, ut contemntes legem occideret secundum ius naturæ, Spiritus autem, id est, lex fidei, quæ non scribitur sed animo continet, uiuificat reos mortis, conuertentes tamen se ut iustificati de cætero nō peccent. Recte ergo data fuerat lex ut timor esset peccandi. Sed quia fragile est genus humanum, misericordia dei data est in prædicatione apostolis, ut donatis peccatis euaderent mortē, credentes in Christum. Hęc est prædicatione noui testamenti, quod promiserat deus per prophetas. ¶ Quod si administratio mortis literis formata in lapidibus fuit in gloria, ita ut nō possent intueri filii Israël in faciem Mose, propter gloriam uultus eius quæ euacuat, quomō non magis administratio spiritus erit in gloria? Manifestum est maiorem esse gratiam legis fidei, quæ legis Mose. Quamuis enim ad hoc data sit lex Mose ut prodesset, contempta tamen facta est lex mortis. Ergo quia peccatoribus providere non potuit, uenit lex fidei, quæ hos saluaret, non solum ignoscens, sed & iustificans eos. Multum ergo interest inter legem & legem. Tunc enim maculati peccato uultum Mose descendentes de monte cum lege accepta in tabulis intueri non poterant, quia gloriosa facta fuerat facies eius, ne a peccatoribus possit aspici quia digni erant morte. Quæ nunc gloria euacuat per legem spiritus, cum accepta remissione peccatorum facti iusti, digni sunt aspiciere & possunt gloriam dei, sicut uiderunt in monte Petrus & Ioānes & Iacobus gloriam Christi. ¶ Si enim in administratio dationis gloria, multo magis abundabit administratio iusticiæ in gloria. Hoc dicit, quia amplius est donū iusticiæ dei per fidem Christi, quæ legis ueteris, quia magis gloria in salute est quæ in morte.



quamuis iuste damnet, tamen ad laudem proficit magis si indulgeat, ut possit reus corrigere se. ¶ Nec enim gloriosum factum est id quod glorificatum est in hac parte propter excellentem gloriam. Manifestum est non esse factum gloriosum quod uisum est in uultu Moysi gloriosum. Quando enim nulli profuit gloria uultus eius, non habuit fructum gloriae, sed magis obfuit, licet non suo uitio, sed peccantium, tamen in hac parte gloria non est. Illa autem est magis gloria quae abundat in gratia, ut purificati homines dono dei, absterfa caligine possint uidere gloriam Christi. ¶ Si enim quod euacuatur fuerit in gloria, multo magis quod permanet in gloria est. Non negat gloriam fuisse in lege uel in uultu Moysi, sed non permanit in Moysi, quia figura erat in Moysi non ueritas, ideo adueniente saluatore cessauit figura, quia apparuit ueritas manens semper: Ut quantum interest inter imaginem & ueritatem, tantum interfit inter gloriam uultus Moysi & gloriam Christi, ideo supra dixit, propter excellentem gloriam. Illa enim tanta erat gloria quanta debuit credi seruo: Haec uero tanta quanta est genitoris eius, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Sicut enim uespere stellae gloriose sunt, oriente autem sole euacuatur earum claritas, ita & Moysi gloria euacuatur appaerente gloria Christi. ¶ Habentes autem talem spem, multa fiducia utamur. Spem habere nos dicit uidendi gloriam, non talem qualis fuit in uultu Moysi, sed eam quam uiderunt tres apostoli in monte, reuelante se domino. Hinc igitur conijcere debemus quantum nobis contulit diuina clementia, quantumque nos superioris gratiae dono ditare dignata est quam dederat Iudaeis. Iudaei enim cum minor esset gloria uultus Moysi, eam speculari non poterant, nos uero non Moysi gloriam quae inferior est, sed excellentem saluatoris gloriae uisuros nos credimus. Iudaei ergo serui gloriae non meruerunt uidere, nos autem domini communis gloriam sumus uisuri. Ideoque & nos uicem reddere in quantum possumus debemus beneuolentiae dei, ut propensiores fi-

mus

mus in eius amore, qui nobis fiducia dedit, abluens nos a peccatis uidendi gloriae dei. Nunc itaque opus est ut crescat in nobis fiducia bonis actibus parata. Tantum enim uidebimus, quantum credimus. ¶ Et non sicut Moyses ponebat uelamen super faciem suam, ne intuerentur filii Israel usque ad finem eius quod euacuatur. Quonia digni facti sumus per gratiam dei uidere gloriam Christi, idcirco non sicut Moyses ait ponebat uelamen super faciem suam, ne intuerentur filii Israel. Ideo ponebat uelamen, quoniam splendorem uultus eius ferre non poterat causa peccati, quo sublato potestas datur uidendi gloriam dei usque ad finem eius, quia tandem non reuelatur, quoad uelata lege conuertantur ad gratiam fidei, & sic euacuatur. Accedente enim dignitate per fidem, euacuatur indignitas. ¶ Sed obtunsi sunt sensus eorum usque in hodiernum diem. Tandem obtunfos dicit quamdiu non credunt. Quae obtunsi incredulitatis obuenit, ideo conuersis ad fidem acutur acies mentis, ut uideant diuini luminis splendorem. ¶ Id ipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet dum non reuelatur, quia in Christo euacuatur. Obfuso ait haec in lectione Exodi manet quamdiu credant. Non enim reuelatur, nisi credant. In Christo enim euacuatur, hoc est, per fidem Christi auferitur uelamen. Amoto enim delictis, incipiunt uidere, quod obfuso peccato uidere non poterant. ¶ Sed usque in hodiernum diem cum legitur Moyses uelamen est supra eorum. Manifestum est quia cum legitur haec pars legis, sententia illorum recitatur qui sunt sub lege. ¶ Cum autem conuersus fuerit ad dominum, auferetur uelamen. Conuerti ad dominum, hoc est, credere in Christum, ut agnoscens dominum uentiam mereatur accipere, hoc est, auferri uelamen, sententiam euacuari, quae tenebatur reus sub lege. ¶ Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus domini tibi libertas. Quoniam deus spiritus est, per Christum legem dedit spiritus, non literis utique scriptam, sed per fidem aintimam, non quae uisibilia doceat, sed uisibilia credi sua deat

quae



p. Ioan. 3.

100 COMMENT. D. AMBRO.

quæ animus spiritaliter colligat, neq; oculus cernat. Hæc lex dat libertatem, solam fidem poscens, ut quia quæ nõ uindit lredit, de conditione erui mereat. ¶ Nos aut omnes reuclata facie gloriam domini specularantes, ad eandem imaginẽ reformamur à gloria in gloriam sicut à domini spiritu.) Nos dicit omnes, qui libertatem sumus consecuti dono gratiæ dei, gloriam domini per fidem specularantes ad eandem imaginem transformari quam speramus, id est, ut similes inueniamur trãfacta hac uita imaginis gloriæ Christi, sicut dicit Ioannes Apostolus: Scimus, inquit, quia cū apparuerit similes ei erimus. A gloria in gloriam sicut à domini spiritu, id est, sublatis beneficio dei gloriæ Mosi, quam reatus causa cernere nequibamus, transformamur ad gloriam quam credimus dari nobis à domini spiritu. Tantum enim dabit gloriæ, quantum dignum est dare deum per spiritum suũ. Ideo enim dixit: Sicut à domini spiritu, ut ostenderet talẽ gloriam dari quæ sublimitati congruat dantis. Mosi enim gloria nec tanta fuit nec perennis. Pro modo enim legis & gloriã accepit, ita & p modo legis fidei in qua spiritus eius dei est, dabitur gloria credentibus. Tantum enim concessit deus fidelibus, ut spiritum suum det eis pignus illius gloriæ quam promisit.

CAPVT IIII.



Vare habentes hæc administrationem, put misericordiam consecuti sumus nõ deficiamus.) Tantam spem dicit administrationis huius, ut non deficiat in pressuris confortatus fide promissionũ. Vnde superius dicit: Multa fiducia utamur. Fidentes em in his quæ promissa sunt quicquid aduersum acciderit rolerant. Quod non humanis meritis deputat, sed misericordix dei quæ hominem primo abluit, deinde iustificat, adoptã filium deo, ut donet ei gloriam similem gloriæ filij ppiij dei. ¶ Sed renunciemus occultis dedecoris.)

101 IN EPIST. AD CORIN.

¶ Illi gloriæ dignus sit homo, omnia turpia & polluta quæ fieri & cogitari possunt amouenda docet, ut non solum de opere, sed & de cogitatione pellant. Inuitantis uerba sunt. Sub sua enim & suorum persona, ad meliorẽ uitam hortat, propter supradicta uitia quæ in his sæpe reprehendit. Possunt & hæc occulta dedecoris esse, quæ prauo sensu ad prædicandum meditantur ut fallant. ¶ Nõ ambulantes in astutia neq; adulterantes uerbum dei.) Ad dedecus enim & deformationem eius, pficit qui subdola mente confingit doctrinam ad decipiendum corda simplicium, turpis enim inueniet in die iudicij dei. Astucia enim malæ mētis, ut id quod sibi libitum est expleat, uerba dei adulterat, ut sensum inuertat. Adulterare est autem, uerum sensum per falsum uelle excludere. ¶ Sed in manifestatiõe ueritatis cõmendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram deo.) Hoc dicit, quia in prædicatiõe euangelica nulli se fecit suspectum, addens amplius cum dicit: Coram deo, ut hoc ipsum nõ solum hominibus manifestum, pbet, sed etiam in deo cui nihil occultum est. Testimoniũ dei ergo implorat, ut uel sibi credat, quia ita predicat sicut datum est ab autore, & deus hoc modo testis est, dum dat signa & prodigia fieri per manus eius.

¶ Sed & si oportum est euangelium nostrum in his quæ pereunt.) Verum est, quia increduli non uident perfidia obcæcante splendorem uirtutis dei. Velamen enim est supra cor eorum & obtusio infidelitatis, in lucis maxime. ¶ In quibus deus seculi huius obcæcavit sensus infidelium, ut nõ peruideant lumen euangelij gloriæ Christi, qui est imago dei.) Deum dicit seculariũ hominũ, quia maleuoli sunt erga fidem Christi, sensus obcæcare, ne uideant ueritatem euangelij maiestatis Christi. Hoc ergo illis præstat quod uolunt. Quia enim mali uoti sunt homines, & intelligentes uerum, dicunt esse falsum, in eo ipso adiuuant ne possint credere quod uolunt. Christum autem cum sit imago dei corporeũ tantum asserunt, relinquentes gesta eius, solius carnis faciunt mentionem,



tionem, de quibus dixit Esaias: Obeccauit oculos eorum
ne uideat: & auribus ne audiant usq; in hodiernum die.
¶ Nec enim nosmetipsos predicamus, sed Christum Ie-
sum dominum nostrum. (Hoc est, non nosram gloriam
annunciamus, ne quis nos dicat propter nos ipsos euāge-
lizare ut nobis proficiat forte ad tempus, sed Iesum do-
minum nostrum annunciamus subiicientes nos uirtuti
maiestatiq; eius. Quando ergo nullum grauamus, nul-
lum concutimus & Christum dominum nostrum fate-
mur, quid est, ut elati iudicemur, aut pro nostra propria
utilitate predicare ut gloriosi appareamus. ¶ Nos autē
seruos uestros propter Iesum.) Intantum se seruū Chri-
sti esse probat, ut iubente ipso ministrū se horum in præ-
dicatione testetur, ut pro utilitate horum subiecti sint in
ministerio Euangelij. Seruos ergo dicēs ministros signi-
ficat, sed ut humiliter loqueretur sic dixit: ut uere osten-
deret non ad suam gloriam se predicare euangelium,
sed ad claritatem domini Christi, cui obedit, cui seruit,
sicut & ipse dominus ait: Ego sum in medio uestrum nō
ut minister, sed ut ministrem, non merito horum quibus
ministrat, sed propter imperium domini. ¶ Quia deus
qui duxit de tenebris lumen fulgere illuxit in cordibus
nostris, ad illuminationem cognitionis gloriæ suæ in fa-
cie Christi Iesu.) Hoc dicit, quia misericordia dei factum
est, ut nos, inquit, qui fuimus incredibiles in ignorantia
hoc est in tenebris, per nos daret deus lumen cæteris gen-
tibus. Quantum se adhuc humiliat ut dei solius & Chri-
sti gloriam præferat. Illuminatur enim, ut cognitionē
habeant gloriæ dei per Christum. Ideo gloriæ dei ait
cognitionem, id est, non dei solius, sed & Christi qui est
gloria eius, ut significaret nō solum deum cognosci, sed
& opera eius & misericordiam & prouidentiam qua cō-
didit & saluauit genus humanum, uisus in Christo per
gloriam uirtutis suæ. ¶ Habentes autem thesaurum hūc
in uasis fictilibus ut excellentia sit uirtutis dei & non ex
nobis.) Thesaurum sacramētum significauit dei in Chri-
sto, quod credētibus manifestatur, incredulis uero quo-
dam

dam testum est uelamine, quia sicut thesaurus in occulto
ponitur, ita & sacramētum dei intra hominem, id est, in
corde humano absconditur. Hunc ergo thesaurū in ani-
mo & corpore dicit esse à deo datum, ut eminentia uirtu-
tis eius appareat per homines prædicatores duntaxat,
ut reconcilietur omnis lingua creatori suo, non ad ho-
norificentiam hominum sed dei, qui se manifestat p ho-
mines, qui cum humiles & imperiti essent, acceperunt
potestatem à deo & loquendi magna & agendi. Fi-
ctilia ergo uasa dicens, infirmitatem naturæ humanæ si-
gnificat, quæ nihil potest nisi à deo acciperit uirtutem:
& ad laudem suam deus per hæc se prædicet quæ infirma
sunt, ut gloria illi detur nō homini qui ex luto fictus est
¶ In omnibus pressuram passi, sed non coangustati.)
Nunc ostendit propter quod idonei erant prædicatores,
quia semper illis in necessitate affuit deus. Ideo pressurā
ait passi, sed non coangustati, hoc est, non permisit deus
tantum nos opprimi ut cederemus: ¶ In opiam passi sed
nā destituti.) Id est, in inopia positus affuit pastor deus.
¶ Persecutionem passi, sed nō derelicti.) Verum est quia
consulebat eis deus, ne satis sibi facerent de his inimici.
¶ Deiecti sed non perimus.) Id est, uerberibus prostrati,
sed obstante deo non mortificati. Siue enim clausi siue
uinculari, adiutorio dei manus hostium euadebant.
Deniq; Paulus & Syllas cum essent clausi iam cæsi, & pe-
des eorū iā essent in neruo conclusi, alacres hymniū canē-
bant deo, fortiores his facti qui non erant cæsi. ¶ Sem-
per mortem Iesu in corpore nostro circumferentes, ut &
uita Iesu in corpore nostro manifestetur.) Dubium non
est, quia in martyribus Christus occiditur, & in his qui
fide pariunt aut exitis, aut uicula, aut uerbera Christi
passiones sunt, ut & uita eius in corpore eorum palam
fiat. Passiones enim sunt quæ ostendunt meritum ad fu-
turam uitam, quam promisit Christus. Vnde alio loco
dicit: Cum infirmor tunc potens sum. Et iterum: Per tri-
bulationes oportet nos intrare in regnum dei.

Acti. 16.

Si



Stergo nos qui uiuimus in mortem tradimur propter Iesum, ut & uita Iesu palam fiat in hac mortali carne nostra.) Apertum est quod dicit, quia ideo in mortem tradi, inquit, propter Iesum non recusamus cum possim⁹ uiuere, ut uita qua resurrexit a mortuis Christus, huic mortali carni nostrae praestet, hoc est, non time re mori propter resurrectionem promissam. ¶ Itaque mors in nobis operatur, uita autem in nobis.) Hoc dicit, quia pro salute eorum morti subiciebant, Gentibus enim praedicantes inimicitias sibi excitabant, tam a Iudaeis quam a gentibus usque ad mortem. ¶ Habentes uero eundem spiritum fidei.) Hoc est communem spiritum per quem firmatur fides, habemus uobiscum. Ideo enim pro ipsis tanta patiebantur mala ut inuicem sibi copularentur in fide. ¶ Secundum quod scriptum est: Credi propter quod locutus sum, & nos credimus propter quod & loquimur.) Exemplum ideo dedit de psalmo centesimo decimo quinto, ut ostenderet ideo se promptum esse ad omnia toleranda, quia credidit futuram resurrectionem. Securus ergo de futura uita, presentem uitam non habet caram quippe cum hoc credat, ut tunc illa beata speretur, si haec contemnitur. Securus ergo quia quod credidit uerum est, audeat hoc praedicare ut ceteros spei suae participes faciat. ¶ Scientes quod qui suscitauit dominum Iesum & noscum Iesu suscitabit & constituet uobiscum.) Hac spe dicit laborari propter fidem, quia exemplum praecedit resurrectionis domini Iesu, quid futuri erunt qui credunt, quasi sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur: Adam enim forma mortis est, causa peccati. Christus uero forma uitae propter iusticiam, quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Et quoniam nam participes hos communis fidei dixit: Resuscitatos inquit, constituet uobiscum, ut unius fidei in una sint domino pacis. Cum enim intelligunt, quia pro ipsis patiuntur exitia, & isti solliciti sunt de passionibus horum uelut contententur, simul & participes erunt in uita promissa, ut simul contristati simul gaudeant: propter illos sic loquitur

Psal. 119.

1. Cor. 15.

1. Pet. 2.

tur qui resurrectionem negabant, quos & in prima epistola exprobrat. ¶ Omnia enim propter uos ut gratia abundans, per multarum gratiarum actionem abundet in gloriam dei.) A munere suo deus nullum uoluit esse alienum. Er quia non omnes capiunt uerbum fidei, apostolus dei uoluntatem sciens persecutiones & periculum pati non timuit, dummodo omnibus fideliter praedicaret ut plures possent credere: ut abundans donum dei non per paucorum gratiarum actionem minueret ad contumeliam dei, sed multis proficiens adfluere per multarum gratiarum actionem ad gloriam dei. Quanto ergo hic dignus honore est qui aiam suam semper morti subiecit, ne donum dei longe aliter proficeret quam datum est? Nunquid non magna contumelia eius est, qui cenam faciens opulentam ac multos inuitans, pauca habet in summa? ¶ Quapropter non deficimus.) Manifestum est haec ad superiorem sensum pertinere. Ut enim deuotionem suam adhuc propensiorē in dei rebus ostendat, haec subiecit quibus nullo genere deficere se probat, quominus id quod deo placitum est impleat, securus tamen de resurrectione promissa. ¶ Licet si exterior noster homo corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem.) Pressuris, plagis, fame, siti, frigore, nuditate caro corrumpitur, sed anima spe futuri praemij renouatur, quia assiduis tribulationibus purgatur. Proficit enim in pressura non interit, ita ut accedentibus tentationibus, quotidie acquirat ad meritum, quia & corpori corruptio haec proficit ad immortalitatem merito animae, ¶ Id enim quod in presenti est momentaneum & leue est pressurae nostrae, supra modum in sublimitate, aeternum pondus gloriae operatur in nobis.) Praesentis temporis tribulationes quae causa fidei ingeruntur momentaneas & leues dicit, quia sunt temporales, supra modum tamen in sublimitate aeternum pondus gloriae operari patientibus. Paruis enim laboribus magna redditur merces, & pro leui tribulatione, supra modum sublimitas gloriae pensabitur perpetuae. ¶ Non contemplantes quae uidentur, V sed



sed quæ non uidentur. Quæ enim uidentur temporalia sunt, quæ uero non cernuntur æterna sunt.) Desiderium cælestium & spiritualium habentes, hæc præsentia & terrena spernere profitetur. quia ad comparationem spiritualium hæc nulla sunt. Sic enim sunt hæc ad superna, quomodo figura ad ueritatem. Figura deperit, ueritas manet, ac per hoc exire de isto seculo non metuunt iusti, sed gaudent.

CAPVT V.



CIMVS autem quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quia ædificationem ex deo habemus domum non manufactam æternam in cælis.) Hac fiducia dicit non timendum dissolui de corpore uolentia infidelium, aut sorte uitæ, quia præparata est huiusmodi hominibus habitatio in cælis æterna, ut de temporalis & terrena expulsi, in perpetuam domum recipiantur. Vnde & hoc optandum est, si fieri potest. Sed quia optandum non est, ne in tua gloria alius pereat, si tamen acciderit libenter ferendum est. Terris enim dominum carnem hanc dixit, quia mortalis est: ut si de hac dissoluti fuerimus, ædificatam inuenimus in cælis domum æternam. Hæc domus corpus immortale significat, in quo resurgentes semper erimus, cuius forma iam in cælis in domini corpore declarata. ¶ Etenim in hoc ingemiscimus habitaculo nostro quod de cælo est, superindui cupientes: siquidem induti non nudi inueniamur.) Propterea dicit in precibus ingemisci, ut gloria promissa de cælis possit resurgentes induere. Hoc ergo desiderantes insistent precibus, ne surgentes recepto utique in corpore nudi, id est, alieni à promissa gloria inueniant. Hoc enim opus est, ut induta anima corpore, dei iudicio superinduatur & gloria, quæ est immutatio in claritatem. Mors enim de terra est, resurrectio uero de cælis, si tamen immutetur in gloriam: Alii codices sic habent: Siquidem expoliati non nudi inueniamur, id est, si exu-

107

tes de corpore Christum uestiti fuerimus, quia quicumque in Christo baptizantur, Christum induunt. Itaque si in forma baptismi & traditione miserimus, expoliati corpore non nudi inueniamur, quia in interiore habitat Christus, quem cum induti, siue spiritu sancto dato nobis uiuimus, erimus digni superindui, promissa cælesti gloria. In illum enim decidet promissa claritas, quem uiderit signum adoptionis habere. ¶ Nam cum sumus in isto corpore, id est, mortali, ingemiscimus grauati, eo quod nonolumus exui, sed superindui, ut absorbeatur mortale hoc à uita.) Idem sensus est. Ideo enim dicit grauatos nos passionibus corporis, & ipsius mundi tempestatibus postulationes ad deum dirigere, ne immutemur uicti & indigni efficiamur. Sed & si contigerit exitus, perseverantes in fide induti inueniamur sancto spiritu, qui in substantia Christus est. Tunc enim superindui promissa gloria poterimus, si exuri corpore non despoliati à sancto spiritu fuerimus: Sic mortale absorbetur à uita, id est, ut resurgentes superinduemur immortalitatem cum gloria, ne ultra mori possit, aut passionibus implicari, hoc est, absorberi à uita. Non enim dicendus est absorberi à uita, qui ad hoc surgit ut pœnis agatur. Qui autem perficit nos in hoc ipsum deus, qui & dedit nobis pignus spiritum.) Hoc quod ingemiscimus poscimus, id est, non ut exui sed superindui mereamur, iuxta supradictum sensum, in die iudicii deum perficere dicit, quia promissus & fidelis est, dans huius rei implendæ pignus spiritum. Ipse est enim signaculum adoptionis nostræ.

Fidentes igitur semper & scientes, quia inhabitantes in corpore peregrinamur à domino, per fidem enim ambulamus non per speciem.) Manifestum est, quia per fidem cum domino sumus non per præsentiam, ac per hoc peregrinamur non fide, sed specie. Et quare cum idem dicat in actibus apostolorum: In ipso enim uiuimus & mouemur & sumus, hoc loco peregrinari nos à domino dicat: Si ubique est, quomodo huc positi peregrinamur

Acto. 17.



namur à dño: Sine dubio ubiq; imo oia in deo sunt. Sed quia sedes dei in cælis est, & illic semp uidetur, ideo hic positi ubi non uidetur peregrinari à domino dicimur, qm̄ enim non eum uidemus, licet præsens sit, absentes ab eo sumus. ¶ Audemus ergo & consentimus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad deum. Recte autem audemus. Habentes enim fiduciam promissiois dei & scientes multum expediri illic esse quam in seculo, consentiunt & optant excedere de corpore, ut requiescant usq; in diem resurrectionis sub altare dei. ¶ Ideo conamur siue præsentem siue peregrinantes placere illi. Id agendum dicit, & bonis operibus insistendum, ut siue in hac adhuc uita positi, siue ad tribunal Christi, præsentem placeamus ei. Vnde si disciplina seruetur & hic & illic placebimus, quia qui hic placet, illic non displicebit. ¶ Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisq; propria corporis prout gessit siue bona siue mala. Igitur si iudicante Christo unusquisq; nostrum facta corporis recipiet, nõ utiq; sine corpore adiudicabitur bono aut malo. Et non dixit, facta carnis, quia carnis uitia puniendæ semper, sed facta corporis, quia aliquando spiritualiter, aliquando carnaliter operatur.

Scientes igitur timorem domini hominibus suademus, deo autem manifesti sumus. Quoniam ergo iudicium dei futurum est per Christum ad singulorum discriminanda opera, idcirco Apostolus suadere se dicit ad bonum sensum & uitam, ut auditores eius securi sint de pena futura, & ipse gloriatur in his habens fructum laborum suorum, quia quorundam prauilo quio dies iudicij dei in dubium deducitur. Corrupti enim mores bonos, colloquuta mala. Hominibus suademus autem ut credant et prouideant ne incurrant, & tunc poeniteant quoad poenitentia fructum non habet. Deo autem manifesti sumus, hoc enim prædicabat quod deus iusserat, & hoc scire dicitur deus, quod bonum est. Denique male agentibus dicit, nescio uos. ¶ Spero autem & in conscientijs uestris

uestris, manifestos nos esse.) Manifesta erat puritas eorum Corinthijs, quia neq; aliquando in adulatione fuerant deprehensi, neq; prædicatio illorum displicerat sanctis, nec ab aliquo illorum quicquam ut assolet occulte elicere tentauerant, ut foris simplices apud turbas, intus uero impostores essent: Ideo conscientias illorum pulsat ut ipsi sibi testes essent de ueritate eorum.

Non iterum nos commendamus uobis.) Quoniam superius ueram prædicationem suam obtestans laudare se uisus est, idcirco eadem significat, non ad laudem suam hoc dicere se, sed ad eorum gloriam, ut gaudeant integram prædicationem se addidisse his annunciantibus. ¶ Sed occasionem damus uobis gloriandi pro nobis, ut habeatis ad eos qui in facie gloriantur & non in corde.) Hoc dicit, ut quoniam multi per elationem gloriabantur in se de apostolis, profiteres se ab his doctos q; semper cum domino fuerunt: Ideoq; & hic dicit, dare se & his rationem per quam & ipsi glorientur aduersus eos, quia apostolus erat à quo & isti dicerant. Vnde alio loco dicit. Nihil minus feci ab his quod ualde sunt apostoli. Quod quidem coactus dicit, ne silentium eius istis obesset. Qui ergo in corde gloria superbiæ reprimat, sciens quia humilibus deus dat gratiam, superbis autem resistit. Superborum enim mens, fructum nõ facit deo dignum. ¶ Siue enim mente excedimus deo, siue sanum sapimus uobis.) Hoc dicit, quia si elate uel superbe putatur locutus, quia laudare se uisus est uerè dicens, deo hoc remittendum: Si autem non superbe intellegitur, sed ad gloriam audiendum locutus, Corinthijs proficere dicit, ut tunc sanum sit dictum audientibus si ita intelligatur ut dictum est. Si autem iactatè putetur dictum uelut insanum, deo dimittendum. Omnis enim superbia uelut insaniam habetur. ¶ Claritas enim Christi urget nos, hoc iudicantes quod si unus pro omnibus mortuus est.) Quoniam Christus diligens humanum genus ut eos redimeret, morti se dedit, ideo apostoli ut uicem ei reddant, homines ex aliqua parte exhortan-

1. Pet. 3



tur ad eius obsequium, & ut eos attrahant necesse est, ut uerum se predicare testentur, alijs praua docētibz, nec suum meritum taceant ut malorum doctorum pēnam designent. Non ergo elatione mentis hæc agebant, sed ut donum Christi intelligeretur ab omnibus, et fideliter deuoti ei gratiarum actiones referrent. Propter Christum ergo charitatem, quæ & quanta dona eius circa diligētes cum sint, non taceant, non iactantiæ causa, sed ut inueniant audientes ad eius deuotionem ne mors Christi infructuosa uideretur, non ut laus apostolorum nosceretur. Per meritum enim & gloriam apostolorum agnoscitur Christi gratia & beneficium dei. ¶ Ergo omnes mortui sunt & pro omnibus mortuus est, ut & qui uiuunt non iam sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Quia omnes necesse est mori causa Adæ, pro omnibus mortuus est Christus, ut eos à secunda morte liberaret. Ideoq; qui uiuunt in corpore, sciētes Christum mortuum esse pro se, sint ei subditi, profitētes hunc dominum: quia enim prodest eis mors eius, testimonium perhibet resurrectioni eius. Igitur hic sibi non uiuit qui paratus est domini sui facere uoluntatem.

ITaque nos ex hoc tempore neminem nouimus secundum carnem, & si cognouimus secundam carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Verum est quia Christo resurgente à mortuis iam cessat in eo carnis natiuitas, cessat infirmitas corporis, cessat & passio mortis. Usq; ad crucem enim suspensus fuit infirmitatis in Christo. Post autem apparuit esse quod non credebatur, sicut & ipse ait: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quoniam ego sum. Hoc ergo idcirco apostolus memorat, ut ostēdat qua deuotione obsequendum est Christo. Pro salute enim hominum, non solum hominem se nati non dedignatus est, sed & iniurijs agi & mori, ut intelligētes quam pretiosa sit mors eius, propensius illi seruiant, non quasi homini uicem reddētes sed deo, quia unicusq; pro persona eius & meritis refundenda obsequia sunt. ¶ Quare, si qua est in Christo

noua

noua creatura uetera transferunt, ecce o'ia facta sunt noua. Manifestum est, quia per Christum renouata sunt o'ia, si animaduertant dignitatē eius. Nouus enim fit his quibus prius homo tantum uidebatur cum intelligitur eē deus, ut recedente infirmitate agnoscat diuinitas, & cessante errore ueteri, qui introducta multorum deorum opinione, ab unitus ueri dei fide transfuderat genus humanum, reuertantur omnia ad simplicitatis professionē, unum deum adorantia in trinitate. ¶ Omnia autem ex deo. Quamuis Christus nos redemerit, omnia tantum ex deo, quia ab ipso est omnis paternitas, ideoq; necesse est præferri personam patris. ¶ Qui reconciliauit nos sibi per Christum & dedit nobis ministerium reconciliationis, quoniam quidem deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum & ponens in nobis uerbū reconciliationis pro Christo, pro quo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos, orantes pro Christo reconciliari deo, cum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos essemus iustitia dei in ipso.

Deus omnipotens genitor Christi, cum omnia quæ per Christum fecerat errore caduca fuissent effecta, creatoris sui oblita, Christum dominum nostrum de sacris sedibus ad terrena uenire dignatus est, & factum carne in spem hominis, ut forma esset hominibus quemadmodum sibi deū creatorē suū pacificū facerent. Deus ergo erat in Christo. Quasi in uicario aut legato, sicut fuit in prophetis: aut aliter sicut non fuit in prophetis, sic intelligi potest fuisse & in filio. Filius enim naturaliter natus est patris dei, unde dicit: Quia pater in me est, & ego in patre. Pater enim per id intelligitur esse in filio, quod una eorum sit substantia, ubi enim est unitas, ubi nulla est differentia, ab hoc inuicē sunt, quia & imago & similitudo eorum una est, ut uidens filium uidisse dicat patrem, & ipse dicit, ait: Qui me uidet, uidet et patrem meum. Recte ergo dicit: deus erat in Christo, hoc est, pater in filio, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta eorum, quoniam creatura peccauit in deum, nec penituit ut reuertetur ad eum: deo operum suum nolens pretere

Ioan. 1.9.

V 4 113



COMMENT. D. AMBRO.

fit filium suum, per quem prædicata eis remissione peccatorum, reconciliaret eos sibi per ipsum, per quem nos creauerat. Siue ergo p filiū, siue p seruos deus exhortatur populū, quia ad ipsum omnis summa referenda est, cuius uoluntate & prouidentia Christus incarnatus est ad salutem hominum redimendam. Qui cū reuerti uellet ad patrem, dispensationē acceptam à patre dedit discipulis. Orantes pro Christo recōciliari deo, hoc est qd dixi, quia pro Christo uicarios dedit apostolos, ut pro ipso prædicarent reconciliari deo. ¶ Eum qui nō nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit. Deum dicit patrem peccatum fecisse filium suum Christum, cum utiq; qui peccatum nesciebat, id est, qui non peccauerat, quia factus caro nō immutatus, sed incarnatus factus est peccatum: sicut qui fit præfectus non amittit quod erat, sed assumit utiq; quod non erat. Homo ergo factus est Christus causa peccati, quem non tangebatur fors, neq; dignitas nasci hominem. Propter quod autem omnis caro sub peccato est, ideo factus est caro, factus est peccatū. Et quoniam oblatus est pro peccatis, nō immerito peccatum factus dicitur, quia & hostia in lege quæ pro peccatis offerebatur peccatū nuncupabatur. Ut nos essemus iustitia dei in ipso. Qui peccatum nesciebat dicente Esaia: Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, quasi peccator occisus est, ut peccatores iustificarentur apud deum in Christo. Zelum enim passus est satanas aduersus saluatorem, uidens eum docere homines quomodo sibi propitium facerent deum, abrenunciantes diabolo: & propter hoc occidit eum, nescientes futurum aduersus se, Christum enim post crucem descendens ad inferos deuicta morte, quia peccatum nesciebat teneri à morte non poterat, quia mors per peccatum inaniuit infernum, ut mors iusti peccatoribus proficeret, ut de cætero mors eos qui signum crucis habent tenere nō possit.

CAPVT VI.

ADIV

IN EPIST. AD CORIN.

913

A Diuantes autem & obsecramus ne inuacuum gratiam dei recipiatis. Duplici gñe apostolus hūanæ salutis curā subiaceret, tendit, ut dei, prudentiæ deuotus existeret, & hominibus charitatis officium exhiberet. ¶ Tpe enim, inquit, accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Hoc scriptū ē in Esaia, ppheta. Prædestinatam docet gratiam dei in tēpore Christi, sic em decreuit de° affluere misericordiā suam, ut nomen Christi postētib; auxiliū largiret. ¶ Ecce nunc tēpus acceptabile, ecce nunc dies salutis: nemini dantes ullam offensionem, ne uituperetur ministerium nostrum. Tēpus adesse dicit, quo possint ad indulgentiam proficere peccatores. Tempus adesse dicit, quo morbis mortalib; medicamina possint infundi, & ideo se sollicitū esse circa agrorum salutem, ne forte negligentia aliqua medicinæ gratia effectu careret & bonæ uoluntatis suæ. Fide ergo & uigilantia sua oēm offensionē negligentibus amputat, ne hor; forte segnitia offēsiōis occasione pareret discipulis, ac per hoc liberos se significant: quia quod salutare est simpliciter omni instantia prædicant. Vnde subiecit. ¶ Ne uituperet ministeriū nostrum. Vituperetur enim ministerium ipsorum, si ea quæ uerbis docebant, operibus suis ut fierent exempla non darent. ¶ Sed in omnibus cōmendantes, nosmetipsos ut dei ministri. Dei ministri sine adulatione docent, ut ei cuius ministri sunt placeant, non sicut pseudoapostoli, scientes non se à deo missos, præsentī utilitati fudebant. ¶ In multa patientia. Patientia est quæ saluat homines. Nisi enim patientia abusus esset, quomodo saluasset Corinthios, quos post prædicationem suam tantis uitij; morū & erroribus diuersarum sectarum innenerat inuolutos, quos patientia sua paulatim ad ueram doctrinam reuocauit. ¶ In pressuris. Pressuras prulit, sciens quid à deo pro his sit, pmissum. ¶ In necessitatibus. Necessitas erat etiam in pressura positū docere, quia à dño erat missus, ¶ In angustijs. Spc futuri angustatus, pñidorum opposi-

Esa. 49.

Esaia 53.

V 3 tio



tionibus non cessit. ¶ In plagis.) A Iudæis & gentibus
cæsus frequenter, non tacuit gratiã Christi. ¶ In carce-
ribus sæpe.) In carcerem missus contẽpra salute sua, etiã
illuc donum dei prædicauit. ¶ In perturbationibus.) In-
tẽm deo deuotus erat, ut nec perturbatio, fidutiã quam in
deo habebat minueret. ¶ In laboribus.) Laborare nõ de-
stitit manibus suis, ne cui grauis esset, certus hoc sibi, pfi-
cere apud deũ. ¶ In uigilijs.) Tam sollicitus erat circa
officium sibi delegatum, ut nec nocte cessaret. ¶ In ieiun-
nijs.) Aliquando uoluntaria, aliquando necessitatis ie-
iunia pertulit causa penuriæ, & deo gratias egit spirita-
liter se pascenti, quia ideo contentus erat, ne uetris cau-
sa inclinaretur. ¶ In castitate.) Castitatem siue corporis
siue euangelij uendicans, non paucos fecit inimicos. ¶ In
scientia legis & euangelij.) Scientiam non in sapientia
humana, neq; in simulatione asserens, deo se fidelem dis-
pensatorẽ Christi exhibuit. ¶ In magnanimitate.) Grã-
dis animi erat in baiulandis infirmitatibus fratrum, &
in contemptu mundi huius. Vnde alio loco dicit: *Mihi*
mundus crucifixus est & ego mundo. ¶ In benignitate.)
Benignus erat, quia sicut arguebat, ita & blãdiebatur ut
post correptionem leni exhortatione consolaretur. ¶ In
spiritu sancto.) Spiritus sanctus est uigil fictum. Quoniã
ergo sinceriter docebat in spiritu sancto, dei donum tra-
debat. In charitate non simulata.) Simulata charitas
in his est qui necessitate deserunt fratres. Vnde hic sem-
per necessitates fratrum, suas factens, simplex erat in cha-
ritate. Compatiebatur enim omnibus, sicut alio loco di-
cit: *Quis scandalizatur & ego non uror?* Hęc enim uera
charitas est, si sua utilitate contẽpra eius curam agat
quem diligere se profitetur, quod semper fecit aposto-
lus. ¶ In uerbo ueritatis.) Verbum ueritatis erat in eius
doctrina, quia non aliud tradebat quã à domino accepe-
rat. ¶ In uirtute dei.) Virtus in eo dei erat, quæ per si-
gna atq; prodigia hũc idoneũ ministrũ probabat. ¶ Per
arma iustitiæ à dexteris & à sinistris.) Liberum se signifi-
cat fuisse & fidelibus & incredulis. Arma enim iustitiæ
pcri

Gala. 6.

Sap. 7.

perimunt iniquitatem. ¶ Per gloriam & ignobilita-
tem.) His qui euangelium dei gloriam æstimabant, ma-
nifeste integrum se & fidelem prædicatorem dixit. Si-
mili moeõ & eis qui uerba diuinæ doctrinæ ignobilita-
tem & deformationem putabant, fidelem se dei mini-
strum exhibuit, dũ nõ terretur neq; pudorem patitur
ea illis loqui quæ horrent audire. ¶ Per infamiam &
bonam famam.) Etiam his integrum se dei dispensato-
rem præbuit, qui fidei bonam opinionem faciebant, &
qui malam, dũ non metuit hanc inuidiam, sed confians
est. ¶ Ut seductores & ueraces.) Increduli seductores
eos uocabant, fideles econtra ueraces & simplices eos, pe-
nuriabant. Nec hoc odio cedidit, ut superducat fucum ue-
ritati. ¶ Ut ignoti & qui cognosci mur.) Malis igno-
ti erant, bonis noti, agnoscebant enim in his ueritatem.
¶ Ut morientes & ecce uiuimus.) Odio illos habentes,
quotidie putabant non euadere minas iniquitatis. Isti
autem quia deo propitio docebant, auxilio Christi tuti
præstabantur à morte præsentis & futura. ¶ Quasi ten-
tati, & morti non traditi.) Tentati uidebantur, quan-
do sic tractabantur ut credere putarentur, & quia non
uincebantur, morti non addicebantur. Hic enim addici-
tur morti qui in fide non permanet, & morti non huic
sed futuræ. Potest & de præsentis morte intelligi. Tenta-
ri enim eos patiebatur deus ut pressuris crescerent meri-
to, non ramen permittebat eos occidi. ¶ Ut tristes, sem-
per autem gaudentes.) Verum est, quia tristitia hęc gau-
dium operatur, & qui eos iniurijs contristabant, gaudi-
um eorum exaggerabant. ¶ Ut egentes, multos autem
dirantes.) Quantum ad præsentẽ uitam pertinet, pau-
peres uidebantur, sed spirituales diuitias credentibus lar-
giebantur, egei in terris, in cælis diuites. ¶ Ut nihil ha-
bentes oĩa aut possidentes.) Hoc fuit in apostolis glori-
osum, ut sine sollicitudine & nomine possidendi, non so-
lum ea quæ in possessionibus erãt, sed & ipsorum domi-
nos possiderent. Omnia enim necesse ante eorum poni
pedes causa uirtutũ, sicut legimus in Actibus apostolorum.
OS



O S nostrum patet ad uos ô Corinthi.) Hoc libertatis causa loquitur, & puræ conscientiæ. Mali enim sibi conscia mens loqui trepidat, sensum perdit, in uerbis errat. ¶ Cor nostrum dilatatum est. ¶ Eius cor dilatatur qui fiducia bonæ conuersationis gaudet in se se, aut certe futuri spe præmi in tribulatione non angustatur, quia sicut in hac uita nisi præcesserit labor, reditus non sequitur: ita & in rebus diuinis si non exita anteierint, præmiū nō sequetur. ¶ Nō angustiamini in nobis angustiamini aut in uisceribus uestris, eandē habētes mercedis retributionem.) Hoc dicit, quia non oberat magistris si discipuli male uerterentur contentēs uigore doctrinæ, quia unusquisque pro operibus suis mercedē accipiet, quia quod ad magistrōs pertinet non tacuerunt, dicente domino ad Ezechielem prophetam: Exalta uocem tuam & loquere ad plebem, si te audierint lucraberis eos, si quōminus tu animam tuam saluabis. ¶ Sicut filiis dico, dilatamini & uos, & nolite iugum ducere cum infidelibus.) Ad bonā conuersationem & spem eos hortatur, ut fidentes & purgantes conscientias suas, possint in semetipsis gaudere, habentes fiduciam puræ mentis sicut & eorum magistri, separātes se ab infidelium societate in malis operibus. Et bene ergo agendo & futura sperando dilatari uult illos animo. Qui enim operatur laborat, & futura non credit, sicut infidelis angusti animi est desperatione futuri. ¶ Quæ enim participatio iustitiæ & iniquitatis? aut quæ societas luminis cum tenebris, quæ uel consensus Christi cum Belial? aut quæ participatio fidelium infidelium? uel quæ conuentio templo dei cum idolis? Manifestum est hæc quæ enumerata esse contraria, ac per hoc fugiendum ab his docet, quia dicit dominus: Nemo potest duobus dominis seruire: Lex enim iusticiam prædicat, ut fugiatur iniquitas. Lumen ostendit quod est ueritas, ut ab ignorantia quæ tenebræ sunt recedatur. Christum in dei mysterio annunciat, ut à diabolo qui se deum mentiri uult recedatur. Credentibus uitam pollicetur æternam, ut perfidia exuti ab omni infidelium

Matth. 6.

infidelium errore sint alieni. Idola prohibuit coli, quia templo dei sunt inimica. ¶ Vos enim templum estis dei uiui.) Nihil tam inimicum homini quam idola, quia ab unius dei fide cogunt recedere. ¶ Sicut dixit deus, quoniam inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio illorum & separamini dicit dominus, & immundum nolite tangere, & ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias dicit dominus omnipotens.) Interim primæ causæ sensum explicemus, ut cuius personæ uerba sint declaremus dicentis: Quoniam inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus. Hæc uerba Christi sunt. Hoc est enim quod & inter cætera Hieremias testatus est, dicens: Post hæc in terris uisus est & inter homines conuersatus est. Hic enim habitauit in nobis, dicente Ioanne Apostolo: Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et quia deus noster est, dicit iterum Hieremias: Hic est deus noster. Et quia populus eius sumus, dubium non est, ecclesia enim Christi est, ideoque separari nos uult ab omni contaminatione ut suscipiat nos in filios, sicut dicit: Filio-li adhuc modicum tempus uobiscum sum. Et quia omnipotens est, puto ambigi non debere. Si enim sicut ipse dicit: Quæcunque facit pater eadem & filius facit similiter hoc est, filium omnia posse quæ potest & pater. Si quid non potest pater, non potest & filius. Si idoneus est filius qui dicit de patre: Apud deum autem omnia possibilia sunt: Hoc testimonio & nos ad puram uitam exhortatus est, ad dominū nostrum Iesum Christum, iam olim dominum nostrum, & suscepturum nos in affectu charitatis suę prædestinatum ostendit.

Leuit. 26.

Esa. 52.

Baruh. 3.

Ioan. 1.

Ioan. 17.

Ioan. 5.

Matth. 19.



HAE Cergo habentes promissa charissimi, mundemus nosmetipsos ab omni inquinamento carnis, perficientes sanctitatem spiritus in timore dei. Manifesta sunt quae dicit. Inquinamentum tamen carnis multiformiter intelligendum est. Ideo etenim non dixit ab inquinamento carnis, sed ab omni inquinamento, ut tota vitia carnalia fugiamus. Omne enim quod lex prohibet carnale est. Ut perficiamus sanctitatem spiritus in timore dei. Sanctitatem sic perficimus spiritus, si in timore dei recta sequamur, ut sub nomine Christi à peccatis nos abstinentes sancti simus. Qui enim sine professione Christi à vitis se cohibere videntur, sancti sunt iuxta mundum, non secundum dei spiritum, quia secundum deum hi mundi sunt, qui fideles sunt, ceteri uero qualesuis sint immundi sunt. Quicquid enim sine Christo est, immundum est, sicut dicit ad Titum, quia infidelibus nihil est mundum, inquinata est enim eorum mens & conscientia. ¶ Capaces estote nostri, nemini nocuimus, neminem grauauimus neminem circumuenimus. ¶ Considerare uult illos quae dicit, ut receptis his in animum, conferant secum uera esse quae loquitur, & spernentes hos quos tangit, omnem animum transferant ad eos quos uident uero affectu se diligere: Pseudo enim Apostoli erant qui & nocebant illis, corrumpentes sensus illorum, & grauabant facculos eorum circumuentione serpentina astutiae. ¶ Non ad condemnationem dico. ¶ Hoc est, non uos abijcio, sed ut corrigatis moneo: Qui enim aliquem condemnat, non illi dimittit. ¶ Praedixi enim quia in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendum. ¶ Ex praedictis uult illos cognoscere quo animo loquatur ad eos. Quos enim participes uult habere & ad praesentes passionem pro Christo & ad futuram uitam, non urique illos abijcit, sed ut participatione dignos se faciant exhortatur.

MVLta mihi fiducia ad uos, multa mihi gloria pro uobis. Repletus sum consolatiōe, superabundo gaudio super omni pressura nostra. ¶
Fiducia

Fiducia haec de primae epistolae corruptione est, quia quia non aspere susceperunt, fiduciam dederunt admonendi se. Visi sunt enim uelle corrigere se, unde gloriatur pro his. Animum etiam suum consolatum ex hac parte pronunciat, intantum ut in omni pressura superabundare se gaudio obtectetur. Videns enim esse spem in his pro quibus angustias patitur, gaudet cum tribulatur, certus mercedem se à deo accepturum acquisitam salutis eorum. ¶ Etenim cum uenissemus in Macedoniam nullam requiem habuit caro nostra. ¶ Pressuras & caedes memorat quas patiebantur causa credentium, ut magis promoueret eos ad charitatem. Nullam, inquit, requiem habuit caro nostra: ut compaterentur eis, certi quia pro salute fidelium animas suas traderent usque ad mortem. Antequam digereretur enim tribulatio & corporalis iniuria, altera ueniebat ut requies patienti non esset. Nam quoniam sensu bruta est omnis caro, idcirco nullam requiem hanc habuisse uel habere in passione significat. Animam autem quamquam ipsa patiebatur in corpore, ex hac tamen parte requiem habere, qua sperat pro tribulationibus his quae pro fide irrogantur, à perdidis daturum deum mercedem. Denique in ipsa pressura deo hymnos canebant. ¶ Sed in omnibus sumus assisti. ¶ Iuxta historiam, domino uocante intrauerunt Macedoniam, & cum non pauci credidissent, inuenissent quae solatium Lydiae mulieris quae cum omnibus suis credidit, tunc factum est ut spiritum pythonem, id est, diuinum fugaret de ancilla quorundam qui uidentes perdidisse se non minimum quaestum quem puella referebat diuinando, concitauerunt seditionem Paulo & Sylae & traxerunt eos ad forum ad magistratus, qui multas eis plagas imponentes miserunt eos in ima carceris, ita ut pedes eorum in neruo cōcluderent. Haec est pressura quam passi sunt in Macedonia, & hinc est unde dicit: Nullam requiem habuit caro nostra. ¶ Fortis pugnae, intus timores. ¶ Pugnae erant corpori dū cederetur. Aio timores. Illic enim timor est ubi intellectus est. ¶
Sed



Sed timor hic propter eos erat quod crederant, ne passione eius scandalizarent. Nam sibi quid iam timeret qui patiebatur: Præterea cum dicat in actis apostolorum: Non solum ligari sed & mori paratum se pro nomine domini Iesu Christi: Videtur enim totum hominem afflictum in carne significasse, ut ex parte spiritus qui homini datus maneat, qui impassibilis est, affligi potuisse minime intelligitur: Sed ut homo totus ex parte corporis & animæ afflictus in carne dicatur, ex parte vero spiritus impassibilis. Potest & sic intelligi, ut foris pugna, id est in publico à perfidis fierent contra fidos, dum furore pleni resistebant ueritati, cuius rei nuncius intus timores generabat ubi erat apostolus. Quis enim homo non timeat angustias: Sed quia in dei rebus propensior erat, timorẽ hunc spe superabat. ¶ Sed qui consolatur homines, consolatur est nos deus in aduentu Titi. Quoniam deus suorum non est immemor, sed semper dat eis in tribulatione solatium, accelerauit aduentum Titi, ut refrigerio esset positus in seruore. Magna enim est consolatio patientis si secum habeat condolentem. ¶ Et non solum, ait in aduentu eius, sed & in consolatione qua consolatus est in uobis. Plus addit ad consolationem, quia audisse se à Tiro significat conuersationis eorum promptam uoluntatem, intantum ut Titus qui dolorem habebat in obauditionis eorum, consolationem acciperet de penitentia illorum. Quantum affectum haberet circa eos ostendit Apostolus, ut nec in carceris, nec plagarum dolore computaret scissi corporis, neque neruum quo pedes eius conclusi erant, sed audita correctione eorum lætaretur, immemor factus passionum, deo gratias ageret pro eorum salute, sic hoc æstimans quasi remunerationem tribulationum. ¶ Annuntians nobis uestrum desiderium. Nuntiauit Titus desiderium habere illos emendandi se. Addiscentes eorum quæ promissa sunt bene uiuentibus, incitati sunt ad desiderium horum. ¶ Vestrum fietum. Corrupti se habant, dolentes quia peccauerunt, nec excusare nisi sunt, unde gloriatur in his. ¶ Vestram æmulationem

pro me. Addiscentes enim charitatem apostoli erga se, ceperunt illum defendere contra aduersarios. ¶ Ita ut magis gauderem, quia & si contristauis uos in epistola, non me penitet. Manifestum est non debere peniteri ex hac re quam secutus effectus est, quoniam seuerius in prima epistola corripuit errores eorum. Non, inquit, me penitet asperius scripsisse, quia hoc causa poposcit. ¶ Et si peniteret ait, uideo quia illa epistola & si contristauit uos ad horam, nunc gaudeo. Hoc dicit, quia si me peniteret, inquit, propter charitatem quia uos contristauis, consolatio succederet gaudij quia profuit quod uos contristauis. ¶ Non quia contristati estis, sed quia contristati estis in penitentiam. Contristati enim estis secundum deum. Idcirco gauisum se dicit, quia cum pudore contristati sunt non cum ira. Qui enim reprehensus pudore patitur, corrigere se promittit, qui uero irascitur se futurum ostendit. ¶ Vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Vt omnia, inquit, nostra effectum habeant in uobis, etiam quod contristauimus uos, pro uobis est. Quæ enim secundum deum est tristitia, penitentiam ad salutem stabilem operatur. Manifestum est, quod qui tristis est quia peccauit, secundum deum tristis est, dolet enim quia fecit quod odit deus. Hoc ad stabilitatem salutis pertinet. ¶ Tristitia autem huius mundi mortem operatur. Hoc dicit, quia sicut secundum deum tristitia uitam operatur, penitet enim & sperat dei misericordiam, ita secundum mundum tristitia mortem operatur. Detestus enim peccator tristis est, quasi puniendus, non habens à quo speret misericordiam, & si forte ad præsens defuerit qui undicet, dei tamen iudicium euadere non poterit. ¶ Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristari quantam in uobis efficit sollicitudinem. Verum est, quia penitet sollicitus est, ne denuo peccet. ¶ Sed excusationem. Recte, quia penitentia non habet excusationem, sed confessionem. ¶ Sed timorem. Ostendit timorem in peccato, qui delicti causa ueniam postulat. ¶ Sed desiderium. Desiderat reformari se, qui se scit factum per

X peccatū



COMMENT. D. AMBRO.

peccatum deformem. ¶ Sed æmulationem.) Zelum in
cipit pati bonorum operum perficiendorum, qui intelli-
git pro se esse quod corripitur. ¶ Sed uindictam.) Necess-
se est ut quis uindictam eum cuius erga se sentit affectum, &
in seipsum uindictam, qui se causa delicti affligit. ¶ In
omnibus castos uos exhibuistis esse negotio.) Quando
omnia quæ ad profectum melioris spei pertinent medi-
tari uidentur, zelum habentes apostoli & præceptoris
sui in omnibus officijs humanæ conuersationis, duce fi-
de probos se uideri contendunt. ¶ Igitur & si scripsi, nõ
propter eum qui inique uersatus est.) Inique uersatũ di-
cit illum qui incestum admiserat: Nec nõ etiã hos tangit,
quos iniurias et fraudes fratribus in prima epistola fecisse
significat. ¶ Sed neque propter eum qui inique tractatus
est.) Hi inique tractati sunt, qui à fratribus contraria pas-
si sunt. Hic sensus est quem in capite epistolæ memorat,
ubi dicit: Si cui aliquid donastis & ego ostendit em non
magis horum causa qui peccauerunt scripsisse illis remitti
illis debere, sed magis propter ecclesiam, quia in uno
male agente, multi sunt qui confundantur, & in uno cõ-
tumeliam aut fraudem patiente, multi sunt qui indignetur,
quia si patitur aliquid unum membrum, comparatur
omnia membra. ¶ Sed ut manifestaretur sollicitudo
nostra quam pro uobis habemus coram deo.) Emendã-
do iniustos & pollutos sanctificando & ecclesiæ reconci-
liando, totius populi sollicitudinem se habere demon-
strat secundum quæ supra memorauimus. ¶ Ideo & consolã-
tionem accepimus.) Accepisse se, ac per hoc & dare dicit
consolationem. Accepit autem cum dicit, corrigere uelle
quos arguebat, ut per penitentiam se reformarent. ¶
Dat autem dñs eos reuocat ad ecclesiam, ne diu cõristati des-
perarent de se, & ad publicam & funestam uitam decli-
narent. ¶ In consolatione autem nostra, magis magisque
gausi sumus super gaudio Titi, quia requieuit spiritus
eius in in omnibus uobis.) Corruptos per primã episto-
lam audiens uelle corrigere, consolationem accepit. ¶
Tito autem addiscens quia dolorẽ paterentur erroris sui,
auctus

IN EPIST. AD CORIN. 323

auctus est in cõsolatiõne gaudio repletus, quia uoluitis eorũ
in opere cõperat approbari, Tito hoc idoneo teste cum
 læticia animi referente. ¶ Quis in quibuscumque pro uobis
gloriatum sum, nõ sum confusus.) Anteq̃ pergeret Titus
ad Corinthios, audiuit ab eis, id est ab apostolo & g. erãt
cum eo, bonam uoluntatem esse Corinthios in emendã
disuitijs, ac per hoc regresso & eadem referente, non
utiq̃ confusus est apostolus, sed alacer factus est, quia
non aliter inuenerat Titus q̃ audierat ab eis. ¶ Sed quem
admodũ oĩa uobis in ueritate locuti sumus, ita & gloriã
atio nostra apud Titũ uita facta est.) Exultãtis in spiritu
hæc scribit Apostolus, sic gaudet in his, ut efficacitã eorũ
tam uerã probet q̃ est, & prædicatio eius ad eos in corre-
ptione duntaxat. Veritas enim arguentis in eo ipso tunc
uideat eẽ manifesta, si hi qui arguuntur incipient emen-
dare se. Dum enim correpti immutantur testimonium
perhibent arguenti. ¶ Et uiscera illius abundantius
in uobis sunt.) Animum & affectum Titi dicit in eis,
quia uidit in profectum illorum. Sancti enim animus
in omni bono est. ¶ Reminiscens omnium uestrum
obedientiam, quò cum timore & tremore excipistis il-
lum.) Scientes Corinthiũ ab apostolo esse missum Ti-
tũ, ac in tantis uitijs, ab apostolo fuerãt correpti, territã
sunt in aduentu eius. Et quia uitam suam cõperant emẽ-
dare, sollicitierant obedire præceptis eius, ut regressus
animum apostoli mitigaret eis, quò obrem Titũ laudã-
se significat. In Tito enim apostoli reueriti sunt. ¶ Gau-
deo quod in omnibus confido in uobis.) Non solũ in bo-
na uoluntate eorũ lætatur est, sed & in opibus bonis quibus
quæ peccauerant emendabant. Ideo in omnibus, inquit,
confido in uobis. CAPVT VII.

Noram autem facimus uobis fratres gratiam dei
quæ data est in ecclesijs Macedoniæ quò in mul-
ta probatione presurã abundat gaudium ipso-
rum.) Quomam deuoto animo perceperunt uerbum fi-
dei, idcirco eis gratiam datam à deo dixit, ut in tribu-
latione Pauli & Sylæ quam supra memorari scan-

324 **COMMENT. D. AMBRO.**

dalum non paterentur, sed in exultatione mentis acciperent confidentes de spe promissa ut probatos se horum passionibus demonstrarent. ¶ Et quod profunda paupertas illorum abundauit in diuitiis simplicitatis eorum. ¶ Votum eorum prædicat, quia cum tenues essent substantia facultatum, animus ipsorum diues inuentus est in ministerio sanctorum: pura enim conscientia operati sunt, non ut hominibus, sed ut deo placerent. ¶ Quia pro uiribus testimonio illis sum, et ultra uires uoluntarij fuerit. ¶ Quantum dignum fuit & deo placitum, qui uires illorum scit, in facultatibus dederant ad ministerium. Et quia ex toto corde deo se dederant, amplius uolebant offerre eorum uires admittebant. ¶ Cum multis precibus orantes nostram gratiam & communionem ministerij quod est in sanctos. ¶ Tam simpliciter & deuoto animo obtulisse illos ministerium quod ultra uires eorum erat prædicat, ut cum lachrymis deprecantes offerrent, ut uel sic cogere accipi à se, quod accipiendum non uidebatur, quia plus erat quam poterat eorum substantia, ne forte eis postea egestas boni operis penitentiã suaderet. Sed quia tales se ostenderunt ut puro animo iam præsentia postponentes, futuris se promissionibus confidentia fidei confirmarent, accipi ab eis uisum est, ne boni cordis gratia, fructum amitteret. ¶ Et non sicut sperauimus, sed semetipsum primum dederunt deo, deinde nobis per uoluntatem dei. Idcirco inquit ab his accipi debuit: quia prius emendantes errores pristinos & uitia uitia ac morum ultra quam sperabatur, deo se deuouerunt. Visum est enim simpliciter illos hoc agere, ut nec timeret cui offerebatur accipere, quia utique non hoc animo offerebant, ut redimètes præpositos suos: uitia eorum paterentur nec arguerent, quia munera excæcant oculos & uim autoritatis inclinât. Dantes ergo se deo dum emendat uitia, deinde dum fratribus offerunt sumptus, contristari non debuerunt, qui ante prope quã inciperent perfecti esse uoluerunt. Horum igitur exemplo inuitat Corinthios, ut ea quæ cœperant, hac exhortatione audiã

IN EPIST. AD CORIN. 325

auditi, mente sedula, consummarèt. ¶ Ita ut rogemus Titum, ut quemadmodum cœpit, ita consummet in uos etiam gratiam istam. ¶ Quoniã Titij affectum sciebat syncerum circa istos, nec non hos obedientes ei, idcirco per ipsum etiam ad hoc opus exhortari illos facilius posse significat, ut quomodo in cæteris rebus exhortationis suæ habuit fructum in eis, haberet etiam in hac gratiam ut ad ministeriũ sanctorum promptos eos faceret, ut gratiam uitia emendabant, huius largitatis fructum haberet. Qui enim ad hoc dant ne arguantur, nullum fructum huius rei habebunt,

Vos autem quemadmodum in omnibus abundantis, fide & sermone & scientia & omni sollicitudine, & insuper illa quæ ex nobis & uobis est charitate, ut & in hac gratia abundetis. ¶ Magis exhortatur illos, ut gloriatur de his apud cæteras ecclesias. Hæc est enim probatio emendationis eorum si prompti sint ad ministerium sanctorum. Non secundum imperium dico, sed propter aliorum sollicitudinem, & uestræ charitatis bonum comprobans. ¶ Manifestum est, quia nõ imperat sed exhortatur, ut penuriam patientibus mitant sumptus, & releuet sollicitudinem illorum, bonum animum suum deo & hominibus ostendentes, pro qua re sine dubio mercedem accipient. ¶ Nostis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quia propter uos pauper factus est cum diues eët, ut illius inopia uos diuites essetis. ¶ Pauperem Christum dicit factum, quia deus nasci dignatus est homo, uirtutem potestatis suæ humilians, ut hominibus diuinitatis diuitias acquireret, ut sicut dicit Petrus apostolus, diuinæ essent consortes naturæ. Homo ergo factus est, ut hominem in deum assumeret, sicut scriptum est. Ego dixi dijs estis. Hoc modo exhortatur, ut largiendo quasi pauperes fiant, ut proficit paupertas eorum, sicut Christi paupertas profuit nobis. Christus quidem nostri non sua causa pauper factus est, nos autem ut nobis proficiat. ¶ Et consilium in hoc do. Hoc enim uobis utile est qui non tantum facere,

X 3 sed

2. Perri. 10.
Psal. 81.



sed & uelle cepistis ab anno priore. Nunc ergo & facere consummate, ut quemadmodum prompta est uoluntas in uobis uelle, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis.) Hoc dicit, ut uoluntas illorum in opere appareat, si uera est secundum uires, ut tantum det, quantum potest & uult animus ut munda fiat conscientia, non in simulatione ut hominibus placeat, & mercedem apud deum non habeat. ¶ Si enim uoluntas prompta est secundum facultatem, acceptabilis est non secundum quod non habet. ¶ Quomodo Corinthij ad hoc opus ministerij prouocantur, hoc eis indicitur ut non plus tribuant quam possunt, ne plus forte offerentes coacti non uoluntarij, grauati uiderentur sine mercede futuri: quia qui coactus aliquid facit, mercedem non habet. Ecclesie enim Macedoniae ultro obtulerunt cum precibus ut probaret tota uoluntate se hoc facere, ut plus offerant quam poterant. Ideoque acceptabile fuerunt. Quanto enim amplius obtulerunt tanto plus accepturi sunt. Nam si tamen quis det quantum uult aut potest, acceptum est. Iudicio enim uidetur hoc facere, ac per hoc tamen det quantum potest & uult animus, ut rei huius possit habere mercedem. ¶ Non enim ut alijs refrigerium sit, uobis autem angustia.) Verum est, quia sicandum est ut non egestatem praestet donantibus. ¶ Sed ex aequitate in hoc tempore.) Dicit hoc ut quantum habet ad tempus diuidat cum sanctis. Non enim plus exigitur quam sibi debet retinere: quia diliges inquit proximum tuum, sicut te ipsum. Vnde de Zacharus: Ecce dimidium inquit bonorum meorum do pauperibus. ¶ Ut uestra abundantia ad illorum inopiam & illorum abundantia fiat ad uestram inopiam.) Hoc est quod dicit, ut quia iuxta tempus sancti inopiam patimur deserentes omnia mundi, & se in diuinis solis operibus constituentes, ut doctrinae & orationi insisterent ad profectum multorum, hi qui credunt, quique artibus aut negotijs insistant, aut certe facultates paternas habent ministrant sanctorum inopiam, & iterum sancti illic ubi diuites sunt & isti inopes communicent eis quam uicem rependentes ministerio illorum, sicut dicit dominus

Luc. 19.

minus. Quamdiu fecistis uni ex minimis istis mihi fecistis. ¶ Ut fiat aequalitas sicut scriptum est.) Haec est aequalitas, ut quia isti in hoc tempore ministrant sanctis, reddant illis uices in futuro, debitores enim sibi faciunt sanctos. ¶ Qui multum habuit non abundauit & qui modicum non minorauit.) Hoc in exodo legitur. Plus enim sancti habent in spe futuri seculi, magis quam hi qui in hoc tempore uident diuites, & tamen aequantur illic utriusque, ut sicut beneficio horum sanctorum inopia sustentat: ita & beneficio sanctorum diuites fiant in futuro seculo, in quo uidentur pauperes. Non enim totos se dederunt deo, ut hic pauperes, illic essent diuites, sed ex hac parte qua hic diuites sunt illic pauperes, sanctorum suffragio qui hic positiana illic mente sunt ditabuntur. Non enim qualecunque meritum est de iustis laboribus ministrare sanctis. ¶ Gratias autem deo quod dedit hanc ipsam sollicitudinem pro uobis in corde Titij, quoniam consolationem quidem accepit.) Deus qui iustus est sciens Corinthios uelle proficere, Titij affectum incitat circa eos, ut adimpleret exhortatione sua uoluntatem illorum in opere bono, qui uidens profectum illorum consolatus est, statutus in eis. ¶ Cum sit autem sollicitior uoluntarius profectus est ad uos.) Hoc est uidens proficere illos circa bonos actus sollicitior factus est circa affectum illorum: ita ut uoluntarius proficisceret ad eos qui prius etiam rogatus excusaret ab eis propter uitia illorum. ¶ Misimus autem cum illo fratrem nostrum cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Non solus autem, sed etiam ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostrae in hac gratia quae ministratur a nobis per domini gloriam & sollicitudinem nostram.) Itum commendat, quia ignorabat ab his, ut scirent in quantum iam essent boni opinione ad huiusmodi tales uiri mittebant, ut cogauderent eis, augentes eos in fide operationis dei, ad cuius gloriam hoc sollicitate agebat uicarij Christi, ut conditor deus caeli & terrae agnosceret in his. ¶ Deuitates hoc, ne quos uituperet in hac plenitudine, quae ministrat a nobis.) Quomodo de ministerio agebat, ideo hoc subiecit ne negliges

Math. 25.

Exo. 16.

5 circa



circa curam pauperum uel sanctorum iudicaretur, si hoc signus ageret. De hac enim re constituerant inter se apostoli ut memores essent pauperum, quod ad Galatas significat. Cum ergo inuituperabilis esset in omnibus apostolus, ne in hac causa indiligens iudicaretur, idcirco hoc se pronomine significat, ut hoc opere impleto in omnibus sollicitudo eius & prouidentia appareret. ¶ Prouidentius enim bona, non solum coram deo, uerum etiam coram hominibus. Prouidet bona coram deo, dum quod iubet deus circa ministerium sanctorum uel pauperum fieri docet. Coram hominibus uero prouidet bona, quia tales mittit ad hoc opus exhortandum, quod probitate sua non facient eis scandalum, sed prouocent eos ne bona doctrina apostoli, per improuidos ministros eius in uituperationem caderet. ¶ Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis saepe sollicitum esse, nunc uero multo sollicitiorem multa fiducia uestri, siue per Titum qui est socius meus & adiutor in uobis, siue per fratres nostros apostolos ecclesiarum gloriae Christi. Titum ideo socium suum uocat, quia & ipse episcopus erat, cui ministerium dedit notum in omnibus ecclesiis ipsius provinciae. Quibus addit & tertium fratrem, probatum in multis operibus bonis atque sollicitum. Per Titi autem relationem referentis bonam uoluntatem Corinthiorum & ceterorum missorum, quos apostolos ecclesiarum gloriae Christi appellat, sollicitiorem se factum ostendit, uidendi illos & exhortandi ad ministerium sanctorum. Fiduciam enim accepit, audiens meliores esse factos Corinthios. Unde satagebat ad eos certus quia obaudirent bona opera facere. ¶ Ostentationem ergo charitatis uestrae & nostrae pro uobis exultationis demonstrare in ipsis in facie ecclesiarum. Comonet eos, ut in his quos mittit dilectionem suam ostendant, ut bona quae de ipsis audierant uera probarent. Sic enim ostendebant profecisse se monitis apostoli si missos ab eo cum honore exciperent, ut ceterae ecclesiae agnoscerent uera esse bona quae de ijs dici coeperant. Prouocat ergo animos

mos eorum, quia de quo bene sentitur, solet se meliorem praebere.

CAPVT IX.



Am de ministerio quod sit in sanctos superuacuum est mihi scribere uobis. Scio enim promptam uoluntatem uestram de qua pro uobis glorior, apud Macedones. Et haec oblectantis uerba sunt. Superfluum enim esse dicit scribere se de ministerio quod sit in sanctos, ut de his bene sentire uideatur. Superfluum est enim si commoneas eum quem scias facturum. Sed ut diligentiam suam ostendat, necessarium est ut scribat, & ut hos promptiores faciat, & quid de eis ceteris praedictet, manifestet. Nam superflua solent maiorem parere sollicitudinem. Nam & dominus non dubitans de amore erga se Petri apostoli, tertio dicit ei: Simon Ioannis amas me. Quae trina repetitio quasi superflua uidetur, sed prodest ad perfectionem monitionis, ut sciant magna se cum diligentia debere curare quod frequenter mandatur. ¶ Quoniam Achaia parata est ab anno priore. Post Macedones Achaia, id est ecclesiae provinciae Achaiae non omnes, quia & Corinthii Achaici sunt, praeparauerant se aemulatione ducti Macedonum ut ministrarent sanctis. Quo dicto plus exhortatur Corinthios cum dicit illos paratos ab anno priore, sed expectare iam hoc ut diuideretur ministerium illorum pro uniuscuiusque necessitate. ¶ Et uestra aemulatio prouocauit plures. Post Macedonas Achaia parata dicit, deinde ut & Corinthii fiant parati secundum promissum suum: cetera uero ecclesiae aemulatione Corinthiorum dum audiunt illos prius multis erroribus fuisse implicatos, post autem corrigentes se bonae uoluntatis effectos, incitati sunt ad bonum opus, quia si hi qui post acceptam fidem male defati sunt, hanc acceperant habere uoluntatem, quanto magis isti in quibus haec uita non sunt reperia? ¶ Misimus autem fratres, ne gloria nostra qua uos praefereimus inanis fiat in hac parte, ut quemadmodum dixi praeparati

Ioan. 20.



Titus.) Hos fratres memorat, quos supra, id est, Titum & quos ei adiunxit adiutores, qui impensius exhortarentur eos ad promissionem implendam in ministerio sanctorum, ut non solum literis, sed & facie ad faciem oblectarent eos crebris admonitiōibus, ne exultatio apostoli qua in spū dore animi eorum gloriabatur euacuaretur. Sæpius ergo hoc memorans sollicitudinem suam circa eos ostendit, nolens illos confundi. ¶ Ne cū uenerint Macedones mecū & inuenerint uos imparatos, erubescamus ut non dicam omnes uos in hac parte.) Manifestum est, quia si non hoc inuentum fuerit quod testificatus est de his, & ipse erubescat in ipsis, & ipsi amplius confundantur, qui nec propterea quod testis eis extitit apostolus, id agere nisi sunt, quo uerum illud facerent uel propter tanti uiri personam. ¶ Necessarium ergo existimaui rogare fratres ut præcederent ad uos & præpararent promissam benedictionem hanc uestram paratam esse. Sed sic quasi benedictionem nō quasi circūuentionē.) Ut sollicitudinem suam adhuc manifestet, rogasse se dixit fratres per quos admoniti adimplerent, quod promiserat & non implebant. Cum supra Titum dicat uoluntariū profectum, hoc est, non illi fuisse extortum, sed mox ut audiuit, libenter amplexus est, ut uideatur uoluntarius ad illos profectus propter spem illorum: nunc non ideo se rogasse hos significat quasi nolentes ire, sed suam affectum probat circa illos, quando uolentes ire insuper rogat, ut sine aliqua mora fiat quod & illi uolunt & hic precatur. Hoc ergo ait cū his ut in promissione sua fideles sint, & se ideo commonere propter existimationem illorum, non circūuenire, sed ut tantum offerant, quantum non peniteat. ¶ Hoc autē dico: Quia qui parce seminat parce & metet.) Parcum auarum significat cui extorquetur ut inferat: Penitet enim quia promisit. Hoc de tarditate illorum collegit qui olim promiserant & diu delibebant: huic parco perparua messis est quia cum dubitatione seminat, nescit enim prodesse quod facit. ¶ Qui autem in benedictione seminat, in benedictione & metet.) Hic in benedictione seminat, qui bona uolunt

ate sub spe futuræ retributionis hoc facit. Vnusquisque secundum propositum cordis, non ex tristitia aut necessitate: Hilarem enim datorem diligit deus.) Docet illos tunc prodesse hoc in futurum, si læto animo fiat. Ex his enim qui inferunt, hunc elegit deus, cui retribuitur, qui deuoto corde operatur, quasi thesaurizans sibi apud deum, quia qui inuitus facit propter præsentem pudorem, ne alijs inferentibus turpis inueniatur, mercedem non habet. ¶ Potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in uobis.) Dei potentiam adesse illis exoptat, ut sicut in emendandis uitijs & doctrinæ ueritate compungit corda illorum, ita & in hoc faueat cepris illorum, ut absudet in omni opere bono per gratiam dei. ¶ Ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omni opere bono.) Hoc dicit & optat, ut in omni re semper sufficientes sibi sint dei nutu, nec indigeant his quæ ad salutem necessaria sunt. Si ergo sufficientiam solam sibi eligant, poterunt in dei opere abundare. Illud enim sibi retinendo quod sufficit, cætera in usus sanctorum uel pauperum impendant necessesse est, & hoc erit abundare in omni opere bono. Licet enim exigui hominis paruum sit quod tribuit, abundat tamen quia recto iudicio fit, & nō solum quaeritur quantum, sed & de quanto & quo animo detur. Denique illa uia in euangelio de paruo laudata est, & qui multa mittebant laudari non sunt. Illius enim paruum multum est, quia plus misit quā poterat. Diuites autem minus miserunt cum plus possent, ac per hoc modicum illius quia ultra uires suas misit, plus inuentum est, quod diuitū multum, quia de eo quod abundabat eis miserunt. Qui ergo tantum dat quantum potest, recte facit, uideam tamen illam ante se habet, quia hæc omne quod habuit misit. ¶ Sicut scriptum est: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternū.) Hoc in psalmo scriptū ē, iii. Per exemplū addit ad curā pauperū, ut in omni opere bono abundant. Si enim huius qui pauperibus largitur iustitia manet in æternū, quanto magis eius qui ministrat sanctis: Pauperes enim possunt dici qui publicani egeni sunt.

Luc. 21.



Sancti enim discernuntur ab his, quia hi serui dei sunt insipientes orationibus & ieiunijs puram uitam agentes, sicut & Anna prophetissa quae non discedebat de templo, ieiunijs & orationibus seruiens die ac nocte, omnem mundi curam postponens. Misericordia ergo haec iustitia appellata est, quia si sciens qui largitur, omnia deum communiter omnibus dare, quia sol eius omnibus oritur, & pluit, & terram omnibus dedit, idcirco diuidet cum his qui copiam terrae non habent, ne beneficijs dei priuati uideantur. Iustus ergo est qui sibi soli non detinet quod scit omnibus datum, & iustus non solum in tempore, sed & in aeternum, quia in seculo futuro hanc habebit seculum in perpetuum. ¶ Qui autem subministrat semen seminanti, & panem ad edendum ministrabit & multiplicabit semen uestrum, & amplificabit fructum iustitiae uestrae, ut in omnibus locupletemini in omni simplicitate. Omnia dei sunt, & semina & nascetia dei nutu crescunt & multiplicantur ad usum hominum. Deus ergo qui haec dat, ipse & iubet de his communicari eis qui indigent: ac per hoc non poterit qui tribuit iuxta dei uoluntatem, dei nutu non augeri incrementis huiusmodi ad amplificandum fructum iustitiae. Danti enim addit, ut eo amplius habeat unde largiri. Haec est iustitia, ut quia deus dat, retribuatur ex eo homo ei cui deest. Hos enim uult ministrare esse eorum, qui potiora eligentes, copias praesentis temporis spernunt, totos se dei rebus obligantes. Vnicuique enim secundum bonam uoluntatem deus praestat auxilium. Sancti enim qui nihil uolunt hic possidere, nisi uictum habere et uestitum: hos qui hic habere uolunt, tutores illorum deus esse disposuit, ut qui bene & simpliciter eis ministrauerit amplificetur dei nutu, ut habeat unde largiri semper, & ad praesens locupletatus & in futurum. Semel enim seminans bis metet, ita ut si futuris consulit spebus, nolit eos subiectos habere, sed magis se eis inclinaret, quia a deo huius rei accipiet mercedem. Si enim ad praesens humiliari eos sibi uoluerit, spem futurae amittit. Hic enim accipit mercedem operis sui, non simpli

simpliciter hoc agens, sicut dicit dominus. Amen dico uobis perceperunt mercedem suam. ¶ Si quis operatur pro nos gratiarum actionem deo, quoniam ministerium officii eius non solum supplet ea quae desunt sanctis, sed abundauit per multarum gratiarum actionem in deo, per probationem ministerii huius magnificantes deum in subiectione confessionis uestrae in euangelio Christi, in simplicitate communicationis in illos, & ipsorum orationes pro uobis desiderantium uos uidere propter superabundantem gratiam dei in uobis, Gratias deo super inenarrabili dono eius. Hoc dicit, quia quicumque operatur per dispensatores doni dei hoc opus, unde gratiae augentur deo, ab his qui necessarios sumptus accipiunt sub nomine Christi, non mendicanti subiecti sed deo, de cuius bonis alii se norunt, non tantum ab eis gratiae illis referuntur, sed a reliquis fratribus qui pro his gratias augent deo, commendantes factum ipsorum domino, ut paucis tribuentes a multorum obsecrationibus deo commendentur. Probantes enim mentem eorum in hoc opere, magnificant in eis dominum, cuius spe firmati obediunt euangelio Christi in subiectione mentis, ne uelint eos sibi humiliari ut praebent quae necessaria sunt sanctis. Et hoc erit in simplicitate hoc agere communicationis illorum, commendantes se orationibus illorum & desiderijs eorum. Quis enim non cupiat oculis uidere, necessitatibus suis propter dei nomen subiectos? Denique dei dona uocantur. Deo enim dat qui in his ministrat, quia qui iubet fieri ipsi imputatur quod datur. Gratias deo in his agentes, & super ineffabili dono eius. Donum enim dei est quod incitat homines ad bonum opus, spes enim promissa laesit ad ministerium supradictum.

CAPVT X.



Pse autem ego Paulus obsecro uos per meam suetudinem & modestiam Christi, qui ad faciem quidem humilis sum in uobis, absens autem confido in uobis. Hoc est quod nunc dicit, quia talis est absens qualis & praesens



præfens. Nec enim humilis erat ad faciem adulatione
aut subiectione alicuius rei, qui constantiam suam sic ze-
labatur ut aliquando etiam a licitis temperaret ne incli-
naretur. Vnde dicit in alia epistola: Omnia mihi licent
sed ego sub nullius redigar potestate, esca uetri & ueter
efcis, & hunc & hæc deus destruet. Ideo ergo absens obse-
cratur & modestiam Christi interponit, ne præfens du-
rior inueniatur causa uitiorum eorum quæ est in episto-
la, ut componentes qui se adhuc nõ emendauerant, mol-
lirent sibi rigorem apostoli, ut moderatos eos inuenies,
pressa seueritate lætaretur in eis. Confidentiam itaq; fi-
duciam seueritatis significauit: quæ forte in epistola ran-
tum habere putabatur, non tamen præfens facie, quia
in prima epistola seuerus & nimis rigidus uidebat, ideo
commonet ne eadem seueritate præfens utatur, sicut nõ
sperabant.

ROgo autem ut nõ præfens audeam per fiduciam
qua existimor audere in aliquos qui arbitratur
nos secundum carnem ambulare. Idem sensus è
quem ut dilucider repetit. Orat enim ut tales illos inue-
niat, ne cogatur irasci, sed ut requiescat cum eis. Hic er-
go aperuit quod supra significauit, & adhuc in subiectis
plenius manifestat, hanc esse confidentiam quam hic fi-
duciam dixit, datæ sibi potestatis à Christo cuius uicari-
us est, ut iudicet eos qui sub nomine Christi agètes, nõ
obaudiunt ut corrigant in quibus reprehenduntur. Hos
dicit qui non recipiendo spiritalia quæ ab apostolo di-
cebantur, sic eum existimabant quasi carnalia loqueretur
quæ recipienda non essent. Ideo dicit: Qui nos arbi-
trantur secundum carnem ambulare, quia qui spernit spi-
ritalia putat illa carnalia. ¶ Nam in carne ambulantes
non secundum carnem militamus. Hoc est in corpore po-
siti spiritaliter uiuimus. Spiritaliter autem uiuit qui fa-
cit quod placet deo. Hic ergo secundum carnem militat
qui desideris carnis obtemperat. Omnis enim error, ca-
ro dicitur. Christo autem ipso militat qui obaudit eum
in fide & disciplina. ¶ Arma enim militiæ nostræ non

carnalia sed, fortia deo. Ideo fortia, quia incorrupta. Oia
enim carnalia corrupta sunt. Arma ideo, quia repugnant ui-
tijs, signum habentia imperatoris sui Christi, qui hostis è
uitioꝝ. Sicut enim impator per milites suos uindicat suum
regnum, ita & saluator per nos seruos suos defendit unius
dei, professionem & disciplinam. ¶ Ad destructionem munitionum
cogitationes destruentes, & omnem altitudinem, extollentem
se aduersus cogitationem dei. Arma spiritalia fides est in-
corrupte predicationis. Per hæc deus uincit principes et po-
testates, quos constat ut sibi usurpet imperium, extolli contra
fidem Christi, cogitationibus se hominum inserentes ut auocet
eos à dei domino, quas cogitationes destruit uitas fidei. Mu-
nitiones ergo principes dicit & potestates & spiritalia ne-
q̄tis, quæ se extollunt & armant infidelium animos ad contradicen-
dum Christo, contra quos pugnat dei lex dissipans consilia eorum.
¶ In captiuitate redigentes omnem intellectum ad obedientiam
Christi pducentes. Captiuat intellectum dum contradicentem
ratione uincit, & ad fidem Christi cui prius repugnauerat hu-
militate & mansuetum inducit. ¶ Et parati in omnibus uindicare
inobedientiam, cum impleta fuerat obauditio nostra. Mani-
festum est quia uindicat inobedientiam, cum illa condonat per
obedientiam, tunc illam destruens quoniam eos qui resistunt perdu-
cit ad fidem, ut perfidia ab his quibus defendebat damnetur.
¶ Quæ secundum faciem sunt, uidete. Nunc uult eos quæ palam
sunt considerare, id est, ea quæ dicturus est, quia sunt aperta
diuudicare. Dicit ergo: ¶ Si quis confidit se esse seruum Christi,
hoc cogitat iteꝝ apud se, quia sicut ipse Christi est ira
& nos. His loquitur quorum tangit superbiam, qui de se pre-
sumentes inflatione animi, minus quam dignum erat de
apostolo sentiebant, quasi non egerent precæptis eius.
Quos commonet ut si de se considerent, quia erant ser-
ui Christi, non utique deberent de apostolo dubitare, sed
& de eo, quamuis impar sit sed similiter sentire: cum uti-
que magis præferre sibi deberet magistrum gentium. Sed hic
illos humilitate in se docet, equas se illis cum esset uas ele-
ctiois & magister gentium in fide & uitate. Hoc ergo uult
illos considerare quod utique clara luce uidet, quia de apo-
stolo



COMMENT. D. AMBRO.

stolo nemo credentium non plus æstimet quàm de se, quanto magis nemo minus quàm de se debeat æstimare. Hoc ergo contestatur & docet, ne elatione mentis bonæ uitæ meritum perderent. Qui enim scit se aliquid esse, humiliet se ut amplior fiat. ¶ Nam & si aliquid amplius gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis dominus in ædificationem non in destructionem uestri, non erubescam. Nunc significat, quia superius se humiliauit: ipsis se comparando, cum si se erigat non se erubescat quia à domino accepit potestatem prædicandi ut saluet, non ut perdat obaudientes. Si ergo hic qui à domino missus est inclinat se, & comparat se inferioribus, quanto magis hi qui nullus erant testimoniij comparare se non deberent, non dicam præferre maioribus. ¶ Ut non existimemur quasi terrentes uos per epistolas. Iple potest uideri terrere per epistolas qui neq; autoritatis alicuius est, neq; præsens fiduciam habet arguendi, absens autem ideo audet, quia præsens timet. ¶ Quia epistolæ quidem graues & fortes, præsentia autem corporis infirma, & sermo cõtemptibilis. Hoc æstimet qui humilismodi est, quia quales sumus uerbo per epistolas absentes, tales sumus & præsentem in opere. Ideo non se alium esse absentem quàm præsentem probat, quia non erat præsumptor. A domino enim potestatem accepit. Cui enim non est data potestas, absens potest aude, præsens aut pudorem patitur. Ideo apostolus non erubescit dum corripit, quia fiducia potestatis hoc agit. Hæc proter hos loquitur, qui non missi prædicabāt aduolantes, quia seipsos commendare uolebant. ¶ Non enim audemus coniungere aut comparare nosmetipsos quibusdam qui seipsos commendant. Hi seipsos commendant, qui non accepta potestate dominari uolunt, non in suo uendicantes autoritatem. Qui enim mittitur non sibi sed ei à quo mittitur uendicat potestatem. Per quæ etiam ostendit se à domino dispensatorem electum. Sic ergo non coniungit se aut comparat his qui non missi prædicant, dum nihil ultra concessum præsumit.

Sed

IN EPIST. AD CORIN. 337

¶ Sed ipsi in nobis nosmetipsos mensurantes & comparantes nosmetipsos nobis, non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulæ quam partitus est nobis deus mensuram pertingendi usq; ad uos. Tanta se uti dicit potestate quanta concessa est ab autore, nec mensuram egredi. Idcirco non superba erit gloria, inq; nostra, quando nõ egredimur terminũ datæ potestatis. Gloriam pro autoritate posuit, qua utebatur in correptionibus peccatorum, ut saluos eos faceret. Nec tamen gloriari se dicit in extollentia potestatis, sed ad ædificationem illorum. Ostendit enim potestatem, de qua si gloriari uellet non illum puderet, quia data est illi à domino, sed hic sic illa utit, ut non gloriatur nisi in profectu credentium, corripens constanter uitiosos, ut gloriatur in salute illorum, ut potestas data saluti proficiat non elationi. Duplici ergo genere non se in immensum gloriari restatur, & secundũ datam potestatem sicut dixit, & quia non ultra quàm prædicatio eius personabat, uen dicabat sibi autoritatem. De his enim confidebat, quos ipse fundauerat in fide Christi. Partitum enim dicit unicuiq; ad quos in prædicatione dirigeretur, ut singuli, proprias aliquas ciuitates haberent, de quorum fide gloria rentur. Dei enim nutu Macedonibus prædicare aduocatus est hic apostolus, & ut Corinthios euangelizaret à domino monitus est, His ergo audenter loquit quos ipse fundauit & ad quos dei nutu peruenit, cæteris non tali fiducia quia in aliena regula erant, hoc est, in parte alterius euangelistæ. ¶ Non em̄ quasi nõ pertingentes usq; ad uos, superextendimus nos. Hoc est, nõ quasi non missi peruenimus usq; ad uos in prædicatione, sed destinari deo mittente nos ad uos. Superextendi autem est, ultra extendi quàm conceditur. Sed non ultra, quia mensurã dedit deus quam seruarent euangelistæ eius, quam hic se custodisse restatur. Ideo enim hoc ostendit, ut sciant quoniam à deo ad hos directus est, ac per hoc obaudire illos debere monita eius, ne cõtinentes, deo à quo missus est resistere uiderentur. ¶ Nã usq; ad uos peruenimus

X in



COMMENT. D. AMBRO.

in euangelio Christi, non in immensum gloriātes in alienis laboribus. Hic manifestius apparet quod dicit, quia ipse illos fundauerat, ideo tāta fiducia ad hos loquitur. Nec enim labore alterius acquisiti fuerant ad fidem, sicut in alia epistola ait: In Christo enim per euangelium ego uos genui. Non ergo extra mensuram gloriatur, & in labore suo gloriatur. ¶ Spem uero habentes crescentis fidei uestra, in uobis magnificari. Quia fructum laboris sperat quæ sita fidei eorum, idcirco non negligenter hoc agere se profitetur, ne tædijs & molestijs cederet: quia n̄ agnificari credit se apud deum, si augeantur in fide auditores eius, sicut dicit dominus: Pater sicut misisti me in hunc mundum, & ego misi eos in hunc mundum, & pro eis sanctifico meipsum. Hoc dicit quia testimonium magistris est in discipulis obaudientibus. Vnde ait: ¶ In uobis magnificati secundū regulā nostrā in abundantia, in regionibus quæ ultra uos sunt euangelizare. Latior de fide eorum ultra eos prædicaturum se necessario profitetur ad augēdam gloriā prædicationis, ubi adhuc non fuerat prædicatum. ¶ Non in aliena regula præparatis gloriari. Manifestum est, quia uir prudens non in his confidit neque gloriā sperat, quæ in aliorum laboribus consistant. Ideo & apostolus non audet in hos qui alijs prædicantibus crediderunt, ne in alienis laboribus gloriari uideretur, sed hoc nititur, ut eis prædicet, quibus non erat annūciatum, ut gloriā labori suo quærat. ¶ Qui autem gloriatur: in domino gloriatur. Hoc dicto significauit ipsam confidentiam & gloriā domino dandam, cuius gratia est ut qui in potestate euangelica confidit, deo autore confidat, ut quæstus omnis negotij diuini domino in lucrum ueniat, Sed qui non accipit potestatem a deo, non potest in domino gloriari: quæ gloriā suam quærit. ¶ Non enim qui seipsum commendat probatus est, sed quem dominus commendat. Verum est, quia illum dominus commendat & probatus est, quæ dignū habet ac mittit ut prædicet donū ei. Quem autem non mittit, non illum commendat, Ipse autem

1. Co. 4.

Ioan. 17.

IN EPIST. AD COR.

319

tem se commendat qui non missus prædicat, ac per hoc idoneus nō est, sed præsumptor & reprobus. CA. XI. **V**tinam sustineretis pusillum imprudentiam meā, sed & patimini me. Incipientē se uera de seipso narrare, insipientē se dicit, quia ad laudē eius uidetur primere. Propter quod dictum est: Non te laudent labia tua, sed proximi tui. Sed hic dolore com-

pungitur, propter hos qui cum de eo bene præ ceteris sentire deberent, indigne sentiebant. ¶ Zelās em̄ uos, dei zelo, parauim̄ uos uni uiro yginē castā assignare Christo. Quæ locuturus est, amore eorū dicturū se offendit, ut non magis ad laudem eius proficiat, sed ad profectū horū, ut discant quæ admodū parenti suo in euangelio faueant, quia uitupatio patris, detractio filiorū est & laus filiorū gloria patris est. Virgines ergo uult eos esse in fide. Vñ & corruptores fidei zelat ab his ut in iudicij incontaminatos eos assignet iudici Christo. Hinc est un̄ in apocalypsi Ioannis legitur: Hi sunt inquit qui cū mulieribus non sunt coinquinati, ygines em̄ pmanerūt, hi sequant̄ agnū quocūq; ierit. In mulieribus errorē significauit, quia error per mulierē cœpit, sicut & Iezabel mulierē dicit propter uxore Achab, quæ zelo Baal dei prophetas occidit, cū intelligatur idololatria, qua corrupunt mores & fidei ueritas. Nam si mulieres mulieres intelligas, ut ideo putes uirgines distos, quia corpora sua incontaminata seruauerunt, excludes ab hac gloria sanctos, quia oēs apostoli exceptis Ioanne & Paulo uxores habuerūt. Et uide an cōueniat accusare Petrū apostolū, quia primus in̄ apostolos est, quanto magis inter ceteros. ¶ Timeo autē ne sicut serpens Euā seduxit asturia sua, sic sensus ueritatis corrumpantur à castitate quæ est in Christo Iesu. Offendit qua causa cogit uera de se prestari. Ad hoc em̄ gloriā sibi datam, p̄fitetur, non ut se laude, sed ut illos deformet quod sub noīe Christi contra Christum prædicabant, à quibus Corinthij seducebantur, & ueritas hæc his magis quā ei proficeret. Hoc enī ait ne audiantur,

Proy. 27.

Apoc. 14.

Y 2 sedu



seductores quos diabolo comparauit propter astutiam malitiæ eorum, quia corrumpere fidelium corda à ueritate Christi conantur. Hoc ergo timens, semp̄ sollicitus de eis est ne uiolentur.

Nam si is qui uenit alium Christū prædicat quē non prædicamus, aut alium spiritum accepistis quem non accepistis, aut aliud euangelium quā nō accepistis, recte pateremini. Quare: Recte ait pateremini, si alius uobis Christus prædicatus fuisset, aut si alius spiritus uel aliud euangelium traditum uobis fuisset, cum dicat Galatis. Si quis uobis annunciauerit præter quā quod accepistis, anathema sit: Si Galatis peruersum erat aliud accipere, quā ab apostolis fuerat traditum, quomodo Corinthiis rectum erat si alius Christus prædicatus illis fuisset? Sed sciens apostolus nunq̄ alium Christum quā hunc qui crucifixus est prædicari, idcirco ait: Recte pateremini, si uobis alius potior Christus ab his qui ueniunt prædicatus fuisset. Galatis autē anathema dixit, si aliud audirent quod non utiq̄ maius esset, sed contrarium. Porro autem inquit: Si ipse Christus prædicatur ab his qui à nobis annunciatur, & hoc euangelium, quid causæ est ut uos inferiores habeamur cum nihil amplius ab his addiscatur? Superius de pseudoapostolis loquitur fidei corruptoribus, hoc loco autē de ueris prædicatoribus, quia plebs Corinthiorum uariis erroribus fluctuabat, ut aliqui fauerent pseudoapostolis, quidā eis à quibus compositis uerbis eadem audiebāt, quæ ab apostolo audierāt. Alij autē apostolis fauebāt, quia cum dūo fuerant, apostolū suum Paulū deformantes, quia in carne non uiderit dominum nostrum. ¶ Existimo enim in nullo inferiorem fuisse ab his qui ualde sunt apostoli. (Non uult gratiam dei inferiorem in se uideri, quia similiter docuit, & eadem fecit quæ faciebant apostoli qui propensiores uidebantur, quia priores ceperant docere & fuerant cum domino. Vnde maioris autoritatis esse putabatur, cum huius apostoli electio cum testimonio sit, & amplius cæteris laborauerit, & dominum

minum in templo orans uiderit, & locutus sit ei. ¶ Sed et si imperitus sermone sum, sed non scientia.) Hoc nō ad apostolos pertinet, quia non erant eloquentes, utpote si ne literis, pleni tamen spiritu sancto, sed hos tãgit quos præferebant Corinthiis, causa acurari sermonis, cum in religione uis sermonis necessaria sit, non sonus dulcis. Quomodo tamen se humiliat, ut imperitum se esse dicat in sermone, & ubi est illud quod Festus ait, Paule inquit Paule multæ literæ te faciunt exterrere. Hoc ergo dicens, non se loqui nescire uoluit intelligi, sed propter eos qui non per fidem sed per eloquentiam commendari uolebant: Et in eo tamen dixit se imperitum quod nō habet crimen. In eo autem quod non caret crimine & acquirat salutem, non se imperitum pronunciauit, quia qui imperitus est in sermone, reus non est apud deum, qui autē scientiam dei non habet, reus est ignorantie: quia non licet ignorare, maxime quod pertinet ad salutem. Quā obrem apostolus spreta eloquentia id agebat, ut fides recte uirtute acceptabilis esset, ut non fidem eloquentia commendaret, sed uirtus cui cedit eloquentia. ¶ In omnibus autem manifestus sum uobis.) Manifestum se dicit esse Corinthiis in omnibus, quia non ignorabant etiam loquendi habere illam peritiam, & hoc scientes alijs fauebant in eo quod istum inferiorem nesciebant: ideoq̄ commotus loquitur, quia hoc peius erat, cum scient illum in nullo deesse humiliate ut illum cæteris, cum uidissent per eum non solum impleri prædicationem, sed & signa & prodigia fieri apostolica. ¶ Aut nunquid peccatum feci metipsum humilias, ut uos exaltamini, quoniam gratis euangelium dei prædicauit uobis.) Quoniam inflati erant eo quod non sumptus ab eis accipere noluit, & prophos alios ei præponebāt, idcirco nunquid peccaui ait, quia me humiliavi ut me indignū ad accipiendum iudicaret quia inde mihi irascimini, cum hoc non peccati sit sed gloriæ. Itaq̄ sic se humiliauit, cum id quod sibi debebatur nō exegit. Debitum enim erat ut sumptus ab his acciperet quibus prædicabat euangelium



dei, sicut dominus instituit dicens. Dignus est enim operarius mercede sua, sed ut ad utilitatem eorum proficeret returavit. Duabus enim ex causis oblatos sumptus refusit, ne & pseudoapostolis similis inueniretur, qui non ad gloriam dei sed ad suam utilitatem predicabat, ut non occasionem acciperent depradandi. Alio enim non accipiente non potest alter multum expetere, & ne vigor euangelicæ potestatis torpesceret. Qui enim à peccantibus accipit, arguendi auctoritatem amittit. Sic ergo exaltantur, cum ideo ab eis non accipitur, ut correpti emendantur à morte eleuati ad uitam. ¶ Alias ecclesias expoliaui, accepto stipendio ad ministerium uestrum. Et cum apud uos essem & egerè, nulli grauis fui. Onerat eos. Ostendit enim non solum noluisse accipere ab eis, sed & ab alijs accepisse & eis ministrasse. Et ut multum hoc ostendat fuisse non parum, ait: Alias expoliaui ecclesias ad ministerium uestrum, non parua ergo significat se in eos impendisse. Cum enim dicit, expoliaui, multa accepta & data significat, non extorta. Vnde subiecit, Accepto stipendio. Stipendium est enim quod militans accipit ad sumptus uice mercedis. Ruborem ergo incussit eis, quia non utiq; dolo refusit quando ipse eis ministravit. Et ut per hoc ministerium quod promiserant facilius implerent scientes se esse debitores, ut non ualde gloriosum sit ministerium eorum sed debitum, ne uel inde se iactarent. ¶ Et cum apud uos essem & egerè, nulli grauis fui. Intantum eis proficere uoluit, ut egestatem suam consolaretur propter eorum salutem. Passus enim egestatem contentus fuit, ne illi aliquod scandalum parerent. Qui enim dat putat se exaltari, & iam non se paritur argui. ¶ Nam indigentiam meam suppleuerunt fratres, & uenerunt à Macedonia. A Macedonibus semper accepit quia prius uitria sua correxerunt. Et sicut à Corinthiis accipiendum non erat, ne illis in scandalum proficeret, sic iterum à Macedonibus accipiendum erat, ne bene seminantes fructum amitterent. ¶ In omnibus sine onere uestro incipsum seruauit & seruabo. In eo permansurum se dicit

se dicit, ac si se corrigant propter pseudoapostolos, quia occasione querebant depradandi eos. ¶ Est ueritas Christi in me quod gloria hæc non infringetur in me, in regiombus Achaia. Hortatur oem Achaia ut ministrèt sanctis, sibi aut non permittit, ne ceptam gloriam non impleat. Gloria est enim à licitis abstinere, maxime ad aliorum salutem. In Achaia ergo regionibus noluit uti, in cæteris usus est, & amplius promittit sub testimonio Christi dicens in eo se mansurum, ne aliquando ab Achaia regiombus acciperet. ¶ Quare? Quia non diligo uos? Deus scit. Reddita rone etiam dei scientiam testem dat dilectionis suae quam habebat erga eos, quia non ideo nolebat accipere, quia non illos diligebat, sed ideo magis, quia amabat eos ut hoc ipsum prodesset illis sicut dixi. ¶ Quod autem facio & facturus sum, ut amputem occasionem eorum qui uolunt occasionem, ut in eo quod gloriantur, inueniant sicut & nos. Gloria pseudoapostolorum in pecunijs erat accipiendis. Ideo apostolus hoc refusit, ne illis similia uideretur, quia nisi hoc ab apostolo fuisset uitatum, maior occasio illis data fuisset accipiendi, aut magis extorquendi, quam in hac re formam ab apostolo datam ostenderent.

Huiusmodi enim pseudoapostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Subdoli sunt, quia auariciae causa non religiosa mente, neque missi predicabant Christum, nomen sibi apostolicum usurpantes. ¶ Nec utique mirum, ipse enim sathanas transfiguratur uelut angelus luminis. Manifestum est, quia frequenter multos fallit sathanas, ostendens se illis quasi angelum dei, ut decipiat eos. Vnde Iesus naue, sollicitus quæsiuit, quis esset qui ei apparuit. Et apostoli in nauis perterriti putabant phantasma esse. Vnde Petrus apostolus, dicenti domino. Nolite timere ego sum, non facile credens ait: Si tu es iube me uenire ad te super aquas, ut si firmis posuisset pedem super aquas, sciret uerum esse, quia non erat phantasma quod apparebat. ¶ Non ergo magni sunt & ministri eius transfigurantur sicut ministri iustitiae. Min



Ministri iustitiæ apostoli sunt, quorum se hi socios mentiebantur ut deciperent audientes. ¶ Quorum finis erit secundum opera eorum. Sine dubio, quia iudicabitur huiusmodi secundum animi sui nequitiam, quia non propter deum sed propter suum uentrem, simulant se esse ministros dei. Finem tamen illorum secundum opera illorum dixit, ut sicut opera & cura uentris interit, ita & hi interire intelligantur. ¶ Iterum dico, ne quis existimet me insipientem, alioquin uelut insipientem accipite me, ut & ego modicum aliquid glorier. ¶ Supra iam dixit, utinam sustineretis pusillum imprudentiam meam, hoc nunc repetit. Semper enim proponit, quod postea multis interpositis prosequatur. Quod ergo supra proposuit, modo incipit enarrare. Nam uera dicturus uelut insipientem se dicit, quia uidentur ad laudem eius pertinere. Ut & ego modicum, inquit, glorier. Modicum hoc dicit, quia in uerbis non in sensu est. Non ergo uere ad gloriam suam hæc loquitur, sed uult illis ostendere, quia quos putant gloriosos, nihil plus ab hoc habent, ac per hoc si putantur hi gloriosi, & ego inquit. Ideo insipientis hoc esse dicit, ut ad laudem suam aliquid prosequatur, se autem coactum hæc loqui. Dolet enim ei, ut illos putarent sublimis hoc contempto, qui nihil plus ab eo haberent. ¶ Quod loquor non loquor secundum deum. ¶ Secundum deum non loquitur, quia ad carnis tumorem hæc pertinent, nec de inflatione apud deum surget gloria, quia apud deum humilitas gloriosa est. ¶ Sed quasi in insipientia in hac substantia gloriationis. ¶ Non plenam dixit insipientiam, sed ex parte, ueritas enim est. Sed quia elatio uitiosa res est, ideo quauis uerum sit quod dicitur, quasi in insipientia tamen est unumquemque laudare se. Plena autem insipientia est, si se falsis quis laudet. Ille enim superbus de uero est, hic stultus de falso, substantia tamen gloriatiois in hac causa carnalis est, quia sicut hos teeni ita decidit gloria ista. ¶ Quia multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor. ¶ Hoc dicit, quoniam aliqui ex Iudæis credentes præsumebant sibi quod essent

essent filij Abrahæ, hoc est, secundum carnem gloriari, nobilitatem sibi carnis uendicare. Inde enim sibi descendunt generis prærogatiuam, quia filij eius dicuntur qui deo crediderit, cum anima quæ peccauerit ipsa morietur. Si ergo hæc gloria est, inquit, & ego gloriabor, quia & ego filius sum Abrahæ, sed nihil prodest filium esse Abrahæ apud deum, quia fides est quæ saluat, non propago generis Abrahæ, ideoque hæc gloria carnis est gloria, utputa si dicatur, filius nobilis hominis. ¶ Libenter enim sustinetis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. ¶ Insipientes appellat, qui de carnis circumcisione gloriabantur. Et quia a Corinthiis portabantur ut gloriosi uiderentur, ideo Apostolus etiam se sustineri ab his uult, ut & ipse hoc se esse ostenderet quod erant hi, & non tamen gloriari ex hac parte secundum deum, unde gloria hæc insipientiam uocat. Gloriari enim se dicit secundum carnem, sed hoc stultum esse profitetur, ut & gloriam hanc inantret, & se coactum in laudem carnis erupisse doceret. Igitur ironia est hæc. Nam quomodo prudentes sunt qui sæpe reprehenduntur? Nam plus sapit insipientia apostoli quam horum prudentia. Hic enim sapiens sustinet imprudentes qui patientia sua suffert eos ut possint, proficere, ne prouocans eos aut abiiciens, illos peiores faciat, aut certe si in illis proficere non potuerit, suam modestiam custodit. Horum in Corinthiis nihil est. Quomodo ergo libenter sufferunt imprudentes, cum ipsi sint sapientes, nisi quia sic non uult intelligi sicut sonant uerba? Hoc in sensu & pronuntiatione est, quia eadem quidem uerba non eundem habent sensum aliter pronuntiat, ut aliquando confirmet, aliquando neget quod dicit. Hi enim ut prudentes, insipientes sufferebant falsos apostolos. ¶ Sustinetis enim, si quis uos in seruitutem redigit. ¶ Hoc uerum est, quia redigebantur in seruitutem, non per prudentiam, sed per stultitiam ut famularentur pseudoapostolis. ¶ Si quis deuorat. ¶ Nec hoc falsum est, quia contenti erant deuorari res suas a falsis doctoribus. ¶ Si quis accipit. ¶ Accipere est aliquem dolo capere, ideoque significat

Ioan. 20.



1. Corin. 9.

hos capi à dolosis magistris & ferre quod non expedit.
¶ Si quis extollit.) Extollètia superbia est. Hos ergo tã-
git qui superbi erant male taxantes apostoli, & his non
displicebat. ¶ Si quis in facie uos cœdit.) In faciem cœdi-
tur, in cuius os iniuria irrogatur. Nunc hoc significat, qui
eo quod essent ex genere Abraæ, obtrebant eis quod
essent incircumcisi se præferentes, hos humiliantes. ¶ Se-
cundum ignobilitatem dico.) Ignobilitatem dicit hoc
quod supra ait: Et ego gloriabor secundum carnem. Nunc
enim dicit ad laudem pertinere, quia infirmus non erat
in quo se iactabant quos occulte tangit. Vnde & adiecit:
¶ Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.) Manifestum
est quia non erat in hac gloria infirmus in qua se præfe-
rebant credentes Iudæi quos hi patiebantur, quasi apo-
stolus eor: in hac re esset dissimilis, quia & ipse erat de
semine Abraæ, ac p hoc infirmus nõ erat in hac gloria
carnis. Infirmi aut hi iudicabantur, qui applicati fuerat
generi Abraæ. Isti ergo quasi infirmi in eo quo illi se præ-
ferèbant, eo quod essent Israelitæ, in hoc ipso uolunt se
sufferri. Ut ostenderent in hac gloria carnis non se esse
dissimiles & infirmos, cum de sua causa loquitur, subin-
ducit & Barnabæ personam socij sui. Vnde & in prima
dicit epistola: Aut ego solus & Barnabas, non habemus
potestatem hoc operandi? Non ergo minores erant in
hac gloria in qua se Iudæi iactabant, sed non inde plau-
debant. Deniq; dicit. ¶ In quo quis audeat? In insipientia
dico, audeo & ego.) Hoc est non fuisse infirmum in glo-
ria qua se iactabant Israelitæ, nec quidem in hac re pru-
dentem iudicari, præferre enim se non solent prudetes.
In insipientia ergo dicit audent se in eo quod audent hi
qui se iactant eo quod sint filij Abraæ. Ut gloriam eo-
rum inaniat, imprudentem se pronunciat, ne illi prude-
tes uiderentur in hac parte aut nobiles. ¶ Hebræi sunt et
ego. Israelitæ sunt & ego. Semen Abraæ sunt & ego.)
In his partè se eorũ de quibus supra significauit ostendit,
ut detractiones eorũ quibus indignus his iudicabatur,
falsas ostèderet: ¶ Ministri Christi sunt, uelut insipies di-

co

co magis ego.) Vera de se dicens insipientè se pronunciat,
ut intelligat coactus ad laudè suã prorupisse. Nam qui
spõte ea refert quæ ad laudem eius, p̄ficiant, imprudentè
se non dicit. Ostendit ergo quæ sint quæ faciunt illũ mi-
nistrum Christi magis esse quæ sunt reliqui prædicatores.
Occasione em̄ inuenta, oim̄ tangit personas etiam apo-
stolorum, dolens quia dei gratia minor in hoc iudica-
bat, cũ eadè operaretur quæ cæteri apostoli & fidei cau-
sa maiora exitia toleraret. Vñ & in alia epistola dicit:
Plus illis omnibus laboraui. ¶ In laboribus plurimis.)
Ideo in laboribus plurimis ait: quia & illi laborauerũt,
sed non tm̄. Hic enim à mane usq; in quintã horã uictum
manibus quærebat, & exinde usq; ad decimã horã dispu-
tabat publice, tanto labore ut contradicentibus suade-
ret. ¶ In carceribus abundantius.) Apertũ est, frequẽtius
istum missum fuisse in carcerè quæ illos. ¶ In plagis supra
modũ.) Ideo supra modũ, quia ultra quã oportuit. Nã
& illi cæsi sunt, sed non tantum. ¶ In mortibus sæpius.)
Verum est, quia hic frequentius pericula sustinuit quã
cæteri. ¶ A Iudæis quinquies quadragenas una minus
accepi.) Hoc dicit, quia quinquies flagellatus est à Iu-
dæis, secundum legem Moysi accipiens plagas triginta-
nouem, sicut scriptum est in Deuteronomio. Quod per
quinq; ergo uices factum est, hic summam refert. ¶ Ter
uirgis cæsus sum.) Hoc à gentibus passus est. ¶ Semel
lapidatus sum.) A Iudæis lapidatus est in ciuitate Ly-
conia. ¶ Ter naufragium feci.) Qui omni tempore
legitur nauigasse, aduersis, p̄cellis facile fuit ter naufra-
giũ facere. ¶ Nocte et die in profundo maris fui.) Hoc factũ
est quũ missus est ad Romã cum appellasset Cæsarè. Tunc
desperatione uitæ in alto, hoc est in profundo maris fuit,
mortè ante oculos habens. Sic enim scriptum est in ipso
loco: Ita ut desperarem nos etiam uiuere. ¶ In itineri-
bus crebrius.) Nunc alia memorat picula, ut terra mari-
q; pro Christo uexarũ se secundũ carnè ostèdat. Pericu-
lis ait fluminũ. Si itinere picula recitat, qd̄ est ut dicat pi-
culis fluminũ. Sed hyme iter faciens, quia utiq; imbrẽs

aſſi



assidui sunt egredientibus fluminibus incurrerent periculum, ¶ Periculis latronum.) Cum in ciuitate diabolus eum occidere non posset, latrones illi excitabat in uia cum nihil ferret quam latrones cuperent. ¶ Periculis ex genere.) Iudæorum dicit persecutiones, qui fratres eius erant secundum carnem. Dolebant enim, quia sprete lege ad euangelium Christi se conuerterat. ¶ Periculis ex gentibus.) Agentibus persecutiones passus est, propter mysterium incarnationis domini nostri Iesu Christi & unius dei prædicationem. ¶ Periculis in ciuitate.) Usque adeo sub periculo fuit in ciuitate, ut per fenestram effugeret manus insidiantis sibi. ¶ Periculis in deserto.) Periculum hoc à Iudæis fuerat procuratum, quando eum factis insidijs in uia uolebant occidere ¶ Periculis in mari.) Iam superius dixit, ter naufragium fecit, nocte & die in profundo maris sui, quid aliud fuit periculum in mari? Sed hoc est periculum quando in mari, hoc est in naui milites cogitauerant omnes custodias occidere ne quis enatans effugeret. Quod periculum centurio prohibuit inferri ne Paulus occideretur, ut eum uiuum Romam perduceret ¶ Periculis in falsis fratribus.) Falsi fratres hi sunt, de quibus dicit ad Galatas: Propter subintroductos autem falsos fratres, qui subintrauerunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu. Hi enim partim Christiani erant, partim Iudæi, in neutro perfecti, qui zelo legis apostolo inuidiam excitabant, eo quod prædicato Christo, legem iam cessare dicebat. Denique his perurgentibus Timotheum compulsus est circumcidere. Fictus ergo Christianus est, qui æmulatione legis persequitur Christianum, hic est falsus frater. Si enim tantum Iudæi erant hi, & propter iudaismum fratres eos falsos appellat, quid opus erat iterare? Iam enim superius dixit, periculis ex genere. Sed secundum carnem non sunt falsi fratres, in Christo autem falsi sunt, quia non tota mente Christiani sunt. Fuerunt & falsi fratres, sicut Demas & Herogenes. ¶ In labore & molestia.) Verum est, quia potest esse labor sine molestia. Sed hic ideo addidit, & molestia

Gal. 2.

stia, ut laborem ipsum exitiosum ostenderet. ¶ In uigilijs multis.) Multa fuerunt eius uigiliae, sed alia uoluntaria, altera ex necessitate. In pressura enim positus, necesse erat ut uigilaret, dei quaerens auxilium. & non solum diebus, sed & noctibus doceret, sicut dicit in actibus apostolorum. ¶ In fame & siti.) Fugatus frequentur à Iudæis persequeribus, necesse erat ut famem pateretur & sitim per inopiam. ¶ In ieiunijs multis.) Saepius ieiunauit, ut dei ad miniculo protegi mereretur. Ieiunat enim, qui dum habet quod edat, abstinet. ¶ In frigore & nuditate.) In frigore fuit & nuditate, quando naufragium passus est. De nocte ignem fecerunt, ait, & refecerunt nos propter pluuam imminentem & frigus, Barbari in insula Mitilene. ¶ Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea, quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum.) Sollicitudo hæc, quam dicit quotidianam, detractionis usu descendit, ut omnibus diebus commissum sibi populum instruat. Illa autem quæ supra memorat, superindicta sunt necessitate cogente. Dies enim ad operam datus est, nox ad requiem. Sed quia instabat necessitas, ut omnibus occurreret, etiam nocte docebat. Se enim affligere non dubitabat, ne dei gratia esset in ocio. ¶ Quis enim infirmatur, & ego non infirmor?) Compati se dicit omnibus, & condolere eo affectu, quo provideat uulneri medicinam. Hoc autem ideo profectur, ut ostendat qua cura commissum sibi ecclesiam tueatur & regat, ac per hoc in nullo se minus debere iudicari cæteris apostolis, quippe cum secundum quod claruit, plus illis omnibus laborauit. Maiore enim inuidia laborabat apud Iudæos præ cæteris apostolis: quia cum persequeretur Ecclesiam, subito immutatus factus est defensor eiusdem, testificans atque confirmans quod Christum, quem prius ut hominem mortuum existimabat, de cælo secum loquentem audierit. Cuius testimonium necessario multi sequerent, sciētes eum de persecutore, non utique sine ratione factum defensorem. Hac causa excruciantur Iudæi, & quaerebant eum semper interficere. ¶ Quis scandalizatur & ego non uror?) Scandalizatur est

Act. 28.



est carnis pati desiderium quantum ad locum hunc pertinet. Et quia etiam iuui solent scandalizari, ille est forma aut pulchritudo in corpore. aut proprii carnis calore, Apostolus autem necessitate humane nature considerans, ut se dicit, ut consular talibus copatiens infirmitati eorum: nec hos condemnas sed commonens in humilitate sermonis, ut spe promissum premii repugnent stimulis carnis, ne quis eorum, qui eum audiunt, desiderijs carnis uicti, desperantes de se, putantes iam non accepto ferre deum, si corrigant, & in eis demanentes, deperant. ¶ Si gloriari oportet in his que infirmitatis mee sunt, gloriabor. Hoc dicit, quia si gloriandum est Christiano, in humilitate gloriandum est, de qua creditur apud deum. Vnde alio loco dicit: Cum infirmior, tunc potens sum: hoc est, cum humilior pro fratrum salute, tunc exaltor. Hinc gloriandum est, non de carnis progenie, quia est quis ex femine Abrae,

CAPVT XII.

Deus & pater domini nostri Iesu Christi, scit qui est benedictus in secula, quod non mentior. Deum testem dat, ut quae dicit, facile credantur, propter hos duntaxat, qui eum non ut uerum apostolum honorificabant. ¶ Damasci princeps gentis Arthae regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me comprehenderet, & per fenestram in sporta demissus sum per murum, & effugi manus eius. Gloriari oportet, sed non expedit mihi. Princeps Damasci uidens Iudeos insidias tendentes apostolo, implere uoluit per potentiam malam cogitationem eorum, ut ipse si posset, eum comprehenderet, ut & Iudeis placeret, & ut diligens in officio sibi credito uideretur, si eum, quem perturbatorem audiret, causa quietis interficeret. Hoc inter ipsa primordia tunc, quando apparuit illi in uia dominus eunti Damascum, Incensi sunt Iudaei uidentes eum qui uinctos credentes in Christo uenerat perducere in Hierusalem, praedicare se factam quam uenerat condemnare, & sic factum est, ut a discipulis per fenestram per murum in sporta demissus

missus effugeret. Quod quidem indigne factum dicitur, quia non dei auxilio liberatus est. Sed quod ab hominibus fieri potuit, quid opus erat ut dei suffragio liberaretur, cum dei suffragium tunc sit necessarium, si humanum auxilium deficiat: quo facto non sibi dicit expediri gloriari: quia praesentis uitae gaudium fragile est. Si enim non euasisset, martyrium fecerat. Sed quia fugiendum in persecutione mandatum est, data opera effugit. Nec enim debet aliquis expectare, ut in semetipsum peccetur. Ergo gloriandum dicit, quia euasit, sed non epedit, inquit, propter superbiam, quae de humilitate crescit, & auxilium dei in tribus proficit non elatis. Praeterea qui gloriatur mortem se euasisse quae pro fide infertur, inane uideri significat pati pro Christo, ideo non expedit gloriari. ¶ Veniam autem ad uisiones & reuelationes domini. Nunc ostensurus est, quo sublatus est, ut perinde quanta & qualia sint quae illi ostensa & dicta sunt, possint intelligi, ne sicut quibusdam uidebatur minor ceteris apostolis crederetur. ¶ Scio inquit, hominem in Christo ante annos quatuordecim siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, deus scit raptum huiusmodi usque ad tertium caelum. Vtrunq; confirmauit, quia utrunq; posse fieri non negauit, ut & sine corpore rapti potuissent & in corpore. Et forte quibusdam uideatur non magnum esse, si homo Christi raptus est usque tertium caelum, cum in tertio circulo dicatur luna esse. Sed non ita est, quia ultra omnia mundi sidera raptus intelligitur, & ideo magnificum & mirabile est quod narrat. Significat enim supra firmamentum, in tertium numero caeli de spiritalibus caelis raptum semetipsum. ¶ Et scio talem hominem siue in corpore, siue extra corpus nescio deus scit, quia raptus est in paradysum & audiuit arcanam uerba quae non licent homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor. Bis se raptum dicit, id est, hinc usque ad tertium caelum, deinde in paradysum caelestem, in quo Ieroni dixit dominus, quod futurus esset cum eo in paradiso, inquit patris, illic ubi & ciuitas dicitur esse. HIER. V S Alem mater nostra. Quid ergo mirum,



Ioan. 21.

392 COMMENT. D. AMBRŌ.

si post resurrectionem corpus iam expiatum atq; tenuatum factum immortale futurum credatur in cælis, quādo non dubitat apostolus adhuc mortale corpus potuit se leuari ad cælos, & tolli in paradysum dei patris cælestem? Pro huiusmodi homine, id est, qui iam dignus est deo ut ex hoc experiretur gloriari se dicit: & non uult aperte dicere, quia de se loquitur, ne laudare se uideat. Et Ioannes apostolus cum de se sciatur loqui: Hic est autem discipulus quem diligebat Iesus, qui & recubuit in cœna super pectus eius, ne gloriose de se affari uideretur. ¶ Pro me autem non gloriabor nisi in infirmitatibus meis. Sic de se non gloriatur dum non aperte de se proficitur. In infirmitatibus sanè, inquit, meis gloriabor: exponere enim pressuras passionum & infirmitates angustiarum non uidetur gloriosum sed flebile, idcirco se in his gloriari dicit: sciens tamen quia ad profectum perducunt remunerationum cælestium. Quid enim tam gloriosum in futurum Christiano, quam exitia pro Christo illata sibi narrare? ¶ Nam & si uoluerō gloriari, non ero stultus, nam ueritatem dico. Hoc dicit, quia si meritum suum profiteatur quod habet apud deum, non erit imprudens, uera enim loquitur. Ergo si quis pro meritis suis quæ sibi ostensa sunt loquitur, non est utiq; stultus. Si autem taceat est etiam prudens. Sed qua causa hic non palam gloriatur, nunc subiicit dicens. ¶ Parco autem ne quis me existimet super id quod uidet me, aut audit aliquid ex me. Ostendit igitur qua causa non aperte gloriatur. Ne quis me existimet, inquit, ultra gloriam meam tendere quā limes meritum admittit. Hos significat quos obrectatores habebat causa legis, sicut supra memorauimus. Nam utiq; meritum gloriam bonum est non tacere, ut inuidentur creditores. ¶ Et ne sublimitate reuelationum extollar, datum est mihi stimulus carnis satanæ ut me colaphizet ne extollar. Deum bonis meritis prouidere testatur, dum permittit tentationibus hos deprimi, non solum ne laborum suorum fructibus abdicentur, uerum etiam ut auergeant his ad cumulum possessionis æternæ. Hoc ergo

remè

INEPIST. ADCORIN. 393

remedium datum est apostolo, ut iniurijs pressus, animo non possit extolli magnitudine reuelationum, quia octosum pectus necesse habebat in his quæ uiderat extolli. ¶ Propter hoc ter dominum rogavi ut discederet à me, & ait mihi, sufficit tibi gratia mea nam uirtus in infirmitate perficitur. Stimulos diaboli, quos perfide mentibus inferens, ad nocendum dei seruis instigat, ut cessaret ab eo, ter dominum deprecatus se fuisse & non impetrasse testatur, non quia despectum se dicit sed quia infensus contra se petebat ut cessaret ab eo tentationes, per quas profectior se fiebat. Ideo ad Romanos dicit: Nam quid oremus sicut oportet nescimus. Unde hoc sibi dicit responsum, ut sufficeret sibi gratia dei, qua aut uires tolerandi addebantur, aut tempus pressuræ abbreviatur, ut deuotio dum infirmitate pressuræ accedentis non frangitur, probata uideatur. ¶ Libentissime itaque magis gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Apertum est, quia tunc gloriandum docet, quādo iniurijs humiliatur. A Christo autem uirtus tolerandi præbetur, ut quia prius aspere ac per hoc fastidiendæ iniuriæ uidebantur postea libenter suscipiendæ, ut Christi auxilio lenirentur. Libenter ergo cædi se dicit dummodo à Christo curetur, sciendo plus addere medicinam Christi ad salutem, quā infirmitas detrahit sanitati. ¶ Propterea placeo mihi in infirmitatibus meis. Cum enim infirmior tunc potens sum. Verum est, quia tunc uincit Christianus cum perdere putatur, & tunc perdit perfidia cum se uicisse gratulatur. Plaudit ergo cum illi insultatur, & surgit cum premitur. ¶ Factus sum insipiens uos me coëgistis. Compulsus se dicit, ut quid esset ostenderet. Et non utiq; stultus est, quia de se uera locutus est, sed inclinat se ut manifestet, quia non uoluntate merita sua ostendit. ¶ Ego enim debui à uobis commendari. Manifestum est, quia hi debuerant testimoniū ei perhibere aduersus obrectatores eius, apud quos ecclesiam constituit, & signorum prodigia apostolatus ostendit, ut hoc tacente illi eum defenderet quem patrem

Rom. 8.

Z habe



habebant in euangelio christi. ¶ Nihil enim minus feci
q̄ illi ualde apostoli.) Valde hoc ē nimis, sicut quibusdā
uidet. Nam hoc erant quod & apostolus Paulus. Hoc
ergo dicit, quia minor non est, neq; in prædicatione, ne
que in signis faciendis, apostolis præcessoribus suis, non
in dignitate sed tempore. Nam si de tempore præscribē-
dum putatur, ante cepit Ioēs prædicare q̄ Christus, &
non Christus Ioannem, sed Ioannes Christum baptiza-
uit. Non ergo sic iudicat deus. Deniq; prior secutus est
Andreas saluatorem quā Petrus: & tamen primatum
non accepit Andreas sed Petrus. Quare ergo apostolus
quibusdā nō uidebatur, cum eadem posset per dei gra-
tiam quæ apostoli: ideo dolet & ostendit compulsus qd
a dignatione domini mereatur. Hinc est, unde non solū
minore se non esse coactus est profiteri, sed & plus omni-
bus laborasse. His ergo displicebat & non uidebatur esse
apostolus qui æmulatione paternæ legis prædicationē
eius respuebant quasi inimici traditionis Moysi, quia eā
iam cessare dicebat, apostolis magis fauentes, & istū his
his humiliantes, quia non illi tam constanter contra le-
gem aliquid asseriebant. ¶ Et si nihil sum, tamen signa a-
postoli facta sunt in uobis, in omni patiētia, in signis & p-
digijs & uirtutibus.) Sic se humiliat ut erigat, patientiā
tamen primam memorat, quia diu illos portauit quasi
impatientes ægros, ut adhibita medicina signorum atq;
uirtutum curaret uulnera erroris illorum. ¶ Quid est
enim quod minus habuistis cæteris ecclesijs nisi quod
ego ipse non grauauī uos: Donate mihi hanc iniuriam.)
Adhuc per humilitatem se commendat. Ostendit enim
non minus illos aliquid habuisse cæteris ecclesijs, sed &
amplius. Euangelium enim dei his gratis prædi-
cauit quod nullis concessum est ecclesijs, dicēte dominus:
Dignus ē enim operari⁹ mercede sua. Si ergo pro bono
opere iniuria, inquit, dignus sum, ignoscite mihi. Omnis
enī stultus boni accusator est. Ut hos ergo impitos osten-
dat uentiam ab his postulat eius facti, de quo laude di-
gnus est.

1. Tim. 3.

CA

CAPVT XIII.

Ecce tertio hoc paratus sum uenire ad uos, &
non uos grauabo.) Ne forte hoc inter initia
putaretur ad commendationem suam: post
fecisse aut mercedē euangelicæ prædicationis
uelle accipere, ostendit eas in uoluntate du-
rare, ne factum suum postea emendare uiderē-
tur, & esset quod ab obtrektoribus reprehenderetur.
¶ Non enim quæro quæ uestra sunt sed uos.) Ostendit
ideo se nolle accipere ab eis, ut illos ipsos lucraretur, ut
intelligentes quia pecuniæ præponit eos, tandem cog-
noscerent a affectum illius erga se. ¶ Nec enim debent
filijs parentibus thesaurizare, sed parentes filijs.) Pa-
trem se eorum significat, sicut in prima epistola dicit: 1. Corin. 4
Per euangelium ego uos genui. Carnales tamen pa-
rentes sunt, qui filijs thesaurizant. Nam spirituales a fi-
lijs dignum est ut accipiant sumptus ad sustentandam
uitam præsentem. Non enim magnum est ut spirita-
lia tradentes consequantur carnalia. Hic autem in tan-
tum probat se nolle accipere, ut transferat causam car-
nalis patris ad spiritalem, ut non solum non ab eis acci-
piat, sed & si potest fieri, ipse illis tribuat, sicut iam su-
pra dixit: Alias ecclesias expoliaui, accepto stipendio,
ad ministerium uestrum. Hoc dicto tangit eos, ut in-
telligant quantus sit, & quid hi mercantur qui tantū
apostoli prouidentiam neglexerunt. ¶ Ego uero li-
bentissime impendam, & superimpendam, & ipse im-
pendar pro animabus uestris.) Nunc aperte affectum
& charitatem quam circa eos habebat ostendit, quan-
do non solum sua pro eis impendere & propensus pen-
dere paratum se dicit, sed & seipsum pro salute anima-
rum eorum etiam mori, sicut & apostolus IOANNES
dicit: Quia exemplo saluatoris pro fratribus, inquit, 1. Ioan. 3,
etiam animas nostras debemus ponere. ¶ Plurimum uos
diligens, minus diligor.) Prouocat eos ad amorē, quia ipsi
plus illum deberent diligere, maxime per quē didicerūt
Z z uiam



uiam salutis, per quem & acquisiti sunt deo, ex per fidis facti fideles, & ex contaminatis purificati. ¶ Estio autem, ego uos nō grauauī, sed ut aſtutus dolo uos cepi. (Omnia quæ poſſent ex aduerſo proponi non tacet, ut ſe purget per omnia, quia nihil per circunventionem egit apud eos, ſed in ſimplicitate ſibi ſemel proſpiciens, his duplici genere, ut & apud deū prouideret eis, & hic ſenſum illorum non quæreret: ſibi autem hoc ſufficere quod à deo ꝑmiſſum eſt in futurum. Forte enim ſuſpicaret ideo illiſ contempſiſſe, quia parua erant quæ offerrebantur, ut maiora conſequerentur, ut circunſpiciens merita ſua non pecuniam reſutaret, ſed numerum idignum ſibi æſtimās contemneret. ¶ Num per aliquem illorum quos miſi ad uos circunueni uoſ?) Hoc eſt quod dicit, quia quos miſi non illis hoc intimarunt, ut ſi uellent pacatum habere apoſtolum, dignam quantitatem perſonæ illius offerrent, quia ideo uoluiffet accipere, quia minus quàm dignum fuit offerre. Quod compoſitum apoſtoli aſtucia intelligerent ut quod egit non per contemptum ſed per auaritiā egiffe probaretur. ¶ Rogauī Titum & miſi cum illo fratrem. Nunquid auarus in uos fuit Titus? nōne eodem ſpiritu ambulauimus? nō iſdem ueſtigis? Apertum eſt, quia quando ab his quos miſi nil tale dictum aut factum eſt, una eorum ſententia probaretur in bono, excluſa ſuſpitione auaritiæ. ¶ Iterum putatis quod excuſemus nos apud uos. (Hoc eſt quod dicit, olim de nobis dubitatis, arbitrantes quia non ſimpliciter agamus uobiſcum. A pseudoapostolis enim exagitabatur, qui uolentes deprædari eos, tergiverſatione hoc agere apoſtolum aſſerebant, quaſi ut plus poſſit accipere. ¶ Coram deo loquimur: omnia autem chariſſimi pro ueſtra ædificatione.) Sic cupit illos uerum & bene ſentire de ſe ut & ratione & teſtificatione ſatis illis faciat, quia nō ut ſibi proſit, talem ſe præbet, ſed ut ad ædificationē eorum proficiat, & uel ſic amorem illorum circa ſe prouocet, dum non grauatur cenſum illorum, & autoritatem poſteſtatis in arguendis uitis non inclinat. Sine dubio em
pro

prodeſt ei qui corripitur, ut emendet, ſi præpoſitus ideo oblata reſutet ut libere arguat. ¶ Timeo enim ne cū uenero non quales uolo inueniam uos. (Om̄ non omnes adhuc quos in prima epiſtola corripit emendauerant, in quibus fuerant uitis reprehendi, ideo cum autoritate uult uideri iturus ad illos ut territi corrigant, ut tales illos inueniat quales uult. ¶ Et ego inueniar à uobis, non qualem uultis.) Hoc dicit ut tales ſe præbeant, ut conueniat eis cum apoſtolo, ut inuicem congauideant ſibi. Ille enim inuenit aliquem qualem non uult, qui ſe talem facit ut diſcordet ab illo. ¶ Ne forte ſint inter uos contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſentiones, detractiones, ſuſurratiōes, tumores, ſeditiones. (Nunc errores memorat, quos in ſuperiore epiſtola reprehendit, quando perſonis deferentes & alterum alteri præponētes diſſidebant ab inuicem. ¶ Ne iterum cum uenero humiliet me deus apud uos, & lugeā multos ex his qui ante peccauerunt & non egerunt penitentiam ſuper immundicia & fornicatione & impudicitia quā geſſerūt.) Hoc præmonet ut non illos tales inueniat quales dudū inuenerat, cū uitis diuerſis operū immūdorū uel magis nominum, quia omne opus ſine crimine eſt, ſed inordinationis nomen facit crimen. Tunc enim eſt illicitum cum aliter ſit quàm conſeſſum eſt. Illis ergo peccantibus ſe humiliari dicit, quia incipit ut pius pater peccata filiorum deſere. Quis enim pater non gaudeat bene agentibus filiis? Sic iterum neceſſe eſt, ut lugeat ſi prauē uerſetur. Ideo admonet, ut ſi qui præteritarum fornicationū, aut alterius immunditiæ uel impudicitia non egerunt penitentiam: ſicut quidam quos ſignificat egiffe, nunc agerent, ut ueniens, ſine triſticia eſſet cum eis. Cum enim dicit: Et lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt penitentiam, probat quosdam ex his egiffe penitentiam, quosdam non egiffe. Quod Nouatiano aduerſum eſt, quia dicit fornicatores non poſſe peragere penitentiam, & recipi in communionem. Hic probat peregiſſe, ac per hoc receptos eſſe in pace Eccleſiæ. Tres
Z, ergo



COMMENT. D. AMBRO.

ergo formas peccatorum probat, cum fornicationem & impudicitiam & immunditiam nominat.

Tertium hoc uenio ad uos. Superius preparatum se dixit, nunciam uenturum. In ore duum uel trium testimonium stabit omne uerbum. Hoc secundum legem dixit, ut aliquis duobus aut tribus testibus aut purgetur aut condemnetur: ita & hi tertio aduentu apostoli ut purgati inueniantur, commonet. ¶ Prædixi enim et prædico, ut præsens secundo aduentu, et abiens nunc, his qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus, quia si uenero iterum, non parcam. ¶ Pridem se dixisse significat præsentem, ut corrigerent se, ne cum pudore corripentur: & nunc iterum absentem se eadem dicere cõtestatur, ut post secundam correptionem, si se non emendauerint, parci eis non debeat. ¶ Quomodo probationem queritis eius qui in me loquitur Christus? Probationem que runt Christi loquentis in opusculo, dum præceptis non obediunt, uolentes probare, si audeat uindicare, ut per id intelligatur esse fidei autoritatis, ut de cætero timeatur. Qui enim magistrum contemnit, emendari se querit. ¶ Qui in uobis non infirmatur, sed potens est in uobis. Potens est in his Christus, quia uiderunt in nomine eius mortuos excitatos, demones fugatos, paralyticos conuulsisse, surdos audisse, mutis redditum affatum, claudos cucurrisse, cæcos uidisse. Hæc omnia uirtutis sunt, non infirmitatis. Denique hac causa attracti ad fidem sunt. ¶ Nam & si crucifixus est ex infirmitate nostra, sed uiuit ex uirtute dei. Verum est quia propter peccata nostra crucifixus est Christus, ut mortem destruens, credentes sibi liberaret ab ea. Infirmari ergo se passus est propter nos, ut mortem uinceret nobis. Descendens enim ad inferos, qui omnino peccatum nesciebat, & quasi peccator occisus, chirographum Adæ deleuit, ut de cætero defuncti sub eius nomine, à morte non tenerentur, sed haberent fiduciam eundi ad cælos. Propter infirmitatem ergo nostram occisus, reuixit uirtute patris, ut discipulis probaret quæ docuerat esse uero exemplo in se ostē-

10.

IN EPIST. AD CORIN. 349

so. ¶ Etenim nos infirmamur in illo. Hoc ad apostolorum personam pertinet, qui cum, id est CHRISTVM prædicantes, infirmatur dum iniurijs agebantur, clauderentur, cædebantur. ¶ Sed uiuemus cum ipso ex uirtute dei erga uos. Manifestum est, quia si à perfidis infirmabantur, apud credentes non erat hæc infirmitas, sed profectus: quia hinc potentiores fiunt fideles, dum infirmantur. Illata ergo mors à perfidis uita est erga credentes, uirtute enim dei resurgunt, ut uiuant cum Christo. ¶ Vosmet ipsos tentate, si estis in fide, ipsi uos probate. ¶ Inuicem ut se fratres discutiunt, præcepit. Sollicitiores fiunt enim, si secum inuicem conferant. Tentationem ergo hanc probationem uoluit intelligi, quia omnis probatio tentatio est, non tamen omnis tentatio probatio. Si enim deus tentare dicitur, probatio est. Si autem diabolus tentare dicatur, tentatio est, quia euertere nititur. Et homo aliquando tentat ut probet, aliquando ut capiat. ¶ Aut non cognoscitis uos quod CHRISTVS IESVS in uobis est, nisi reprobi estis? Hoc est, quia si probare uos inuicem nescitis, non cognoscitis quia IESVS CHRISTVS est in uobis: & hoc est reprobum esse, nescire religionis uel professionis suæ fidem. Qui enim fidei suæ sensum in corde habet, hinc scit CHRISTVM IESVM in se esse. ¶ Spero autem cognituros uos quia non sumus reprobi. ¶ Prouocat eos ad scientiam fidei & rectæ uitæ. Cum enim ceperint scire apostoli sui certam autoritatem et meritum apud deum, poterunt & circa se esse solliciti. ¶ Oro autem deum ne quicquam mali faciatis, non ut nos probati appareamus, sed ut uos quod bonum est faciatis, nos autem quasi reprobi sumus. ¶ Eo affectu quo semper orat pro eis, ut à malis temperent, non ut nos, inquit, probati appareamus, id est, non ut in autoritate uideamur uobis peccantibus, sed ut uos quod bonum est faciatis, nos uero ut quasi reprobi simus. Quid est hoc? Orat apostolus ut reprobus sit. Non sanè, sed hoc orat, ut his bene agentibus dum non auderent corripere, quasi humilietur, & humiliati

Z 4 uo



uelut reprobis appareant. Probati enim à deo uidentur, dum iudicant peccatores auctoritate concessa. Si ergo quibus iudicant non sunt, cessante in his auctoritate, quasi reprobi uidentur. ¶ Non enim possumus aliquid aduersus ueritatem sed pro ueritate.) Hoc dicit quia potestas non est data contra ueritatem, ut arguatur bene uiuentem, sed pro ueritate ut uindictam eum, qui inimicus est legis. Ideoque cessabit potestas, si quod bonum est fecerint. Vnde & ad Romanos ait cap. duodecimo: Vis non timere potestatem, bonum fac, & habebis laudem ex illa. Cum ergo non timet bonum operando, euacuata est apud eum potestas hoc esse, quasi reprobum esse, quia hoc in eo cessat, unde probatur potestas. ¶ Gaudemus autem cum nos infirmamur, uos autem fortes estis.) Hoc est infirmari, non exercere potestatem. Hos autem oportet fortes esse, ut bene agere uitia uincant, & prohibeant à se uindictam aut correptionem. ¶ Hoc autem & oramus in uestram consummationem.) Petit orans ut in eo perficiant ne peccent, consummati in uirtute bonae uitae, & incorrupta fide. ¶ Idcirco haec absens scribo, ut non praesens durius agam.) Apertum est, quia ideo absens commonet ut correctiores illos inueniat, & non illic positus increpet cum pudore, ut erubescat qui peccat in cœtu fraterno. ¶ Secundum potestatem, quam dominus dedit mihi in aedificationem, & non in destructionem.) Haec potestas est, quam superius operat esse otiosam his bene agentibus, si quo minus, exerce se in hac, ut aedificentur correpti, non mortificati peccatores. Non enim destruuntur qui arguuntur, ut corrigantur, sed aedificantur ad uitam. ¶ De cætero fratres gaudete, perfecti estote, consolationem percipite, idem sapite, in pace agite, & deus pacis & dilectionis erit uobiscum.) Gaudium hoc de emendatione erit, unde & poterit prouenire profectio. Sed ante erit cõsolatio, ut spes futurorum deserant praesentem oblectationem. Idem ait sapite, hoc propter ueterem discordiam, ut iam unum sentiant. In pace agite, si concordēs fuerint, habebunt pacem. Et deus pacis & dilectionis erit, inquit, uobiscum. Deus pacis

pacis est Christus, qui dixit: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Ipse est deus dilectionis, quia iterum ait: Nouum mandatum do uobis, ut diligatis inuicem. Et in hoc, inquit, cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem qua dilexi uos, habueritis inuicem. Alia tamē pax dei, alia mundi est, quia & maligni & spiritus habet pacem, sed ad damnationem. Christi enim pax libera est à peccatis. Perfidiam ergo fugit, dolum spernit, factis malis repugnat. Haec deo placita est & amica, diabolo autē inimica. Hanc qui habuerit, habebit et dilectionem, simul et deum eorum ad uitam perpetuam. ¶ Salutate uos inuicem in osculo sancto.) Haec saluatio ecclesiastica est, quia oscula haec non carnalia sed spiritalia sunt, quae complexu corporum animos copulant, non desiderio carnis sed spiritus. ¶ Salutāt uos sancti omnes.) Prouocat eos ad sanctitatem, ut & ipsi audeant reddere uicē sanctis in saluatione. Ideo enim à sanctis salutant, ut illos imitentur. ¶ Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectio dei, & cõmunicatio spiritus sancti cum omnibus uobis.) Trinitatis hic complexio est, & unitas potestatis quae totius salutis perfectio est. Dilectio enim dei misit nobis saluatorem Iesum, cuius gratia saluati sumus, ut possideamus hanc gratiam salutis, communicatio facit sancti spiritus. Hic enim dilectos à deo & saluatos gratia Christi tuetur, ut trium perfectio consummatio sit hominis in salutem.

DIVI AMBROSII
BROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI
commentarij in epistolam beati Pauli
ad Galatas.

PRAEFATIO.

Z ; OMNIS



1. Timo. 1.

Esa. 20.

Ioan. 8.

Omnis credens in Christum & obseruans legem factorum, male intelligit Christum. Sicut & Symmachiani, qui ex phariseis originem trahunt, qui seruata omni lege, Christianos se dicunt more Forini Christum non deum & hominem, sed hominem tantummodo definientes. Si enim deum intelligerent Christum, nihil de lege factorum sperarent, id est, de Neome-nijs, sabbato, circumcisione, & discretionem eorum, quia qui deum & dominum legis colit, supra legem est: nec potest iudicari a lege, qui cum legislatore concordat. Denique non illorum causa lex data est qui deum colebant, sed eorum qui male & credebant & agebant ad contemptum creatoris. Vnde dicit ad Timotheum: Nec enim iusto lex posita est, sed iniustis et maleuerantibus. Et Moses sic inquit: Timentes facietis filios Israel. Vnde & Galatae, uel hi qui eos subuertebant, adhuc erroris nebula contextum cor habentes, non cernunt sensum Esaie prophetae inter caetera dicentis: Verbum enim consummans & breuians in aequitate, quia uerbum breuiatum faciet dominus super terram. Si ergo haec dicta intelligerent, a lege recederent, scientes a praedicatione Ioannis Baptistae legem iam cessare, ut sola fides sufficiat ad salutem abbreviata ex lege. In lege enim & de deo patre, & de Christo filio eius, & de spiritu sancto continentur praedestinatum in tempore, quod manifestum est in praedicatione. Nam si signaculi causa circumcidebantur filij Israel, ut exinde apparerent filij esse Abraae iuxta carnem, rite cessare debet circumcisio, quia signum habent credentes mortis euitae, quo dinoscuntur filij esse Abraae, sed secundum fidem. Abraae enim promissus est, qui ueniens uinceret mortem. Denique hunc expectabat Abraam, quem in spiritu sentiens natum, gauisus est, sciens se in breui introduci in caelos. Vnde dicit dominus ad Iudaeos: Abraam cupiuit uidere diem meum, & uidit, & gauisus est. Tempore enim quo simul adhuc erant filij Israel in heremo, ante quam uicini essent gentium, non sunt circumcisi. At ubi autem commisceri habebant genti

gentibus, tunc a Iesu Naue circumcisi sunt de petra, quae significat Christum: quia petra, inquit, erat Christus, ut designaretur per Christum futuram incircumcisionem cordis. Sicut dixerat Moses & Hieremias propheta: Circumcidite uos deo, & circumcidite praeputium cordis uestri, ut amputata caligine, remissione accepta peccatorum, digni fierent uidere gloriam dei, quam sub lege positi, uidere nequuerant causa peccati. Ut ergo Christum deum signaret, & non se ab homine ea didicisse quae docebat, assereret, ita incipit.

Deut. 10.
Hier. 40f

CAPVT PRIMVM.



PAVLVS apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem, qui suscitauit eum a mortuis. Apostolum se non ab hominibus electum, & missum ad praedicandum testatur, sicut erant quidam, qui electi ab apostolis, mittebantur ad ecclesias roborandas: neque sicut alij, qui a Iudaeis mittebantur ad disturbandas ecclesias, quos pseudoapostolos uocat, sed a filio dei missum se, quem in hac causa idcirco hominem negare uidetur, quia praecipua quasi deus dedit, non quasi homo: & quem elegit, diuino iudicio elegit. Per quod idoneum & firmum se praedicatorum significat: quia multo utique melior est quem deus elegit, quam quem homo. Neque enim per hominem, sicut arbitrabantur de Christo, qui hos coegebant circumcidi, sed per Iesum Christum, id est, sed per eum qui deus & homo est. Quod statim aperit, cum dicit: Et deum patrem, qui suscitauit eum a mortuis. Hoc dicit duas haereses damnauit, et Manichaei & Fotini. Quia Manichaeus Christum hominem negat, & non negat crucifixum: & Fotinus Christum deum non concedit, & tamen ipsum se, hoc est corpus suum, excita se a mortuis negare non audeat, ut Manichaeus cum crucifixum non negat, stulte eum hominem



hominem nō fateri uideatur, & Fotinus impietate quam deum negare, quem seipsum à mortuis excitasse fatetur. Legit enim dixisse dominum: Soluite templū hoc, & ego tribus diebus excitabo illud. Hoc autē dicebat deus de templo corporis sui. Igitur ipse excitans se à mortuis, corpus suum significat se à mortuis excitasse, & nihilominus tamen a patre suo dicitur excitatus. Propterea quod omnis uirtus filij de patre est, ut gesta filij facta sint patris, ex quo sunt omnia. ¶ Et qui mecum sunt fratres, ecclesiæ Galatiæ.) Postquam auctoritatem suam cōmendauit, adhuc auget ad causam, ut cæteros qui secū erāt, omnes commotos aduersus eos ostenderet. Quamuis sufficeret autoritas ei? nec possit refutari, tamē ut grauet factum illorum, quo à prima fide destiterant, multos secum accessos ad errorem illorum arguendum designat. Facile enim poterit quis intelligere errare se, si se à multis uideat reprehendi. ¶ Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo.) Vtriusq; beneficio tam patris quam filij, genus hominum subleuatū ostendit. Nec minorem filium significat, cum eum dominum nostrum uocat: neq; patrem maiorem, quia cum deum nostrum appellat, quia non erit uerus deus pater, nisi & dominus sit: neq; uerus dominus filius, nisi & deus sit. Si ergo una gratia patris & filij erga nos est, quid est, inquit, ut de filio minus sentiētēs legem illi æquetis, ut patri Christo, partim legi seruiatis, cum legeritis dominū dicētem: Quia dñs est filius hoīs, etiā sabbati, ut per hoc uideant quanta contumelia ab eis domino irrogetur, quando comparant dominum famulæ? ¶ Qui dedit se ipsum pro peccatis nostris.) Aperte ostendit nihil prodesse legem, quando Christum dicit obtulisse se, ut pro nobis pateretur, ut nos iustificaret quos lex reos tenebat: ut eruti à lege per fidem Christi, iam nō peccatores essemus, sed iustificati secunda natiuitate, filij dei appellari. Cum enim in conditione diaboli genus humanum teneretur, saluator obtulit se uolenti diabolo, ut illudens eum potestates uirtutis suæ, accipere enim uoluisset quem

Luc. 6.

quem detinere non potuit, auferret ei quæ malo iure tenebat obnoxia. Expoliatis itaq; inferis, trophæum animarum pertulit ad patrem, ex quo sunt omnia. Quod lex utiq; facere non potuit, quanquam profutura data sit, nobis tamen peccantibus conuersa est ut fieret inimica, & cepit occidere, non uiuificare. Christus autem dominans delicta, non solum uiuificauit nos, sed & sibi sociauit, ut filij dei uocemur facti per fidem. Quantus ergo error est post gratiam reuerti sub lege, hoc est accepta libertate uelle seruire, ut ereptus gladio, immemor beneficij denuo se uendat lanistæ? Accusator est enim emptoris, qui relicto eo rursus ad priorem dominum redit. ¶ Vt liberaret de præsentī seculo maligno.) Hoc dicit, quia ideo morti cōcessit se dominus, ut nos ab errore seculi liberaret, id est, ut ab intelligentia huius seculi, quod curricula senescente ætate deurgit in finem, alieni facti, futuri seculi quod occasum nescit, participes simus in sensu unius dei. Præsentis enim seculi hæc est malignitas, quia non reddit cōgruam reuerentiam creatori suo deo, & restauratori Christo, dum multos sibi deos confingit error humanus, aut dum Christo à credētibus debita honorificentia non reseruatur. ¶ Secundum uoluntatem dei & patris, cui gloria in secula seculorum. Amen.) Vt firmum sit & plenum auctoritate, quod dicit, quia Christus nos liberauit, addit quia istud fecerit cum patris uoluntate. ¶ Miror quod sic tam cito transferemini ab eo, qui uocauit uos in gratiam Christi in aliud Euangelium.) Euangelium bonum nunciū est, ac per hoc & lex uetus euangelium est, accepta lege factorum. Sed hoc potius, in quo quod promissum est, solutum est, per quod peccatores ad indulgentiam conuocantur. Mirari ergo se dicit ideo, quia de optimo & maximo beneficio decedentes, mancipauerunt se legi factorum, ut perderent quod fuerant consecuti, ut de accepta libertate ruerent in seruitutem cito euerſi, cum mos sit, ut paulatim aliquis de malo transeat ad bonum. Hi autem de bono facile traducti sunt ad opera carnis, quæ sunt gratia

Rare



Raro enim contingit, ut quis de latitia ad exitum *con-*
*fugi*at: ac per hoc admiratur hebetudinem illorum, qui
in securitate positi, labori se subijciebant inani. Tale est,
si naura insanus stans in portu, de tempestate securus
laxet nauim in altum, ut perturbetur diuersis pcellis:
Ita & hi per stultitiam subegerunt se, ut dolores paterentur
pudoris defecti, & iugum seruitutis legis susciperēt,
nulla huius rei spe prædicata. In aliud ergo euangelium
uocati fuerant, quàm quod hi prædicabant, qui eos sub
uerterant. Non tamen aliud ab eo quod apostoli nunct
abant, quod hi pseudoapostoli aliud esse asseriebant ad
inuidiam apostoli, qui eos instruxerat. Et ut Galatas
per hanc fallaciam circunuenirent, necesse erat ut euan
gelium apostoli aliud esse dicerent, quàm quod ratio sal
uatoris docebat. Hoc autem esse uerum, quod ab eis cum
legis ueteris concordia prædicabatur. Ili sunt qui qua
siones fecerunt Paulo & Barnabæ de hac re, sicut conti
netur in Act. apostol. Ili enim docebant ex gentibus
credentes, quia nisi circunciderētur more Mosi, & Iuda
izarent, salui esse non possent. ¶ Nisi aliqui sunt qui con
turbant uos, et uolunt conuertere euangelium Christi.)
Apertum est, quia hoc agebant ut conuertent Euange
liū Christi, immutates traditiones, ut sub nomine Chri
sti essent Iudæi, id est, conuertere euangelium Christi in
legem. ¶ Sed & si nos aut angelus de cælo euangelizet
uobis præterquam quod euangelizauimus, anathema
sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, Si quis uobis
euangelizauerit præterquam quod accepistis, anathe
ma sit.) Nemo miretur Apostolum, qui feritatem mo
rum mansuetabat, sic esse commotum. Pro Galatarum
enim salute. Indignatur aduersus inimicos disciplina
christianæ. Indignatio enim hæc ostendit nõ leue pecca
tum esse post acceptam fidem conuerti ad legem. Nam
tam firmum atq; uerum euangelium quod eis prædica
uerat asserit ut etiã seipos, id est apostolos, si immutata
forte aliæ prædicarent non audiri doceret, quorū utiq;
fama quod essent apostoli Christi peragrauerat omnem
locum

Iocum. Aut si forte diabolus angelum dei se fingens, ut
facile possit audiri, de calis appareret contra hæc præ
dicans, sciretur esse contrarium & abominatio haberetur.
Si ergo apostolos Christi, quorum tam præclara
opinio in signis & prodigijs erat faciendis, & angelum
de cælo quem possit spiritalis ratio commendare,
aliter docentes quàm ab apostolo Paulo edocti erant a
nathematizari præcepit, quanto magis quos nullum
testimonium ad seducendum potest commendare? Ideo
autem iterat contestationem, ut confirmet eos in prima
traditione. Iterata enim lex, sollicitiores reddit negli
gentes. ¶ (Modo enim hominibus satisfacio aut deo.)
Hoc est, nunquid hominibus fatisficio, suadendo uobis
reueri ad gratiam Christi aut deo. Non hominibus uti
que sed deo, ut per satisfactionem reuertantur ad deum
quem spreuerant, Deniq; statim subiecit. ¶ Aut quero
hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem ser
uus Christi non essem.) Significat igitur hos à quibus
fuerant euerfi, non deo sed hominibus placere in Gala
tarum subuersione, sicut & semetipsum iam dudum, quã
do ecclesiam ut patrum traditionum uendicaret perse
quebatur. Ut enim à Iudæis laudari possent, secundum
uoluntatem illorum, legem seruandam dicebant, ne si
uerum euangelium Christi prædicarent inimicos eos fa
cerent. Hic autem apostolus qui omni deuotione deo
placere docebat, non timebat homines offendere, dum
mò dei gloriam commendaret. Omnia enim præsen
tia postponens, futuris se commendabat spebus ut Chri
sti idoneus seruus. Idonei autem serui esse non possunt,
qui sub nomine domini proprijs lucris student. Sed for
te contra aliquis dicat. Ergo qui legem prædicabant
quam deus dicitur dedisse, hominibus seruiebant. Quo
modo ergo idonea lex esse dicitur cuius prædicario se
cundum hominum uoluntates narratur temperata?
Ante aduentum domini lex iuxta dei uoluntatem
prædicabatur. Tempus enim ei debebatur ut seruare
tur. At ubi aut uenit dominus promissus in lege, cessare
oportuit



oportuit legem, iuxta prædictam sententiam prophetarum. Vnde dicit dominus: Lex & propheta usque ad Ioan- nem. Nec enim dignum erat, ut præsentem domino, legis autoritas seruaretur. Ideoque si quis de cætero legem seruandam putat, iam non domini uoluntati obtemperat, sed repugnat. Similibus enim suis satisfacit. ¶ Notum enim uobis facio fratres euangelium quod prædicatum est à me, quia non secundum hominem est. Neque enim ego ab homine accepti illud aut didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Nunc principia epistolæ aperit. Ipsum enim sensum uult manifestare, quia non ea quæ docebat ab homine didicerat, ut forte dubitaret de his quæ docebat. Neque secundum humanum iudicium aptata erat eius prædicatio, ut indigna diuina autoritate uideretur: sed à dei filio dicit se didicisse per reuelationem, cum iam post resurrectionem esset in cælis, sicut supra memora- uit, & ea quæ didicit conuenire uoluntati maiestatis eius à quo se didicisse testatur. Spiritalia enim sunt quæ seruata meritum collocant apud deum. Illa enim carna- lia sunt quæ tempore suo seruata, nec meritum, nec im- meritum præstiterunt apud deum. Non seruata obfue- runt, quia & qui non fecerat legem, sub maledicto erat, & qui fecerat non iustificabatur apud deum, quia iustus ex fide uiuit. Illa enim ut oneri essent seruanda manda- ta sunt, non dignitati. ¶ Audistis enim conuersationem me- am aliquando in Iudaismo quia supra modum perseque- bar ecclesiam dei & expugnabam eam, & proficiebam in Iudaismo super multos coartaneos in genere meo, abundans uelut aemulator existens paternarum mearum tradi- tionum. Propositum suum quo prius iuxta carnem uige- bat repugnans ecclesie, breuiter memorat, sed ut famu- lus Christi esset, hoc se reliquisse. Magis enim se deuotum, quam illos in uindicanda lege fuisse designat, non tamè propter hominum fauorem, sed hoc putans utile apud deum. Per ignorantiam enim cum humanitati placeret, deo se seruire putabat, liberam habens conscientiam. Nec sciebat enim iam tempus asserendæ legis non esse, doctri-
nant

Abac. 2.

nam secutus patrum, uidens aut in errore aut in male- uolentia confitorum, omni industria & seruire mentis id agebat, ut cæteris coequalibus sibi æmulatione legis præstantior uideretur, sic insaniens contra disciplinam Christi, ut nulli hominum parceret, fidei fœdera assecu- to. Sed cum dei reuelatione laborem hunc inanem esse didicisset, & magis contrarium, destitisse ab eo & se fidei gratiæ subdidisse, ut professus ei esset apud deum. Si ergo hic qui Israëlita est, & qui dignitate doctoris fultus erat apud Iudæos, eruditus à Gamaliel uero prudentis- simo, locum habens cum optimis uita hominibus, reli- quit legem, quanto magis hi qui extra legem erant, legi se subijcere non debuerat. Er si hic gaudet exisse se de sub- iugo seruitutis, quid est ut hi libertatem suam obligauerint uinculis legis? ¶ Cum autem placuit ei qui me se- gregauit de utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam reuelare filium suum in me, ut euangelizarem eum gentibus, continuo non acquieui carni & sanguini. Cum in lege haberet fiduciam in scius iam tempus legis seruandæ non esse, & omni auiditate contenderet putas dei se uoluntate hoc agere ut resisteret Euangelio Chri- sti, uidens deus æmulationem eius bonam, sed scientiam ei deesse, placuit ei uocare illum ad gratiam suam, sciens iam idoneum hunc esse ad predicandum Euangelium fi- lii eius gentibus, quia si in re minima tam uelox & fidus erat audacia conscientie, non adulatione cuiusquam, quan- to magis in prædicando dono dei futurus esset constan- tior spe promissi præmij. Præscientia ergo dei segregatus est de utero matris suæ, id est, antequam nasceretur, uel statim natum scit deus futurum hominem bonum sicut dicit ad Hieremiam prophetam: Prius quam te for- mare in utero noui te, &c. Ita & apostolus Paulus sci- ens quid esset futurus præuenit eum, ut antequam con- uerteretur uocaret eum quia erat necessarius. Denique sta- tim suscepit dispensationem doni dei omni postposita cura carnali. Nec enim consilium cuiusquam petijt, aut ad aliquem retulit quid esset factururus, sed protinus præ
A a dicauit

Hier. i



dixit Christum quia hic est filius dei. Nam sicut futuri mali frequenter ante sunt boni, ita & solent futuri boni esse mali. ¶ Neque ueni Hierosolimā ad præcessores meos apostolos, sed abij in Arabiam, & iterū regressus sum Damascum.) Non fuisse dicit necessitatem electum se a deo pergenti ad præcessores suos apostolos, ut aliquid forte diceret ab eis, quia deus ei reuelauit per filium suum quomodo doceret. Hoc ideo loquitur ut ostendat non aliud tenendum esse quā quod docet, nec hominibus crediti sed deo a quo se didicisse testatur, ac per hoc eos qui illos in legem induxerant esse doctores falsos, quia non a deo traditum erat quod docebant. A Damasco ergo in apostolorum, ut ipse illic fundaret Ecclesias, ne surreptibus pseudoapostolis Iudaismus seminaretur. Et inde prædicauerat Euangelium gratiæ dei. ¶ Deinde post annos tres ascendit Hierosolimam uidere Petrum, & mansit apud eum diebus quindecim.) Dignum fuit ut cuperet uidere Petrum, quia primus erat inter apostolos, cui delegauerat saluator curam ecclesiarum, non utique ut aliquid ab eo diceret qui iam ab autore didicerat, a quo & ipse Petrus fuerat instructus, sed propter affectū apostolice caritatis, & ut sciret Petrus hanc illi datā licentiā quam & ipse acceperat. Ventens ergo ad eū hospitio receptus est, & apud eum mansit diebus quindecim, quasi unanimes coapostolus. Hæc ideo manifestat, ut ostendat concordiam se cum apostolis habuisse, nec in aliquo dissensisse sicut susurrabāt de eo pseudoapostoli, ut eū apud ecclesias gentium deformarent, & sua mala simplicioribus infererent, dicentes ea conuenire cum doctrina apostolorum maiorum. ¶ Alium autem apostolorum uidi neminem nisi Iacobum fratrem domini.) Iacobum uidit Hierosolymæ, quia illic erat constitutus ab apostolis episcopus, qui & ipse prius fuerat incredulus, sicut dicit Euāgelista: Quia nec fratres eius, inquit, adhuc credebant in eum. Hic Iacobus filius fuit Ioseph, qui ideo frater domini appellatus est

. Ioan. 7

Lucæ 3
Eius est quia & Ioseph pater eius, etiā domini pater nuncupatus est. Sic enim dicit Maria ad Iesum in Lucæ Euāgelio: Quid fecisti nobis fili? Etenim & ego & pater tuus mortui & tristes querebamus te. Et in Euāgelio Ioannis dicit Philippus ad Nathanael: Quæ scripsit Moyses in lege & prophetæ, inuenimus Iesum a Nazareth filium Ioseph. Hoc ergo modo dictus est dñs frater Iacobi & cæterorum & filii nūcupabat Ioseph. Quidā em̄ ducti Isania, hos ueros dñi fratres de Maria natos ipsa assertorice cōtēdūt, cū Ioseph non uerū eius patrem dicat appellatū. Si em̄ hi ueri erāt fratres eius, & Ioseph erit uerū pater, quia dixit patrem eius Ioseph, idē dixit & fratres eius Iacobū & cæteros. ¶ Quæ autē scribo uobis: Ecce corā deo quā non mēior.) Quæ ad cōmendationē eius pertinet locuturus, teste deū dat, quia ita se hñt quæ dicitur, ne forte uideret cōpositā, cū pater eius non cōueniat aliquid fingere, sed cū se cōmēdat honeste, p̄ficere. Cōmēdatio em̄ hæc istis, p̄ficat, ut sciāt ea quæ ab hoc dñe esse uerissima. ¶ Deinde quia in regione Syriæ & Ciliciæ, erāt autē ignotus facie ecclesiis Iudeæ, solūmō audiebāt, quia quæ persequebāt nos aliquā, nūc prædicat fidē quā aliqui expugnabat, & in me magnificabāt deū.) Hoc dicit quia cū Iudaismū defenderat cōtra fidē, sicut & hi a quibus fuerat Galatæ euerſi, a deo electus est, & doctus dissimulari a Iudaismo, & nouā legē prædicare, ita ut gauderēt in eo & Iudeis credentes quos pridē persequebat, deo agentes gratias quæ de persecutore fecit defensorem, ut p̄inde sciret Galatæ circumuētos se, ut sub nomine Christi Iudeos se, p̄fiterēt, circumcederes carnē preputii sui cū Christi lex aliquid iperet quod Iudaismus. Illic em̄ circūcisio carnis est, hic cordis. Illic sub elemētis seruit neomenijs & sabbato, hic soli deo in spiritu, quia corde credit. Illic cōditio est causa peccati, hic libertas ex remissione peccatorum. Multa itaque distantia est.

CAPVT II.

Deinde post annos quatuordecim, itē ascendit Hierosolimā cū Barnaba assūpto & Tiro. Ascēdit autē secundum reuelationē, & exposuit illis Euāgelium quod prædico geribus, secreto autē his quæ sibi aliqui utdebāt, ne forte inuacuum

Aa 2



inuacuum currerem aut cucurissem.) Quoniam multo tempore fama eius crebrescebat apud omnes Iudæos facie autem non uidebatur: perambulabat enim fundare & roborare ecclesias solita constantia inter gentes. A Iudæis autem causa legis mala illi fiebat opinio, quasi discordaret à prædicatione cæterorum apostolorum, & hinc fiebat multis scrupulus, ita ut gentes possent perturbari ne in aliud inducerentur ab eo quàm tradebant apostoli qui cum domino fuerant. Nam ipsa occasione subuersi sunt Galatæ à Iudæis dicentibus, quia aliud tradebat Paulus quàm Petrus. Hinc factum est, ut admonitus reuelatione domini ascenderet Hierosolymam cum testibus prædicationis suæ, id est Barnaba & Tito, unum ex Iudæo & alterum ex gentili, ut si quod de eo haberent scandalum, horum testimonio tolleretur, adaperies illis sensum prædicationis suæ. Cum apostolis uero secreto contulit ut scirent non illum discordare à regula Euangelica, hoc est, ne putaret illum inuacuum currere aut cucurrisse, sicut æstimabant aliquanti ex Iudæis credentibus. Nec enim aliquid ab eis discere poterat, qui à deo fuerat instructus, sed propter concordiam & pacem dei nutu factum est, ut tolleretur scrupulus aut suspitio fratribus aut coapostolis eius, & ut gentibus proficeret cognoscen-
tibus, quia concordabat Euangelium eius cum apostolis. Præterea cum legem didicissent non molestari eos à ex gentibus credebant, sed ut ab his tantum obseruaret, id est, à sanguine & fornicatione & idololatria. Nunc dicant Sophistæ Græcorum qui sibi peritiam uendicant, naturaliter subtilitate ingenij se uigere, quæ tradita sunt gentibus obseruanda, quæ ignorabant, an quæ sciebant. Sed quomodo fieri potest ut aliqui ea discat quæ nouit? Ergo hæc illicita esse ostensa sunt gentibus quæ putabant licere, ac per hoc non utique ab homicidio prohibiti sunt cum iubentur à sanguine obseruare, sed hoc acceperunt quod Noë à deo didicerat ut obseruaret à sanguine edendo cum carne. Nam quomodo fieri poterat ut Romanis legibus imbuti quorum tanta autoritas in seruandis mā-

datis

datis est, ut nescirent homicidium non esse faciendum, Quippe cum adulteros & homicidas & falsos testes & fures & maleficos & cæterorum malorum admissores puniant leges Romanæ. Denique tria hæc mandata ab apostolis & senioribus data reperiuntur quæ ignorant leges Romanæ, id est, ut obseruet se ab idololatria & sanguine, sicut Noë, & fornicatione. Quæ Sophistæ Græcorum non intelligentes: scientes tamen à sanguine abstinendū, adterarunt scripturam, quartum mādatum addentes, & à suffocato obseruandum, quod puto nunc dei nutu intellecturi sunt, quia iam supra dictum erat quod addiderunt. ¶ Sed neque Titus qui mecum erat. Hoc est, illo ipso tempore quo fuit Hierosolymis, inquit, Titus qui mecum erat. ¶ Compulsus non est circumcidi. Cum utique inter apostolos & eos, qui ex Iudæis crediderant, esse mus, nemo eum de his, id est, Titum compulit circumcidi. Et subintelligitur, quid est ut uos circumcidi mini, cum Titus ab apostolis, qui uidebantur aliquid esse, non est compulsus circumcidi, sed susceptus est incircumcisus.

¶ Propter autem sub introductos fratres falsos, qui subintrauerunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem subijcerent, ad horam cessimus subiectioni, ut ueritas euangelij permaneat apud uos. Titum quia Græcus erat sicut Galatæ, negat circumcisum. Quo dicto hos arguit, qui paterentur se circumcidi, cum essent Græci. Sed ne forte opponeretur ei, quia ipse circumciderat Timotheum, nunc causas exponit cur fecerit, quod faciendum negabat, dicens: Propter subintroductos autem falsos fratres, qui subintrauerunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutem subijcerent, ad horam cessimus subiectioni, ut ueritas euangelij apud uos permaneat. Græci e contra dicunt, nec ad horam cessimus, & hoc aiunt conuenire causæ: quia qui fieri prohibebat, non oportebat, inquit, dicere se fecisse, ne probaret esse faciendum. Sed Apostolus uir diuinus sciens posse hoc opponi, ipse illud proponit, ut præueniat calumniosos: &



74 COMMENT. D. AMBRO.

reddit causas, quibus cōpulsus est facere quod nolebat. Propter subintroductos autē, inquit, falsos fratres. Subintroductos dicit, quia cum dolo introierunt ostendentes se fratres, cum essent inimici. Qui subintrauerūt, hoc est, cum humilitate intrauerunt fingentes amicitia. Explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutē subiicerent. Explorare est sic intrare, ut aliud fingat & aliud querat, quo possent accusare libertatem nostram, quā habemus in Christo Iesu. Libertas in Christo Iesu hæc est, nō subijci legi. Ut nos in seruitutem subiicerent, hoc est, ad hoc intrauerunt cum dolo & tallacia, ut nostram libertatem seruituti subiicerent, cogentes nos subijci legi circuncisionis. Ad horam cessimus subiectioni, hoc est, ad horā nos subiecimus seruituti, humiliantes nos legi, ut circunciso Timotheo cessaret dolus & scandalum Iudæorum. Parati enim erant, sicut datur intelligi, cōmouere illi tumultum & seditionem. Fuit enim causa quomodo haberent aditum calumniam faciendam. Timotheus enim erat matre quidē Iudæa patre autem Græco, unde factum est ut secundum legem circuncisus infans non esset. Volens autē Apostolus eum assumere, ut ordiaret illum episcopum, sicut fecit: quia testimonium ei, inquit, bonum perhibebant omnes loci illius, insidias passus est Iudæorum. Explorabat enim, si filium Iudææ incircuncisum susciperet, parante seditionem: quia si de Græcis contradicebat non esse circuncidēdos, sicut & epistola ab apostolis de hac re fuerat data, uel filios Israël circuncidi non ueraret: quia nihil de his in epistola eadē significauerant apostoli, ex cuius auctoritate plus sauebant credentes Iudæi, quia non prohibebat Iudæos filios suos circūcidere ipsa epistola. Tūc, inquit, accipiens eum, circūcidit propter Iudæos qui erant in locis illis. De gentilibus autem scandalum non habebant, unde Titus non est compulsus circūcidi. Ad horam ergo cessit, ut ueritas Euāgelij permaneat apud gentes, cum non subijciunt se circuncisioni. Apud Iudæos autem non erat ueritas Euāgelij, quia credentes circūcide

IN EPIST. AD GALAT.

75

circūcidebant filios suos. In Christo enim Iesu neque præputium, neq; circūcisio aliquid ualet, sed fides per dilectionem operans. Nam non solum historia, sed & litteræ hoc indicant, quia cessit. Nam supradicit Titum, cum esset Græcus, non esse compulsus circūcidi, & subiicit dicens: Propter subintroductos autem falsos fratres. Quid iam sonat, nisi quia cessit ad horam, propter subintroductos falsos fratres? Si quo minus, quomodo uerba aut sensus se sequerentur, Titum certe negat compulsus circūcidi: propter subintroductos autem falsos fratres quid sonat, nisi quia cessit? Si autē, propter subintroductos falsos fratres nō cessit nō uolūtate nō cessit. Nā cessitum se significauit, si hoc est, sed propter subintroductos falsos fratres nō cessit. Si ergo cedendum non fuit, quare falsi fratres dicuntur, quorū beneficium nō fecit? Ad faciendum non erat. Itaq; si hoc est, beneficium præstiterunt Apostolo, quia horum causa non cessit quod cedere habebat. Cur igitur exploratores dicti sunt, si hoc illum facere nolebant quod facturus erat, sed propter istos nō fecit? Si autem nō erat facturus, sine dubio propter istos fecit: aliud enim non est. Litteræ enim hoc indicant quia cessit & historia factū exclamat. Quomodo enim ad horam negaret se cessisse, cum probaretur propter Iudæos Timotheum circūcidisse, quod est ad horam cessisse, & secundum legem purificatum in templum ascendisse? Ille enim posset dicere, nec ad horam se cessisse, qui nunquam inueniretur cessisse. Aut enim cessurus propter fratres falsos nō cessit, aut nō cessurus? propter fratres falsos cessit. Vnū ergo de duobus accipite, falsi fratres tū dicunt, quod credentes Iudæi uidebant. Ab his autē qui existimant aliquid esse aliquando fuerant, nihil mea interest. Deus personam hominis non accipit. Hoc significat, quia apostoli prius simplices homines erant & imperiti, nullius dignitatis in lege, sed hoc non obesse. Quis enim accuset eum, quem deus excusat? Quia non queritur quis quid fuerit, sed quid sit. Præterita enim nec condemnant, nec uendicant. Sed tamen uult intelligi, quia &



peritus fuit in lege, & clarus in uita, ac per hoc & in dispensatione euāgelij præcipuus minister. ¶ Mihi enim qui existimantur aliquid esse, nihil contulerunt. Nihil dicit se ab apostolis consecutum, sed à deo: quia qui imperitis sensum tribuit disciplinæ christianæ, ipse & mihi, inquit, cum essem legisperitus, dignatus est impartiri sensum rationis huiusmodi. Quomodo ergo fieri poterat, ut hic ab his disceret, quem peritum inueniens, peritiorum fecit gratia Christi? ¶ Sed e contra cum uiderent quia creditum est mihi Euangelium præputij, sicut Petro circumcissionis. Qui enim operatus est Petro in apostolatu circumcissionis, operatus est & in me ad gentes. Petrum solum nominat, & sibi comparat, quia primatū ipse accepit ad fundandam Ecclesiam, se quoque pari modo electum, ut primatum habeat in fundandis gentium Ecclesijs: ita tamen ut & Petrus gentibus prædicaret si causa fuisset & Paulus Iudæis: Nā uterque inuenitur utriusque fecisse: sed tamen plena autoritas Petro in Iudaismi prædicatione data dinoscitur, & Pauli perfecta autoritas in prædicatione gentium inuenitur. Vnde & magistrum se gentium uocat in fide & ueritate. Vnusquisque enim pro uiribus suis & dispensationem fortitus est. Difficilis enim fuit eos, qui longe à deo erant, ad fidem suā attrahere, & suadere quā proximis. ¶ Et sciētes gratiam dei, quæ data est mihi, Petrus & Iacobus, & Ioannes, qui uidebantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, & Barnabæ societatis, ut nos ad gentes, ipsi uero in circumcissionē, tantū ut in inopijs memores essemus pauperum, quod & solite curauit hoc ipsum facere. Ab apostolis, qui clariores inter cæteros erant, quos & firmitatis causa columnas appellat, quique cum domino semper in secretis fuerant, gloriam eius digni in mōte respicere. Ab his itaque probatum dicit donum, quod accepit à deo, ut dignus esset habere primatum in prædicatione gentium sicut & habebat Petrus in prædicatione circumcissionis. Et sicut dat Petro socios uiros egregios iter apostolos, ita & sibi iungit Barnabam, qui diuino iudicio ei adiun-

ctus

ctus est: gratiam tamen primatus sibi soli uendicat concessam à deo, sicut & soli Petro concessa est inter apostolos, ita ut apostoli circumcissionis dexteram porrigerent apostolis gentium, ad concordiam societatis demonstrandam, ut utriusque scientes, perfectionis spiritum in dispensatione Euangelij se à domino consecutos, in nullo se inuicem egere ostenderent. Hoc solum tamen inter se conuenisse, ut quod non ex præcepto uel dono domini fuerant instructi, quæ facile erat hoc ex lege cognoscere, hos quibus prædicabant pauperum memores esse iuberent, ut misericordiam, per quam à deo redempti sunt, colerent. Idcirco igitur hæc quæ inter se & apostolos facta sunt, manifestat, ut sciant Galatæ quia quod ab eo acceperat, hoc uerum est & probatum. ¶ Cum autem uenisset Petrus Antiochiam, in faciem illi restiti, quia reprehensus erat. Post concordiam societatis, & honorificentiam primatus, quam sibi inuicem per gratiam dei detulerunt, nunc interueniente causa negligentiae uel erroris, distendere inter se uidentur apostoli, non in propria causa, sed in solitudine Ecclesiae. In faciem, inquit, illi restiti. Quid est hoc, nisi in præsentem ei contradixit? Et qua causa subiunxit, dicens: Quia reprehensus erat. Reprehensus utique ab euāgelica ueritate, cui hoc factum aduersabatur. Nā quis eorum auderet Petro primo apostolo, cui clausæ regni celorum dominus dedit, resistere, nisi alius talis, qui fiducia electionis suæ sciens se non imparē, constanter improbaret quod ille sine consilio fecerat. ¶ Prius enim quā uenissent quidam à Iacobo, cum gentibus edebat. Cum autem uenissent, subtraherebat & segregabat se, timens eos qui erant ex circumcissione. Et simulauerunt cum illo, & cæteri Iudæi, ita ut & Barnabæ cōsentiret simulationi earum. Hi omnes Iudæi, qui consenserunt simulationi Petri & Barnabæ, bonæ fidei fuerunt, sed propter scandalum illorum qui ueniebāt ab Iacobo, erant enim æmulatores legis, qui & legem & Christum æquo iure uenerarentur, quod contra fidei disciplinam est, presentibus eis non commiscebantur gentibus. Timebant enim impe-

Aa 5 tunc



tum audaciæ eorum, qui æmulabantur legem. Quod si solum fuisset, non erat reprehensibile: sed in quo errata est, in subiectis ostendit. Nam & ipse utiq; cessit animo ferati & audaciæ Iudæorum, timens ne per hoc quod facile est, surriperet scâdulum, quod difficile sedaretur: quia & secundum legem purificauit se coactus, & Timotheum circumcidit inuitus. ¶ Sed cum uidissem quia non recta uia incedunt ad ueritatem Euangelii, dixi Petro coram omnibus. Ideo in solum Petrum inuehitur, ut in eo qui primus est, discerent cæteri. ¶ Si tu cum sis Iudæus, gentiliter uiuis, quomodo gentes cogis Iudaizare? Nunc aperit causam reprehensionis. Non enim aliquid fuisset erroris, si presentibus Iudæis dissimulasset à gentilibus, timens scandalum. Sed hic rota causa reprehensionis est quia aduenientibus Iudæis ab Iacobo, non solum segregabat se ab eis, cum quibus gentiliter uixerat, sed & compellebat eos Iudaizare causa timoris illorum, ut quid hopeuisset, ignorarent gentiles. Sciebant enim ipsum secum non quasi Iudæum uixisse. Post autem audientes ab eo quia Iudæorum instar sequendum erat, hesitabant utiq; quid esset uerum. Si enim hoc uerum erat ut Iudaizarent, ipsum præuaricatorem tenebant, quia gentiliter uixerat. Si autem illud melius erat, & uerum, ut simpliciter uiuerent, euersio erat gentium per eius ignauiam, quibus adempto bono res laboriosa & inefficax tradebatur. Apostolus autem Paulus, quando ad horam cessit, non hoc & suauis, sed re se superfluum & inanem facere clamitabat propter furorē Iudæorum. Cui quidem rei non succubisset, nisi causa interfuisset, qua audacia Iudæorum plurimum se iactaret. Erat autem Timotheus filius mulieris Iudææ, patre autem Græco. Unde factum est ut infans secundum legem minime circumcideretur. Insidiabantur ergo explorantes, si cum, qui Iudæus natura erat, incircuncisum assumeret: quod illicitum putabant generi Iudæorum, occasionem quærentes qua eum euersorem tenerent legis, hac causa ad horam cessit furori eorum. ¶ Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Sciētes autem quia non iustificatur

homo

homo ex operibus legis, nisi per fidē Iesu Christi: & nos in Christum Iesum credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Manifesta ratione circumuentos eos ostendit, ut seruaent legem, in qua nemo iustificatur apud deum, quippe cum hi ipsi, qui natura Iudæi sunt, uolentes iustificari relicta lege, confugiant ad fidem Christi. ¶ Quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Nullum hominem iustificatum dicit ex operibus legis. Quicūq; enim iusti sunt, ex fide iustificati sunt: sicut Abraham, & Isaac, & Iacob, & cæteri sancti. ¶ Si autem quærentes iustificari in Christo, inuenimur & ipsi peccatores. Ergo Christus peccati minister est. Absit. ¶ Quomodo Christus peccati minister potest esse, qui donat peccata (deo absit, inquit. Sed si iustificari uolentes per fidem Christi, & legi seruimus, sub peccato nos esse profitemur: quia fides extrahit hominem à lege ut iustus sit. Ergo si damus nos legi, peccatores inuenimur quia qui sub lege, sub maledicto sunt. ¶ Si enim quæ desiruxi, hæc iterum reedifico, præuaricatorem me constituo. ¶ Absolutum est, qui accedens ad Christum, reliquit legem, de seruo enim fit liber. Quod si iterum redeat ad legem, ipse sui accusator existit, quia factum suum cõdemnat. ¶ Ego enim per legem legi mortuus sum, ut deo uiuam. Hoc dicit, quia per legem fidei mortuus est legi Moysi. Mortis enim legi qui liberat ab ea, & uiuit deo, cuius fit seruus emptus à Christo. ¶ Christo enim confixus sum cruci. Hic configit cruci Christi, quæ emulus uestigiorum eius, nulla mundi concupiscentia capiti, ut deo uiuēs, mundo mortuus uideat. Qui enim non agit quæ mundi sunt uel erroris, mortuus est mundo. ¶ Viuo autem iam non ego sed uiuit qui in me est Christus. ¶ Non est ambiguum in eo, qui per fidem liberatur à morte Christi uiuere. Morte enim digno dum donat peccata, ipse uiuit in loco eius: ipsius enim presidio creptus est morti. ¶ Quod uero nunc uiuo in carne, in fide uiuo filii dei, quæ dilexit me, & tradidit se pro me. Non solum ingratus gratiæ dei. ¶ Quia futura uita, promissa est Christianis id est quæ nunc in hac uita auxilio dei munitur uiuit, in fide uiuit, promissa uiuit.



uiuít. Hic enim imaginem eius contemplatur, quasi pi-
gnus habens uitæ futuræ, quæ per dei nutû Christî amo-
re nobis quæ sita est. Hic ergo non est ingratus Christo,
qui in fide eius perdurat, sciens nullius se habere benefi-
cium, nisi huius: & ad contumeliam eius proficere, si alte-
rum ei comparat, cuius auxilium habere non potuit.
¶ Si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis mor-
tuus est. Nihil tam apertû, quia si per legem potuisset ho-
mo iustificari, Christum non oportuerat mori. Sed quia
lex dare remissionem peccatorum non poterat, neq; se-
cundam mortem detriumphâs expoliare captiuus, quos
tenebat causa peccati, idcirco Christus mortuus est, ut
ea præstaret quæ lex non poterat, ac per hoc non gra-
tis mortuus est. Mors enim eius iustificatio peccatorum est.

CAPVT III.

O Insensati Galatæ, quis uos fascinauit? Ira-
scētis cum miraculo uerba sunt, quia sic fu-
erāt deprauati, ut nec se agnoscerēt circum-
uētos. Proœmio usus est. Omnis enim qui
fascinator, de bono transit in malum, sicut
& hi de libertate & securitate ad seruitium
& solitudinem trāsierunt. ¶ Ante quorû oculos Chri-
stus proscripius est, & in uobis crucifixus est. Manifestum est,
quia stultorum oculis Christus proscripius ui-
detur, id est, expoliatus uel condemnatus. Prudentium
uero oculis & sensibus non solum non cōdemnatus, sed
ipse mortem cruce sua dānasse uidetur. Passio enim do-
mini uita nostra est, & destructio mortis. Sed quia hi in-
digne cœperant sentire, translati ad legem, idcirco men-
tibus eorum Christum condemnatum uideri conqueri-
tur. Ideoq; subiicit: In uobis crucifixus est, hoc est, sensu
uestro crucifixus est quasi homo. In quo enim spes ple-
na non est, homo est. Ideo hi non putabant plenam salu-
tem esse in Christo, quia legem illi æquabant. In his ue-
ro qui congrue intelligunt Christum, uiuít in eis Chri-
stus. In Fotino crucifixus est. Hic enim uere mortuus est,
in quo Christus dicitur crucifixus, quia istud loco accu-
sationis

sationis obijcitur. ¶ Hoc solum uolo discere à uobis, ex ope-
ribus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic si-
ne intellectu estis. Adhuc cum stomacho loquitur. Do-
let enim ualde super errore eorum, quia fabricam suam,
qua eos per euāgelium ædificauerat, uidebat esse destru-
ctam. Non sic de Corinthiis motus est, quia quāuis car-
nales eos appellet, non tamen usque adeo fuerant mente
capti, ut circumcidi se paterentur. Ideo & hi stulti & sine
intellectu esse dicuntur, quia nec dolori carnis suæ con-
sulere ualuerūt. Usque ad hoc enim solet quis induci, ut
quod delectat, aut dolorem non præstet. Interrogatis
ergo uerba sunt, & quod interrogat ex parte confirmā-
tis, cum dicit: Hoc solum uolo discere à uobis, ex operi-
bus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Hoc ab
eis quærit, in quo & gloriabantur, & negare non pote-
rant, quia spiritum sanctum per fidem acceperant, non
per legem, ut respicientes agnoscerent, quia donum dei
in quo gloriabantur, non ex opere legis acceperant, sed
credentes in Christum, ut uel sic grati Christo legem, quā
sibi in nullo prodesse didicerant, relinquerent. Hoc pro-
ponit, quod illo in tempore negari non poterat, spiritum
dei inesse credentibus. Ad rudimentum enim fidei commē-
danda, donum dei hoc manifestabatur hominibus, sicut
inter ipsa intia factum est in apostolis, & cæteris disci-
pulis. Nec non & in illis duodecim, quos quia in adulte-
rino baptismate sub nomine baptismi Ioannis fuerant
non tincti, sed sordidati, Paulus Apostolus in trinitatis
nomine baptizari præcepit, quibus impositis manibus,
decidit in eos spiritus sanctus, & diuersarum linguarum
ministrabat eloquia cum interpretatione earum, ut nul-
lus auderet negare spiritum sanctum inesse eis. Quam ob-
rem sine intellectu Galatas esse appellat, qui huius rei
ignari, & consēij degradantis se, carnis curæ se subiece-
runt. ¶ Incipientes spiritu, nunc carne consumamini. Hoc dicit,
quia cum ab inferioribus ad summa fidei ascē-
sus sit, hi contra de summis in ima delapsi sunt. Per fidē
enim spirituales effecti, conuersi ad legē, perdiderant gra-
tiam



etiam spiritus, quam fuerat consecuti. Consummatio enim perditionem significat, id est finem. ¶ Tanta passio estis sine causa.) Multa eos passos pro fide significat ab infidelibus. Tunc enim quae credebant, ceteris opprobrio erant, siue domesticis, siue extraneis. Nam digito signabantur quasi rei malefactoris. Vnde similiter Galatæ multa passi sunt infaniores experti, cuius rei meritum perdidierant, mittentes se sub lege. Sed quae adiecit. Si tamen sine causa ostendit sperare se, posse reformari illos. Qui ergo prebet uobis spiritum, & operatur uirtutes in uobis ex operibus legis, an ex auditu fidei? Idem sensus est, cui addantur uirtutis insignia, quæ testimonium præbent fidei, quod sit spe fida & rationalis. Legem autem nulla uirtus comitatur, quæ attrahat ad eius spem: quia quæ uidentur, non sperantur, sed sunt temporalia sicut lex factorum, quam supra ostendimus. ¶ Sicut scriptum est: Credidit Abraham deo & æstimatum est ei ad iustitiam.) Ostendit exemplo Abraham, qui pater fidei est, iustitiam non ex operibus legis imputari, sed per fidem: credens enim iustificatus est, ac per hoc fructe & improvide legi eos se subiecisse, quæ non ad iustificationem data est. ¶ Cognoscetis ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filii Abraham.) Verum est quia credentes filii sunt Abraham, quia si Abraham ex fide iustificatus est patremus, quotquot post hunc credunt, filii eius sunt, siue ex Iudæis siue ex gentibus. ¶ Præuidens autem scriptura, quæ ex fide iustificat gentes, deus prænucliauit Abraham, quia benedicentur in te omnes gentes.) Hoc dicit quia forma est Abraham omnium credentium, ut hi benedicti in eo sint qui credunt: sequentes enim fidem eius, participes sunt benedictionis eiusdem. ¶ Ergo qui ex fide sunt, benedicentur cum fidei Abraham. Quotquot enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.) Manifestum est quia fideles cum fidei benedicuntur, quomodo infideles cum infidelibus punientur. Nam qui sub lege agunt, sub maledicto sunt, quia transgressores legis sunt peccatores. ¶ Scriptum quippe est: Maledictus omnis, qui non per manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.)

Hoc

Hoc scriptum est in Deuteronomio, qui si quid legis præterisset aliquis, maledictus haberetur. Et tanta mandata sunt, ut impossibile sit seruari ea. Vnde & Petrus apostolus in actibus apostolorum ait: Quid imponitis iugum fratribus, quod neque patres nostri neque nos potuimus portare? Negligenti enim & superbo populo hæc data erant, ut per omnem conuersationem legem haberent.

¶ Quod autem in lege nemo iustificatur apud deum, manifestum est, quia iustus ex fide uiuit.) Ac per hoc recedendum à lege docet, ne iusticia per fidem quæfira, depereat. ¶ Lex autem non ex fide est, sed qui fecerit ea, uiuet in eis.) Non est ex fide lex, quia nihil mandat credendum. Omnia enim eius manifesta sunt, ut seruans legem uiuat. Si quo minus, necesse est plectatur: quia quod sciuit uitandum, admisit. Potest opponi et diuerso, & dicit: Si in lege nemo iustificatur, quid est uerum maledictatur, qui aliquid præterit legis? Verum est, quia nemo per legem iustificatur, sed apud deum. Iustificatur autem apud mundum, ut securus sit in uita præfenti. Si autem apud deum iustificari uult, ut illi ad meritum proficiat in die iudicii, dei sequatur fidem. Alioquin hic securus, reus erit in futurum. Prodest ergo lex, sed quæ in tabulis scripta est. Nam cætera sicut dixi, ut oneri essent data sunt. ¶ Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.) Quoniam nemo poterat implere legem, rei erant omnes maledicto legis, ut uindicaret in eos. Christus autem homo natus, oblatum à patre pro nobis, redemit nos à diabolo. Morti enim uolenti offerens illum pro his, qui maledicto legis erant obnoxii, maledictum illum fecit hoc modo, sicut in lege hostia pro peccatis oblata, peccatum nuncupabatur, propterea pro maledictis oblatum, factus est maledictum? Nam & à Iudæis factus est maledictum, dum quasi peccator occiditur. Ideo non dixit: Factus pro nobis maledictus, sed maledictum. Is enim, qui propter peccatum, proprium morti offerebat, maledictus fiebat: in sua enim causa moriebat: & si propter aspicias, uidebis Christum maledictum.

Act. 15

Cruce



Etum eorum factum, à quibus occisus est. Crux enim saluatoris, peccatum & maledictum est Iudæorum. ¶ Quia scriptum est, Maledictus omnis, qui pender in ligno. ¶ Hoc Moyses dixit in Deuteronomio de reis mortis, ut sufficeret suspensus in ligno illic esse usq; ad uesperam, & deponeret ad sepulturam. Quia maledictus omnis, inquit, qui pender in ligno, ut reo mortis sufficeret hoc, quia suspensus moriebatur in ligno, ne diutius si esset suspensus, maius haberet opprobrium mors eius quam deberet: & fieret macula generi eius, si amplius mors eius publicaretur. Ac per hoc Saluator innocens suspensus in ligno, non est maledictus, sed maledictum illorum, à quibus suspensus est. Quantum tamen ad Iudæos pertinet, quasi peccatorem illum occidendum Pilato offerentes, maledictum illum fecerunt, ut quasi reus occideretur, cum esset innocens: quia dignus morte maledictus est iuxta legem. Videntes enim multos aggregari doctrine eius, zelati sunt dicentes: Ecce totus mundus abiit post illum, ac per hoc pro nobis occisus dicitur: & duplici genere pro nobis. Cui enim putant illum occidi debere, ne doceret, nihil profecerunt, quia & doctrina eius creuit, & mortem euacuaui in passione sua. Descendens enim ad inferos, genus hominum liberauit, qua causa & occidi se permisit, sciens pro nobis esse contra diabolum. ¶ Ut in gentibus benedictio Abraæ fieret in Christo Iesu, ut benedictionem spiritus accipiamus per fidem. ¶ Hoc dicit, quia exprobrantur, occiso saluatore quasi sabbati uiolati reo, promissionis benedictio Abraæ transitu fecit ad gentes per fidem Christi Iesu. Vnde dicit dominus Iudæis: Tolleretur à uobis regnum, & dabitur genti facienti fructum eius. ¶ Fratres secundum hominem dico. ¶ Hoc dicit, quia exemplo humanæ causæ commendare uult rationem diuinæ promissionis. ¶ Tamen hominis testamentum confirmatum autoritate, nemo irritum facit aut superordinat. ¶ Verum est, quia testamentum defuncti iure factum non potest scindi. ¶ Abraæ dictæ sunt promissiones & semini eius

Matth. 2

hibus, quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo quod est Christus. ¶ Hoc est quod scriptum est in Genesi ad Abrahā: Et in semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Quod utiq; impletum est in Christo, in cuius nomine omnes gentes benedicuntur per fidem. Ideo non in multis, sed in uno firmata est promissio, qui est Christus. Hæc disputatione sua Apostolus quasi reos falsati testamenti designat, qui credentes in Christo & de lege aliquid sperant, ut non solum salus promissa in Christo, sed & in lege sit. Ideo probat promissionem benedictionis in solo Christo factam. ¶ Hoc autem dico testamentum confirmatum à deo in Christo, quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex, non infirmat ad euacuandam promissionem. ¶ Intantum in solo Christo firmatam benedictionis promissionem docet, ut legem post quadringentos & triginta annos datam ostendat. Constituta enim promissione postea data est lex, quæ non utiq; infirmaret promissionem, sed quod futura & quando uentura esset, significaret. ¶ Si enim ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Abraæ autem promissionem donauit deus. ¶ Duas causas contrarias sibi defendunt Iudæi. Nullo enim pacto, nulla ratione suaderi potest Iudæis, Abraæ promissionem euacuatam per legem, & rectè. Sed aliud aduersum improvida præsumptione defendunt, putantes iustificationem sine operibus legis prouenire non posse, cum sciant Abrahā, qui forma eius rei esse sine operibus legis, per solam fidem iustificatum. Sed æmulatione quadam cæcati, non intelligunt neq; considerant, quia si per legem iustificatio, excluditur promissio. Et si exclusa fuerit promissio, sine dubio frustrabitur fides Abraæ. Quod ne audire quidem se patiuntur Iudæi, scientes quia promissio ex fide est Abraæ. Quæ promissio ex fide iustificat, non per legem, sicut & Abrahā iustificatus ex fide est. Hi ergo hæredes sunt promissionis Abraæ, qui illi succedunt, suscipientes fidem, in qua benedictus & iustificatus est Abrahā. Testimonium ergo promissionis Abraæ testamentum appellatur, ut post mortem eius hæredes

Gen. 26

Bh esse



essent in promissione filij eius facti per fidem. Quæ causa currit usq; ad Christû Abræ repositum, ut post mortem Christi credentes, heredes essent fidei Abræ per testamentum sanguinis Christi. Donum ergo quod promissum est Abræ, filiisq; eius, in Christo solutû est: quâuis & ipse Abraam consecutus sit donum hoc illic, ubi inuentus est. ¶ Quid ergo lex factorum posita est, donec uentret semen, cui promissum est? Lex factorum, id est Moyli, posita est in medio inter cæptam promissionem & semen, cui facta promissio est, hoc est inter Abraam & saluatorem. Ideo lōge datam post factam promissionem, ut ipsa distinctione aliud lex & aliud promissio uideretur, ut populum dei à gentibus segregatum erudiret sub dei timore, ut dignus fieret ad excipiendam promissionem, quæ est Christus. Lex tamen factorum ideo dicitur, quia docet quæ deo iubente corporaliter fiant, de sacrificiis, de primogenitiis, de decimis, & de cæteris talibus.

Malach. 3

¶ Disposita per angelos in manu mediatoris. ¶ Angelos dicit dei nuncios, id est, Moysen, filium Naue, & cæteros prophetas usque ad Ioannem Baptistam, de quo deus dicit: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam. Per hos ergo lex ordinata, disposita est à deo, in manu, id est, potestate saluatoris. Ipse est enim mediator uel reconciliator dei & hominum, ut saluet quos uult ex his qui legem per supramemoratos angelos acceperunt. Ipse enim ait: Sicut enim pater suscitauit mortuos, & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. ¶ Mediator autem unius non est. Sine dubio mediator, hoc est arbiter, non est unius, sed duorum. Cum enim duo populi inuicem aduersum se dimicarent, semper dissidentes & inimici diuersitate doctrinæ, saluator horum arbiter uenit, amputans utrisque populis per quod discordabant ut possent esse pacifici. Abstulit ergo gentibus numerum decorum, & famulatum elementorum, quod scandalum erat Hebræis. Abstulit & Iudæis opera legis, id est, neomnias, circumfisionem, & curam sabbati, & discretiones escarum, & cætera quæ abominabatur gentiles: & sic facti sunt pacifici, &

prius

prius fuerant inimici. Si ergo hæc ita se habent, quid est ut Galatæ hebetudine mentis arbitrum istum corrumpant, conuersi ad Iudaismum? Iudicium enim saluatoris in irritum ducunt, quando post factam pacem quasi patientes de ea, subiiciunt se illis, quæ prius paci fuerant inimica. Iuxta sensum ergo Galatarum Christus arbiter non est, quia inducti in legem, de duobus populis unum fecerunt, & unius utique populi arbiter nemo est. Hunc eundem sensum ad Ephesios profertur, dicens: Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq; unum, & medium parietem maceræ soluens inimicitiam in carne sua, legem mandatorum in decretis euacuans, ut duos cõderet in se in uno nouo homine faciens pacem. Si in uno nouo homine fecit pacem, ambobus utiq; abstulit per quod dissidebant, & hoc eis statuit data sua lege, per quod essent pacifici. Hoc Galatæ irruerunt, conuersi ad Iudaismum. ¶ Deus autem unus est. Hoc dicit, ne Christû prædicando deum, quem arbitrum dicit uni deo, prædicasse putaretur contra legem & prophetas. Arbitrum ergo hunc per assumptionem carnis intelligi docet. Sicut dicit ad Timotheum. Arbiter dei & hominum homo Iesus Christus. Iuxta autem quod deus est à patre hunc non separari, sed unum esse cum patre. Siue enim pater, siue filius, deus unus est. Deus enim naturæ nomen est & potestatis, quam in patre & filio indiuiduam manere ipsa nominum ratio docet.

Eph. 2

1. Tim. 2

Deut. 18

¶ Lex igitur aduersum promissa? Absit. Absit utique quia non est lex inimica promissionis, quippe cum cõfirmet eam. Nam primus Moyses dixit: Prophetam uobis excitabit deus de fratribus uestris. Hoc dictum de Christo Petrus apostolus probat in Actis apostolorum septimo cap. ¶ Si enim data esset lex quæ possit uiuificare, uere ex lege esset iusticia. Iusticiam hanc dicit, quæ apud deum imputatur iusticia, id est fidei, quia & lex habuit iusticiam, sed ad presens, non quia iustificaret apud deum. Remittere enim peccatam non potuit, ut de peccatoribus faceret iustos, sed ad hoc data est, ut terrori esset, puocans hoies ad bonam uitam, irruentes puniens: ideoq; non est data lex, quæ

Bb 2 possit



possit uiuificare, sed condemnare. ¶ Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.) Hunc sensum & ad Romanos xi. posuit dicens: Conclusit deus omnia sub peccato, ut omnium misereatur. Hoc dicit quod supra memorauimus, quia lex ad hoc data est, ut peccatores reos se scirent apud deum: Manifestatis enim peccatis suis, conclusi sunt, ut se excusare non possent, sed quærent misericordiam, ut ueniens qui promissus erat Abraæ, fidem solam ab eis posceret, quam habuit Abraam, ut & malorum suorum ueniam & iustificationem mererentur. Hoc enim manifestauerat deus per Esaiam prophetam dicens: Veniet ex Syon qui eripiat, & auertat impietatem ab Iacob: & hoc erit illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum. ¶ Prius enim quam ueniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eandem fidem, quæ incipiebat reuelari.) Hoc est quod dicit, quia antequam ueniret saluator, sub legis custodia agebamus ne peccaremus, ut uenienti promissione digni essemus. Hac enim spe lex tutos prestabat nos, ut uenienti Christo offerret nos, id est Iudæos. ¶ Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo Iesu, ut ex fide iustificaremur.) Idem sensus est, quia sub cura legis eramus, donec ueniret Christus, qui nos credentes iustificaret. ¶ Veniente autem fide, iam non sub pædago sumus. Omnes enim filij dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu.) Sub pædago qui agit, potestatis suæ non est. Parua enim & lubricus ad peccandum sub pædago curam habetur. Veniente autem Christo, qui quasi de minoribus facti maiores, liberati de potestate pædago, per abolutionem peccatorum facti sumus filij dei, cum essemus serui peccati. ¶ Quot quot enim in Christo baptizati estis Christum induistis.) Hoc dicit, quia credentes dum immutantur, Christum induunt, quando hoc appellantur quod credunt. ¶ Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque femina. Omnes enim uos unum estis in Christo Iesu.) Nullam distantiam dicit credentium, ut nulli præiudicetur quid fuerit, antequam

credere. Omnibus enim his unum decretum est donum. Apud deum enim nulla discretio personarum est, nisi morum & uitæ, ut homines unius fidei meritis distinguantur, non personis. ¶ Si ergo uos omnes unum estis in Christo Iesu, ergo Abraæ semen estis, secundum promissionem hæredes.) Semen Abraæ sunt omnes credentes, quia Abraam pater est omnium credentium. Et si filij sunt, necessario & promissionis eius hæredes, ut consequantur per fidem quod promissum est Abraæ, ut participes sint iustificationis eius in regno cælorum.

CAPVT IIII.

DICO autem quod quandiu hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium, sed sub curatoribus & actoribus est usque ad præfinitum tempus à patre.) Verum est, quia ius patres ordinauerunt, & usque ad quam ætatem subiectus debeat esse adultus, statuerunt: ita ut quandiu paruulus est, libertate sua uti non possit, neque dominari quasi hæres, sed similis prope seruis in conditione est curatorum uel actorum. Hoc exemplo probat eos, qui sub lege fuerunt, paruulos fuisse circa meritum, nec libertatem habuisse, quia in conditione legis erant subiecti causa peccati. ¶ Ita & nos cum essemus paruuli, sub elemētis huius mundi eramus subiecti.) In elemētis neomenias significat & sabbatum. Neomeniæ enim sunt dies Lunares, quos obseruant Iudæi: Sabbatum uero dies requiectionis. Antequam ueniret ergo promissio, id est donum gratiæ dei, & purificans iustificaret credentes, quasi imperfecti & paruuli per legem dei, subiecti eramus conseruis quasi pædagogis. Libertas enim nostra obnoxia erat causa peccati. Nichil tamen de elemētis sperabant Iudæi, sicut & Pagani, sed & creatorem deum uenerabantur in creatura. ¶ At ubi uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut filiorum adoptionem reciperemus.) Plenitudo temporis est completum tempus, quod præfinitum



tum fuerat à deo patre, quando mitteret filium suum, ex uirgine factus, quasi homo nasceretur, subiiciens se legi usque ad tempus baptisimi, ut formam daret quomodo peccatores abluti, & à iugo legis erepti, dignatione dei filij ei adoptarentur, sicut promiserat redempti sanguine filij eius. Salvatorem autem necesse erat fieri sub lege, quasi filium Abraæ iuxta carnem, ut circumcisus apparet is esse, qui promissus Abraæ, uenerat gentes iustificare per fidem, signum habens eius cui promissus fuerat. Ideo ultra neminem oportuit circumcidi, quia tandiu cucurrit signum, quo ad usque ueniret qui promissus fuerat, restaurare fidem, in qua iustificatus est Abraam in præputio, ut credentibus non opus sit circumcisio. Abraam autem ideo circumcisus est, quia filium se credidit habiturum, in quo omnes gentes benedicerentur. Ideo tandiu cucurrit signum, donec ueniret, qui erat promissus. Si autem hoc crederetur quod credidit Abraam, non fierisset circumcisio, ne forte opponeretur, quia si Abraam credidit, & circumcisus est, quare non circumciduntur credentes? ¶ Quoniam autem estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem Abba pater.) Ab his cepit, quibus & scribit, dicens: Quoniam autem estis filij dei, & subiungit Iudæos, cum ait: Misit deus spiritum filij sui in corda nostra. Quando autem dixit gentes filios dei credentes in Christum, quæ prius fuerant inimici, dubium non erat Iudæos credentes dici filios dei, quos constat iam pridem hoc nomine nuncupatos. Nomen enim olim acceperant uelut in imaginem, ut postea confirmaretur per Christum, quia sine spiritu non erat plenum: Hoc est quod dicit & ad Romanos octauo cap. Ipse spiritus reddet testimonium spiritui nostro quod sumus filij dei. Ut enim probaremur adoptati esse à deo in filios, spiritum suum dedit nobis, qui signum patris ostendat in filios, ut quia hoc non audeamus dicere in infirmitate & indignitate nostra, suggerat ut audeamus dicere, Abba, quod est pater. Denique Iudæis hoc iam dudum non est concessum dicere.

¶ Itaque

¶ Itaque iam non est seruus, sed filius.) Non est seruus, quia sublatus de potestate legis, socius factus est benedictionis proprii filij dei. ¶ Si autem filius & hæres per deum.) Dubium non est, quia ideo quis adoptat sibi filium, ut hæredem illum relinquat. Sed hæreditas ex morte alicuius provenit. Quid est ergo ut mortales hæredes eius dicantur, qui semper uiuit? Sed scriptura more nostro loquitur, ut intelligere possimus. Ut enim ostendat daturum patrem filij de bonis suis, hæc quæ daturus est, hæreditatē appellat. ¶ Sed tunc quidem ignorantes deum, his qui non sunt deus, seruibatis.) Quoniam prius per ignorantiam peccabant seruientes idolis, facile illis ignotum significat. Sicut dicit in Genesi Abimelech ad deum: Domine, inquit, nunquid gentem ignorantem perdes? ¶ Nunc autem cognoscentes deum, immo uero cogniti à deo, quomodo iterum conuertimini ad infirma & egena elementa, quibus denuo seruire uultis? Graue illorum admissum notat, quia post agnitionem dei ea quæ paganorum sunt, sequi ceperant. Et plus addit, quia non isti cognouerunt deum, sed magis cogniti à deo sunt. Cum enim hi non quærent deum, aduocauit eos ad suam gratiam, & hi ingrati ad ea conuerti ceperant quæ tunc colebant, quando ignorabant deum, ut uenerarentur infirma & egena elementa, & non tota mente Christum, in quo omnis inhabitat diuinitas. Infirma & egena dicit elementa, quia imperfecta sunt. Ad regendum enim mundum inuicem egēt sui, in Christo enim perfecta salus est. ¶ Dies obseruatis & mensis, & tempora, & annos.) Quæ elementa dixerit nunc declarauit. Diem sol facit, mensis cursus Lunæ. Tempora uero sunt uer, æstas, autumnus, hyems: quatuor hæc completo numero proprio faciunt annum. Dies ergo obseruant, qui dicunt, ut puta crastino proficiscendum non est. Post crastinum enim non debet aliquid inchoari, & sic solent magis decipi. Hi autem colunt menses qui cursus Lunæ perscrutantur dicentes, ut puta septima Luna strumenta confici non debent, noua iterum Luna seruum emptum ut puta domum duci non oportet, & per hæc

Bb 4 facilius



facilius solent aduersa prouenire. Tempora uero sic obseruant, cum dicunt. Hodie ueris initium est, festiuitas est, post cras Vulcanalia sunt. Et talia iterum aiunt: Postterum est, domum egredi non licet. Annos sic colunt cum dicunt: Kalendis ianuarijs nouus est annus, quasi non quotidie anni implentur. Sed ut Iani illius recolat memoriam bifrontis, hac superstitione utuntur, que longe debet esse a seruis dei. Si enim deus ex toto corde diligitur, ipso propitio nulla debet esse formido, neque suspitio harum rerum. Prospere enim potest cedere quicquid simpliciter sub dei deuotione fit. ¶ Timco hos ne frustra laborauerim in uobis. Duplici genere subuersi fuerant Galata, ut post dei gratiam non solum ad legem conuerterentur, sed ad errores pristinos. Inducti enim uel euer si in legem, facile declinant ad obseruantiam dierum & mensium. Sabbati enim obseruatio & Neomeniarum attraxerunt illos ad hæc. Ideoque timco uos, inquit, ne si ne causa laborauerim in uobis. Sic enim uidebat eos in peius proficere, ut possent etiam a Christo penitus recedere. ¶ Estote sicut & ego, quia & ego sicut uos. Hoc dicit, ut dent operam corrigendi se, quia non est impossibile ut sint sicut ipse, quia & ipse hoc erat: id est, homo quod & illi, & cum fuisset in errore persequens Ecclesiam, correptus conuertit se. ¶ Fratres obsecro uos nihil mihi nocuistis. Nunc mitius agit cum eis, & bona eorum incipit memorare, ut post magnas correptiones bona opera sua audientes, recrearentur, & data opera reformarent se, ne obiurgationibus diutius pressi, asperiores fierent exacerbati, nihil tamen sibi nocuisse illos dicit. Ipsis enim oberat delictum illorum. Apostolus enim implorat officium dispensationis sibi credere, ut omni cum diligentia prædicaret eis. Sicut dicit dominus ad prophetam Ezechiel: Tu, inquit, prædica, si te audierint, lucraberis eos: si quo minus, tu saluabis animam tuam. ¶ Scitis quia per infirmitatem carnis euangelizauit uobis iam pridem, & tentationem uestram in carne mea non spreuistis neque respuistis. In memoriam reuocat illis tempus, quando

primum

primum prædicauit illis euangelium dei. Ipso enim tempore iniurijs agebatur Apostolus, & cædibus infirmabatur. Infirmus enim uidetur qui humiliatur, & non resistit propter Euangelium dei: & in hoc laudat constantiam eorum, quia non sunt abstracti a fide. Iniuria enim Apostoli tentationes erant Galatarum, in qua firmi inuenti sunt, non dubitantes de fide. Possent enim scandalum passi, dicere: Que est uirtus aut spes in hac fide, quando minister eius sic humiliatur. Sed quia iam animam futuris spebus infecerat, presentis exitus pro nomine Christi nomine non pertimescebat, certi fidem nostram non in terris, sed in cælis habere dignitatem, & pro his tribulationibus magna rependi premia. Ruborem illis incurrit, quia post hæc laudabilia circumuenti fuerant, ut uidebantur superabiles uiderentur. ¶ Sed sicut angelum dei excipitis me sicut Christum Iesum. Hoc magis laudat in eis, quia pressuris non deformatus est apud eos, sed commendatus, scientibus pro his qui credunt pari illum exitia. Sicut ergo angelum dei exceperunt Apostolum, credentes donum dei esse quod prædicat, sic ei deferentes, quasi ipsi auctori domino Iesu Christo. ¶ Quæ ergo erat beatitudo uestra. Beatos hos fuisse dicit apud cæteras Ecclesias, per id quod apostoli iniurijs non frangebantur, sed crescebant in fide. ¶ Testis enim sum uobis, quia si fieri potuisset, oculos uestris eruissetis, & dedissem mihi. Votum eorum circa religionem tam plenum ostendit fuisse, ut non solum bene ab eis susceptus sit, sed & fortes in fide inuenti sint: & quod ad laudem magis proficit, omnia penes sua illi obtulerint profliganda. Hinc plus dolet, quia tanta charitas subuersa fuerat praua doctrina, ¶ Ergo inimicus uobis factus sum, uerum dicens uobis. Hoc dicit, quia non potest fieri ut inimicus, inquit, ego uobis sim, quorum tanta sensi obsequia. Sed quia nemo se argui uult errantem, idcirco inimicus uobis uideor, iuste uos reprehendens. ¶ Amulantur uos non bene, sed excludere uos uolunt, ut eos æmulemini. Inuidia Iudeorum subuersos eos significat. Videtes enim sic illos profi

Bb 5

cere



cere in Euangelio, & tantam habere charitatem in Apostolo, id egerunt quatenus illos deciperent. Erant enim legis causa apostoli inimici, ut manente nomine saluatoris, facerent eos ludæos, gaudentes in euerfione eorum. Non enim patiebantur ut gratiam sibi promissam audirent in circumcisis gentibus datā. Ideo imitatores suos illos uoluerunt fieri, ut more eorum circumciderentur. ¶ Aemulamini autem meliora dona, Bonum æmulamini semper, & non solum cum præsens sum apud uos. Meliora dona spiritualia sunt, quæ imitati habebunt esse cum apud deum. Hæc spiritualia & bona sunt, quæ uult ut semper imitentur: non ad tempus, sicut pridem, aut se prærente tantum, post autem ad aliud conuertantur, sed uult illos de cætero perseuerare in bono ¶ Filioli mei quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis. Primus per fidem illos genuerat in baptismo, sed quæ uelut per abortum nati, deformati & infirmi inuenti sunt nunc, cum dolore consilij reformat eos in Christum. Concipientes enim fidem, & sensum fidei minime aduertentes formatum Christum in animis suis negantur habere. Si enim intellexissent gratiam dei in Christo post fidem, in Iudaismum traducti non essent. ¶ Vellem autem præsens esse nunc apud uos, & mutare uocem meam, quia confundor in uobis. Præsens uult arguere illos, ut mutet uocem suam de laude in uituperationem eorum, ut duplici genere confundantur & de errore suo, & rubore apostoli, quem patiebatur apud eos, quibus illos prætulerat. ¶ Dicite mihi, qui sub lege uultis esse, legem non legis: Scriptum est enim, quia Abraam duos filios habuit, unum ex ancilla, & unum de libera. Hoc in Genesi habetur, quia cum Sara generare non posset, erat enim sterilis, Agar ancillam suam obtulit uiro suo Abræ in concubinam suam, ut quod generaret adoptaret sibi. Sic factum est, ut Agar nasceretur Hismaël. Post autem nutu dei, promissus est Abræ filius de Sara uxore sua, quæ erat sterilis, hæc peperit Abræ Isaac. Tunc cepit Abræ duos habere filios, unum de ancilla, & unum de libera. ¶ Sed quidē

qui

qui de ancilla secundum carnem natus est: qui autem de libera per repromissionem, quæ sunt per Allegoriam dicta. Hismaël, qui ex ancilla Agar natus est, secundum carnem natus est, quia iuxta consuetudinem natus est: Isaac uero non secundum consuetudinem, sed secundum prouidentiam dei uirtute natus est, quippe cum Sara & anus esset & sterilis. In typum enim Christi natus est Isaac. Ideo hæc per allegoriam asserit dicta, ut aliud ex alio significant personæ Hismaël & Isaac. Hismaël enim Iudæorum significat natiuitatem, uel eorum qui serui peccati sunt. Isaac uero Christianorum, qui in libertate nascuntur. Liber enim fit, qui accipit remissionem peccatorum. ¶ Hæc enim sunt duo testamenta. Moyses accipiens sanguinem uituli in cratera, asperfit populum dicens: Hic est sanguis testamenti, quod disposuit deus ad uos. Hoc est quod dixit. ¶ Vnum quidē a matre Syna in seruitute generans, quod est Agar. Lex enim in monte Syna data est, quam Moyses recitans populo, librum hunc testamenti appellauit, & tunc asperfit populum sanguine, sicut dixi. Hæc lex reos tenuit peccatores, & conuerit serui esse peccati, facti filij Agar quasi ancille. ¶ Syna autem mons est in Arabia, qui coniungitur huic quæ nunc est Hierusalem, seruiens cum filiis suis. Causam Agar significare dicit Hierusalem terrenam, id est, synagogam quæ in seruitute generat, quia quæ generat sub potestate sunt. Illa autem quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Hæc quam matrem nostram dicit, regula est mysteriorum dominici, per quam renascimur in libertatem, sicut & ipsa libera est. Ideo & cælestis dicitur, quia cælum sedes eius est, & quos generat, ibi erit cum ea. Sicut dicit dominus: Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego fuero & hi sint mecum. Hæc est & uita, quia immortalitate donantur, qui credentes renascuntur per eam. Sic enim de domino dictum est, quia quod factum est in illo, uita erat. Sicut enim pater habet uitam, ita dedit & filio uitam, & uita erat lux hominum. Hæc uita & lux, mater fidelium est. In Esaiâ hoc habet, quod subiectum est. ¶ Scriptum est enim: Latere sterilis, quæ non parit erumpet, & exclama quæ non parturitisquam multi

Ioan. 17

Ioan. 1
Ioan. 4
Esa. 54.



multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum.) Hanc terrenam Hierusalem uirum habere dicit, quia secundum carnem generat: illam autem cælestem Hierusalem, quam dicit matrè nostrà, sterilem appellat, quia non parit secundum carnem, nec dolores parturit: hoc est, non parturit. Generat autè sine passione spiritaliter exclamans in læticia, quia deserta aliquando, à quo nisi ab Adam, quia deserta uita secutus est mortem, nunc plures filios habet quàm hæc quæ habet uirum, id est, quæ carnaliter generat. Multo enim plures sunt Christiani Iudæis, sicut dicit in Apocalypsi: Et uidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omni tribu & gēte.

Apo. 7

¶ Vos autem fratres secundum Isaac promissionis filij estis.) Hoc est, nō carnis filios esse, sed dei, quia Isaac in typum natus est filij dei: & uult eos subintelligere, quia facti filij dei conuersi sunt ut essent filij carnis: si uero resipiscant, sunt filij dei. ¶ Sed quomodo tunc, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc.) Non solum Hismaël secundum carnem natus est, sed & Esau, quia & ipse in populi Iudæi in typum natus est. De quo in Malachia propheta scriptum est: Iacob dilexi, Esau uero odio habui. Hic persequebatur Iacob, qui in populi Christiani figura uocatus est Israël, hoc est, homo uidentem deum. Similiter & Iudeos per inuidiam persequebatur Christianos, unde data opera Galatas euerterat carnali astutia.

Malachi. 1

¶ Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac.) Hæc uerba Saræ sunt, quæ typum habet Hierusalem cælestis de promissione generans Isaac, ut eiectio filio ancillæ, id est, Iudæo populo incredulitatis causa abiecto, serui enim peccati sunt, in quibus data remissio peccatorum non est, hæres sit filius liberæ illius Hierusalem supernæ, qui est populus nouus regni cælorum. ¶ Itaq; non sumus ancillæ filij, sed liberi, quia libertate nos Christo liberauit.) Fuimus igit ancillæ filij, dñi peccatis eramus obnoxij: sed accepta remissione peccatorum à Christo liberati sumus.

Gen. 21

CAPVT

CAPVT V.



tate ergo, & nolite iterum seruitutis iugo contineri.) Standum monet in accepta gratia, ne redeuntes ad uetera, amittant donum libertatis, quod fuerant consecuti. ¶ Ecce ego Paulus dico uobis, quia si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit.) Nunc apertæ ueritatis & autoritatis suæ uim non tacet, dicens: Ecce ego Paulus dico uobis, id est, ego magister gentium, cuius opus estis in Christo. palam uobis dico, quia nihil proderit uobis Christus, si circumcidamini. Ipse enim dominus ait: Lex & propheta usque ad Ioannem, ex quo regnum cælorum prædicatur. Antequam ergo uoua inciperet prædicatio, oportuit circumcidi: nunc autem lege fidente, ea sequenda sunt, quæ rudis ueritas iubet, quia uetus & nouum admisceri non debet, autoritate domini prædicantis. Ait enim: Nemo enim additamentum rudis panni assuit uestimēto ueteri: tollit enim fortitudinem eius à uestimento, & maior fit scissura: ac per hoc non solum nihil proderit fideli addita circumcisio, sed oberit. Maius enim malum est ex libero seruum fieri, quàm nasci. ¶ Testificor autem omni homini circumcidendi se, quia debitor est uniuersæ legis faciendæ.) Possunt aliqui legem aliquatenus seruare, & non circumcidi. Nam multi Romanorum in Iudæa seruabant legem incircumcisi. Vnde dicit Paulus Apostolus ad Agrippam regem Iudæ: Scio rex Agrippa credis prophetis, scio quia credis. Et Centurio, cuius seruus erat moriturus, qui mittens ad Iesum, rogabat ut ueniret, & sanaret seruum eius, cui testimonium perhibentes Iudæi, dicebāt ad Iesum: Dignus est ut præstes ei, diligit enim gentem nostram, & Synagogam ipse ædificauit nobis. Nemo tamen circumcisus non totam legem seruat. Debitor est enim, quia circumcisus data est lex. Hoc ideo dixit, quia tam hebetes se ostendebant, ut digni essent omnia onera legis portare. ¶ Euacuati estis à Christo.) Quibus nihil prodest Christus, euacuati sunt à Christo. Erant enim gratia eius pleni, qua recedente euacuati

Luc. 16

Act. 26

Luc. 7



euacuati sunt. His enim loquitur, qui post acceptum donum gratiæ dei circumcidi se maluerunt. ¶ Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis.) Iusticia legis est, si seruentur quæ data sunt. Ideo qui in his iustificari se uult post fidem, amittit gratiam: quia ad hoc uenit donum dei ut cessantibus oneribus legis, iustificaret credentes apud deum. ¶ Nos enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. In Christo enim Iesu neque circumcisio aliquid ualeat, neque præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur.) Apertum est quod dicit, quia spes iustificationis in fide est per spiritum, non per opera legis. In fide enim spiritaliter seruitur deo deuotione mæris & puritate cordis. Vnde dicit dominus ad Samaritanam: Deus spiritus est, & adorantes eum, in spiritu & ueritate adorare oportet. Ac per hoc neque præputium ualeat quicquam, neque circumcisio, sed sola fides opus est in charitate ad iustificationem. Fides enim charitate fraterna debet muniri, ut perfectio sit credentis. Denique saluator, quod primum mandatum esset interroganti scriba, respondit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & proximum tuum tanquam teipsum. In his, inquit, duobus mandatis rota lex pendet & prophetæ. Imperfecta sunt itaque cætera, quando in his duobus mandatis perfectio continetur. ¶ Currebatis bene, quis uos impediuit ueritati non obedire?) Exercitium illorum in opere fidei bonum fuisse testatur, sed nequitia malorum hominum detentos, ne cursum suum efficacia perseuerante, consummarent: unde ut respiscant hortatur, de cætero nulli eorum credentes, qui ut opera legis seruanda suaderent, euangelicæ ueritati non eos obedire sinebant. ¶ Suasio uestra non est à deo, qui uocat uos.) Verum est, quia humano consilio hoc agebant Iudæi, ut mitterent eos sub legis iugum: non dei iudicio, qui uocabat eos per Apostolum suum ad gratiam. ¶ Modicum fermentum totam massam corrumpit.) Hoc dicit, quia licet quippiam legis admiscetes, fidei uiolant fidem, ne habeat fructum, aut sit acceptabilis. Hoc ideo adiecit, ne forte

incolumem

incolumem se putarent habere gratiam fidei, si pauca legis obseruarent. ¶ Ego confido in uobis in domino, quia nihil aliud sentietis.) Hac spe de dicit fidere de his, quia non sponte, sed circumuenti erroris uiam intrauerant. Ideo offenso uero itinere, facile eos posse reuerti confidit. ¶ Qui autem cõturbat uos, portabit iudicium quicumque fuerit.) Quomodo qui errantem cõuertit facit, renumerandus est, dicente Iacobo apostolo in epistola sua: Qui conuerti fecerit peccatorem, saluabit animam eius, & operiet multitudinem peccatorum suorum: ita et qui recta incedentem uia, iter in deum cogit flectere, damnationem consequitur quicumque fuerit. Hoc propter hos subiicit, ne qui sibi meritum defenderent, eo quod filij essent Abrahæ iuxta carnem Denique exaltantes se dicunt ad Iesum: Nos filij Abrahæ sumus. ¶ Ego autem fratres si circumcisionem prædico, quid adhuc persecutionem patior?) Apertum est quod dicit. Ideo enim quasi inimicus à Iudæis habebatur, & non desinebant à persecutione eius, quia circumcisionem iam non stare docebat. Denique Iudæis compellentibus, & sæpenumero falsas accusationes contra eum deferentibus, obliquum iudicem uidens, coactus appellauit Cæsarem. ¶ Ergo euacuatum est scandalum crucis?) Scandalum erat Iudæis prædicatio crucis, quia sabbatum & circumcisionem eua cuabat. Si autem admitteret circumcisionem, non esset scandalum, & pacifici essent nobis Iudæi. Nam dicebant de saluatore: Non est homo à deo, qui sabbatum non custodit. ¶ Utinam & abscedantur hi qui uos subuertunt.) Tale est hoc, quale & illud ad Corinthios in prima, cap. 16. Qui non, inquit, amat dominum Iesum, sit anathema. Ex ipso grege morbido sunt & hi, quos sociat sententiæ eorum, ut abscedantur à misericordia dei, & Galatas dei gratia exuerunt: & non solum spiritaliter, sed & carnaliter hos maledicit, ut quia circumcidi Galatas cogebant, ipsi abscederent ut multiplicaret his dolor corporis. ¶ Vos autem in libertate uocati estis fratres.) In libertate uocati sunt, quia cum peccatis essent obnoxij, dei gratiam accipientes

remissa

Ioan. 4^m

Matt. 22

Iaco. 5

Ioan. 8

Ioan. 9



COMMENT. D. AMBRO.

remissa delictorum liberati sunt. ¶ Tantum ne libertatem in occasionem carnis detis. ¶ Hoc dicit, ne acceptam libertatem occasio carnis adimat. Ad hoc enim circumcidi eos uolebant, ut in conditionem legis intrarent. Ideo monet ne dent occasionem consentiendi eis. ¶ Sed per dilectionem spiritus seruite uobis inuicem. ¶ Non per affectum carnis charitatem habendam, sed per spiritum exhortatur, ut inuicem sibi subiecti sint. ¶ Vniuersa enim lex in uobis uno uerbo impleatur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. ¶ Hoc scriptum est in Leuitico, quod supra dictum est, quia perfectio salutis per dilectionem operatur, quia qui non diligit fratrem, non diligit deum, dicit Ioannes apostolus. ¶ Quod si mordetis inuicem & criminatis, uidete ne ab inuicem consumamini. ¶ Manifestum est, quia dissensio fratrum inimica dilectionis est. Ideo monet ut pacifici sint proficientes in bono. Contentiones enim generant iurgium, cuius fructus est uitæ consumptio. ¶ Dico autem spiritu ambulate, & concupiscentiam carnis non perficietis. ¶ Postquam à lege factorum eos prohibuit, in qua sunt præcepta carnalia, nunc ut à uitæ carnis se abstineant præcepit. Hic enim spiritu ambulat, qui fugit peccata. ¶ Nā caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus uero aduersus carnem: hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non ea quæ uultis faciatis. ¶ Duae leges, proponit, sicut facit & in epistola ad Romanos, quæ inuicem aduersæ sunt, unam dei, alteram peccati. Quæ ideo in carne significatur, quia uisibilibus oblectatur cupiditate peccatorum, ut his sibi aduersantibus, medius homo non ea quæ uult agat. Diuina enim lex premit & fugat legem peccati, conuolens homini ut uigorem nature suæ custodiat, ne capiatur illecebris. Illa econtra in insidijs agens, læcessit hominem blanditijs, ut spernat præceptum legis diuinæ. Cum ergo consenserit homo legi deæ, contradicit lex peccati, suadens homini ne faciat quod imperat lex diuina. Ediuerso autem lex dei reuocat hominem, ne faciat quod suggerit lex peccati. Quod quidem homo non uidet esse absurdum, scit enim naturæ suæ contrarietatem.

INEPIST. AD GALATAS 401

gruere, si faciat quod imperat lex dei. Denique gaudet quando hæc agit. Cum autem ea operatur quæ suggerit lex peccati, uidet se turpē, & horret post factū. Ideoq; legis spiritus præcepta seruanda sunt, & carnalia fugienda. Ipsa enim cōscientia se accusat, si ei cōsentiat, sciens horrorem esse quæ suggerit lex peccati. ¶ Quod si spiritu dumcimini, non estis sub lege. ¶ Non est obscurum quia quid ducē habet spiritum sanctum, non errat. Lex enim errantibus dominatur. Sicut alto loco dicit: Iusto non est lex posita. ¶ Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt adulterium, fornicatio, impuritas, obscœnitas, idololatria, ueneficia, inimicitia, contentiones, simulationes, iræ, simulates, dissensiones, hæreses, inuidia, ebrietas, comestationes, & quæ sunt his similia, quæ prædico uobis, sicut & prædixi, quod hi qui talia agunt, regni dei hereditatem non consequentur. ¶ Hæc omnia & his similia legis peccati membra sunt, quæ Apostolus opera carnis appellat: quia errores isti ex mundo sunt, ex quo & caro. Omnia namq; peccata de foris oriuntur ex parte carnis, non ex parte spiritus: ideo non absurdè opera carnis dicuntur. ¶ Fructus uero spiritus est, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, spes lenitas, continentia, castitas, bonitas, aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. ¶ Non dixit opera spiritus charitas est, sed fructus spiritus. Lex enim spiritus hæc quæ supra memorauit, fructificat, ut ex his hæreditas regni cælorum quæritur. Qui enim Christo deuoti sunt, hos dicit Christos, id est, unctos. Hi carnem, id est mundum crucifigunt, quando hæc, ex quibus errores oriuntur, condemnant. Hunc sensum & Ioannes Apostolus secutus, ait: Nolite diligere hunc mundum, neq; ea quæ in hoc mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in illo: quia omne quod in hoc mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum. Qui ergo mundum, & quod in mundo est, non concupiscit, hic carnem crucifigit. Neq; enim corpori humano hæc uitia ascribenda sunt, id est, idololatria

1. Ioan. 9

Cc idololatria



COMMENT. D. AMBR.

idololatria, ueneficia, hereses, inuidie, inimicitia, iræ, & talia. Sed ideo carnalia dicuntur, quia ex parte mundi sunt, sicut supra memorauimus. Interea non amplius quam decem res posuit, quas fructus spiritus significat, ut in his omnia complexus uideatur secundum tabulas testamentorum tradita sunt. ¶ Si spiritu uiuimus, spiritu ambulemus. Non simus inanem gloriam sectantes, inuicem pro uocantes, inuicem inuidentes.) Hoc dicit, quia si bene & honeste uiuimus, bonos debemus habere & mores. Hoc est enim spiritu uiuere, intaminatam uitam habere, & sic spiritu ambulemus, si paci studeamus, hæc enim parit charitatem. Inanis autem gloria est uelle uincere, ubi præmium non est, ut quis studiū habeat contentionis & emulationis, sciens quia hæc generant discordias & lites. Seruum autem, inquit, dominum non oportet litigare. Bonæ enim uitæ fructus aridos facit, perdens spem promissam castæ cōuersationis. Bona enim & casta uita moribus ornanda est, & beneuolentia locupletanda.

CAPVT VI.

Fratres & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis humiliante huiusmodi in spiritu mansuetudinis, considerans temetipsum, ne & tu teneris. Inuicem onera uestra portate.) Nunc hos alloquitur qui firmiores erant, ne inflatione bonæ uitæ eum qui forte à peccato circumuentus fuisset spernendum putarent & abijciendum, ideoque consulendum his. Cum mansuetudine enim prouocandi sunt ad reformandos se, quia si acrius quasi ex autoritate fuerint correpti, non se patientur argui, sed & defendere incipient se, ne turpes uideantur & incipient peiores fieri. Tolle enim hominē à contentione & audacia, & habebis eum subiectum. Humilitas enim etiam superbos solet inclinare. Et ut cū tanta animi lenitate fieret, adiecit, ne & tu teneris, ut uel hac causa non sperneret peccatorem, sciens & se posse peccare. ¶ Et sic implebitis legem Christi.) Lex enim Christi

IN EPIST. AD GALAT.

493

Christi omnes saluos uult fieri, ac per hoc qui fratri peccanti consulit ut redeat ad propositum, implet uoluntatem Christi, ¶ Si enim quis uideatur sibi esse aliquid, cum nihil sit, seipsum seducit. Opus enim suum prober unusquisque, & tunc in semetipso tantum gloriam habebit & non in altero.) Verum est nec latet quenquam, quia si actus nostros, & mentem consideremus, nulli nos anteponimus, & nec facile quenquam iudicamus. Qui enim extollitur quasi aliquid sit, errat. nescit enim quia de humilitate crescitur. Verba enim saluatoris & gesta ante oculos non habet, qui cum sit omnium dominus, humiliat se, ut uobis formam daret quid sequi deberemus, si crescere uelimus, & si nos erigeremus inclinaremur, quod facit imperitia cordis inflati, ut apud homines commendatior uideatur. Sprenens enim & despiciens peccatores, iustum se uideri contendit, sicut & pharisæus ille quem dominus denotat. Nunquid non uere hic imperitus est qui præsentis gloriæ cupidus est? Nunquid non uere de futuris desperas, qui mercedem iustitiæ in præsentibus uult consequi? Quare? quia non est iustus in opere, sed per fallaciam fingit iusticiam. Qui enim uult iustus esse, alterge sibi præponit ut uere iustus sit. Unusquisque enim plus mala sua nouit quam alterius. ¶ Unusquisque enim sarcinam suam portabit.) Ad postremum hoc uoluit innotescere superbis, quia non coinquinatur quis alieno peccato, dummodo dissentiat, ut nemo uereatur se iungere peccatori, aut accedentem ad se suscipere, ut eum lucretur. ¶ Communicet autem is qui catechizatur, hoc est, qui uerbum audiens est, et qui catechizat in omnibus bonis.) Hoc dicit, ut doctoribus audiētes communicent in omnibus bonis. Si autem aliter agant quam docent, in his illis non communicandum sed dissentendum, ut magis lex tibi dux sit quam homo. Sibi enim oberit non tibi, quia quæ docuerit obseruas. ¶ Nolite errare, deus non deridetur.) Nemini dubium est, deo imposturam fieri non posse, sed hoc ab eo unumquodque consequi quod meretur. ¶ Quod enim quis seminauerit, hoc &



COMMENT. D. AMBRO.

metet, Qui enim seminauerit in carne sua ex carne metet & corruptionem.) Hic carnalia uitia quæ in carne admitti solent, significat, ut qui carnem suam corruperit, sciat se corruptelæ futurum obnoxium. Corrupti autem semper corpus qui inconcessa præsumit. ¶ Qui uero seminauerit in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Homo Christianus, spiritu constat & carne. Homo enim ad comparationem sancti spiritus caro est. Cum erga spiritui dat assensum cohibens se ab his quæ contraria sunt, spiritaliter seminat ut possit metere uitam æternam. Testimonium enim spiritus accipit, & immortalitatem loco mercedis. Sicut enim qui corrupti dehonefians corpus suum, nõ ad æternitatem sed ad corruptionem pertinebit, ita & qui intaminatum se custodit uitam æternam consequetur. Hæc est enim æterna uita uiuere sine pœna, habere & gloriã. Nam si hic ad præsens qui in solitudine est negat se uiuere, quanto magis ubi alienus à deo ignem tortorem patietur. ¶ Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus infatigabiles.) Hoc dicit, quia qui fortis est ad seminandum, fortis erit ad metendum, id est, sic recipiet quo modo facit. Ideo promptos nos ad benefaciendum esse hortatur nec fastidium pati debere, securos quia pro paruis magna recipiemus, & pro terrenis æterna tempore quo promissit deus. ¶ Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.) Gentiles tempus habent operandi malum. Homines enim sine deo, quomodo possunt operari bonum? Christiani autem facti, tempus habent operandi bonum ad omnes homines, ut post acceptam fidem bonum opus proficiat mercedi promissæ. Tempus enim idcirco conceditur uitæ, ut iam iuste uersemur exempli dantes gentilibus. ¶ Maxime autem ad domesticos fidei.) Verum est, quia faciliores & propensiores in bono circa fratres esse debemus, quia inuicem sumus mēbra. Huic ergo rei inferuendum quæ prodest, non circumcisioni rei nūc inani. ¶ Scire qualibus literis scripsi uobis mea manu.) Autoritatē dat epistolæ suæ. Cum enim dicit

IN EPIST. AD GALAT. 405

dicit: Ego scripsi mea manu, obediri uult literis his. Vbi enim holographa manus est, falsum dici non potest, ne forte circunuecti excusarent se de epistola, quasi aut falsa esset, aut non esset apostoli, nolentes se reprehendi. ¶ Quicumque uolunt placere in carne, hi cogunt uos circumcidi, ne crucis Christi persecutionem patiantur.) In carne placere, hominibus placere significat. Ut enim Iudæis propitijs aut non infensis uiuerent, quos pseudoapostolos dicit, sic Christum prædicabant, ut & legem seruandam docerent. Quod Apostolus nunquam metuit, sed constanter quod uerum est non tacuit, & sibi & his prouidens quos docebat. Denique, ego, inquit, non solum ligari, sed & mori paratus sum in Hierosolyma pro nomine domini nostri Iesu Christi. ¶ Neque enim hi ipsi qui circumcisi sunt legem custodiunt, sed uolunt uos circumcidi ut in uestra carne glorientur.) Tale est hoc quale & illud dictum ad apostoli Perrum: Si tu cum sis Iudæus gentiliter uiuis quomodo compellis gentes Iudæizare? Ita & hi cum ipsi legem non custodirent conuersantes iniuste, circumcisionē zelabatur, ut perinde uindices & amatores legis uiderentur, cum consuetudinem hanc legem defendere & custodire, qui iustitias eius exequitur, & mandatum quod ad uitam pertinens datum est nõ prætermittit. Talis ergo Galatarum excusatio erat. Hæc dicit, ut uel sic intelligant quia illudebant uelut stulti & hebetes de quorum doloribus gloriarentur. ¶ Mihi uero absit gloria, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo.) Quomodo pseudoapostoli tribulationes pro nomine Christi, quasi nihil profuturas per hypocrisisin redimebant erubescens in his, ita & apostolus gloriabatur de his, sciens magnam pro istis fore mercedem, quemadmodum & coapostoli eius, sicut scriptum est in Actis apostolorum: Tunc inquit, cæsi exierunt Apostoli de consilio gaudetes, quia digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati. Cuius ergo omnis spes in Christo est, hic gloriatur in cruce eius, huic & mundus crucifixus est, certus amorē crucis Christi

Act. 21

Act. 5



1006

si uitam esse, mundi uero amorem parere mortem. In-
uicem ergo sibi mortui sunt & mundus apostolo & apo-
stolus mundo, dum nihil concupiscit apostolus mundi
& dum nihil habet mundus suū qd agnoscat in apostolo,
sicut & dominus ait: Ecce, inquit, princeps huius mundi
uenit & in me inuenit nihil. Neq; em̄ circuncisio quicq;
est, neq; p̄putiū, sed noua creatura. Et quotquot hęc re-
gulā sequunt, pax sup illos & misericordia, & sup Israël
dei.) Noua creatura est regeneratio nostra, hęc est que
dat profectū permanētibus. Sup istos em̄ est pax dei. Qui
em̄ cum deo pacificus est, nullius inimicitia metuit. Tu-
tus em̄ est in protectione & misericordia dei, quę pro-
missa est & manet super Israël dei, non super Israël hoīs,
Iudæi em̄ nō credētes, Israëlita sunt secundū carnē. Duas
ergo partes significauit super quas manet pax & miseri-
cordia dei, Iudæorū credentiū & gentiliū fidelium. ¶ De
cætero nemo mihi molestus sit.) Molestias sibi noluit de
cætero fieri ut iteꝛ forte cogere scribere, sed iā correxit
ores illos uult fieri, ut amputatis erroribus post tāta re-
sistia pausam haberet. Si autem duriores se p̄starent, &
inflexibiles in cōuertendo cessarent ab eo, ut illis operas
suas & efficaciam impederet, de quibus mercedē aut lucrū
speraret. ¶ Ego em̄ stigmata domini nostri Iesu Chri-
sti in corpore meo porto.) Hoc dicit iratus, quia passio-
nes quas credentium causa patiebatur inefficaces in illis
uidebat, quoniā cōstantia & fide doctrinæ suæ pro Chri-
sto plagas & uincula pati nō timuit. Sed passus est amo-
re credentium cicatrices plagarū habere se in corpore,
quo non minus fideliter eis p̄dicaret sicut & pseudoa-
postoli, qui Galatas deceperant. Neminem itaq; uult si-
bi molestum esse, qui hunc rei deuotus non est. Ita enim
stigmata, id est, cicatrices plagarum testimonia sunt ere-
dentium eorum qui patiuntur, quod digni sunt futura
promissione. ¶ Gratia domini nostri Iesu Christi cum
spiritu uestro fratres.) Nō legis gratiam dicit sed domi-
ni nostri Iesu Christi illorum quos spirituales fratres ap-
pellat. Neq; enim penitus omnes fuerant euersi.

DIVI

DIUI AMBROSII

BROSII MEDIOLANENSIS EPISCO-
pi commentarij in epistolam beati Pauli
ad Ephesios.

PRAEFATIO.

Epheſios non apostolus fundauit in fide sed confir-
mauit, multa mala pro his passus a perfidis sicut
dicit. Si enim secundū hoīem ad bestias pugnaui
Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgēt? Et quā
pugnā suā non sine effectu profectiois illoꝝ peruidet,
gaudēs in eis, ad meliora scriptis hortatur de urbis Ro-
mæ custodia, quia ueniens ab Hierosolymis in custodia
sub fideiustore intelligitur deguisse manēs extra castra
in conducto suo.

CAPVT I.

Aulus Apostolus Christi Iesu, per uolūtate
dei, sanctis omnibus qui sunt Ephesi, & fidelibus
in Christo Iesu.) Solito more scribit,
Apostolū enim se esse Christi Iesu dei uolū-
tate testatur, Sanctis & fidelibus in Christo
Iesu qui sunt Ephesi. Non solū fidelibus scri-
bit, sed & sanctis, ut tunc uere fideles sint si fuerint sancti
in Christo Iesu. Bona enim uita tunc prodest ac creditur
sancta si sub nomine Christi habeat, alioq; cōtaminatio-
erit quia ad iniuriā proficit creatoris. ¶ Gratia uobis
& pax a deo patre nostro & dño Iesu Christo.) Gratia
dei cū sanctis dicit esse & fidelibus, quem patrē nostrum
appellat, quia ab ipso sunt omnia & condita & restaura-
ta. Christum autē dominū nostrū quia redemit nos offe-
rēs se pro nobis. ¶ Benedictus deus & pater domini no-
stri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictiōe
spiritali.) Id est, non mundana sed cælesti benedictiōe
neq; corruptibili sed æterna, q̄ gloria Christianorū nō
in terra sed in caelo est, & est in Christo. Omne enim do-
nū gratiæ dei in Christo est, ut si quis spreto Christo be-

Cc 4 nediā



medici se à deo putet, errare se sciat: Aliter tamen benedicitur deus, & aliter homines. Vnum quidem benedictionis nomen est, sed pro merito personæ debet intelligi. Nam & facere dicitur deus, & homines faciunt. Sed deus nutu solo impassibiliter facit, hoies enim manu, conatu, laboreq; efficiunt. Deus ergo benedicitur, cū laudibus dignis extollitur. Homines autem sic benedicit deus, ut donum gratiæ suæ eis impertiat, non secundum merita eorum, sed secundum misericordiam suam. Et ideo dixit: Qui uos benedixit in benedictione spiritali, ut ostenderet perfectam benedictionem dari cælestium, credentibus Christo, ut pleni sint gloria cælesti supra potestates subiecti cælorum, quia ubi ego, inquit, ero illic & minister meus erit. ¶ Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti & immaculati coram ipso in charitate. Præscius deus omnium scit qui credituri essent in Christum, sicut dicit ad Romanos: Quos præscit & uocauit nos, non solum ex Iudeis sed etiam ex gentibus, Quos ergo deus uocare dicit, perseverant in fide, hi sunt quos elegit ante mundum in Christo, ut sint incontamti nati coram deo in charitate, hoc est, ut amor dei sanctam illis faciat conuersationem. Nemo enim melius alicui obtemperat quam qui ex charitate obsequitur. ¶ Prædestinans nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum. Hoc dicit decreuisse deum, ut credentes in Christum adoptarentur deo in filios, ut caput ipsorum sit Christus uerus dei filius. ¶ Secundum placitum uoluntatis in laudem claritatis suæ. Tale placitum dicit deum habuisse, ut ad laudem claritatis eius proficeret gratia data hominibus, ut salus nostra gloria dei sit. ¶ Quia gratificauit nos, in dilecto filio suo. Deus nobis gratiam suam dedit propter quod credidimus in filium eius Christum. Diligens enim unigenitum suum amatoribus eius diuina munera largitur. ¶ In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius remissionem peccatorum. Duplicem gratiam flagitat, quia & redemit nos sanguine suo & peccata nobis non imputauit, id est, redemit & dimisit.

Ioan. 12

Rom. 8

dimisit. ¶ Secundum diuitias gratiæ suæ quæ abundauit in nobis in omni sapientia & prudentia. Addit ad gratiam, quia post supra memorata beneficia donum accedit sapientiæ & prudentiæ spiritalium rerum. ¶ Ut notum nobis faciat mysterium uoluntatis suæ iuxta placitum suum quod proposuit in eo, & dispensationem adimplentionis temporum restauras omnia in Christo quæ in cælis sunt & quæ in terra. Hoc placuit deo cuius consilium retractari non potest, ut ostenderet in Christo mysterium uoluntatis suæ, tempore quo reuelari illud uoluit in agnitionem creaturæ. Voluntas autem eius hæc fuit, ut tunc propitius fieret omnibus qui in errore erant, siue in cælis siue in terris, quoniam Christum manifestauit hoc donum esse credentium, ne illis imputarentur peccata, suscipientibus fidem Christi. Omnis ergo creatura in cælis & in terris dum discit agnitionem Christi, restauratur ad id quod est condita. Cum enim ad unius dei fidem imbutur, cognito mysterio saluatoris ab errore quem ceperat restauratur, pro certo habes creatorem suum unum esse & deum & dominum. Hinc est unde & Ioannes in Apocalypsi dicit: Vidi Michaëlem & angelos eius in celo pugnare cum dracone & cum exercitu eius. Hæc repugnancia partim de errore est, partim de usurpata tyrānidis presumptione. ¶ In quo sortiti sumus prædestinati secundum propositum dei qui uniuersa creauit secundum consilium uoluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ eius, nos qui ante sperauimus in Christo. Hoc est quod dicit, quia dispensatio prædicationis his decreta est à deo, qui ex Iudeis crediderunt in Christum: Vnde nullus ex gentibus ad apostolatam electus est. Dignum enim erat ex his eligi prædicatores, qui ante sperauerunt salutem quæ illis promissa erat in Christo. ¶ In quo & uos cum audissetis uerbum ueritatis Euangelij salutaris uestre credentes signati estis spiritu promissionis sancto qui est pignus hereditatis nostre, in redemptionem acquisitionis in laudem gloriæ ipsius. Laus gloriæ dei est cum multi acquiruntur ad fidem, sicut gloria medici est, si mul-

Apocal. 12



COMMENT. D. AMBRO.

tos curet. Ideoq; ad gloriam dei pertinet, quia gentes uocauit, ut salutis suae medelam consequerentur per fidem promissam Iudaeis, signum habentes redemptionis atq; haereditatis futurae spiritum sanctum datum post baptismum. Redempti enim haeredes designari sunt, si in regeneratione perdurent, ut fides prima ueniam, sancta uero conuersatio perdurans cum fide coronam mereatur. ¶ Propterea audita fide uesira in domino Iesu, & dilectione in omnes sanctos, non cesso gratias agendo pro uobis, commemorationem uestri facere in orationibus meis.) Quoniam iuxta decretum dei quo statuit gentes participes fieri promissionis Iudaeorum, audito Ephe si uerbo dei, susceperunt fidem Christi, diligentes omnes sanctos sicut mandauit dominus. Hac causa deo gratias agit pro conuersione & charitate eorum qui dignatus est gentes incorporare Iudaeis. ¶ Vt deus domini nostri Iesu Christi, pater claritatis det uobis spiritum sapientiae & reuelationis in agnitione illuminatos habere oculos cordis uestri, ad hoc ut sciatis quae est spes uocationis eius quae diuitiae haereditatis gloriae eius in sanctos.) Manifestum est, quia ideo se orare dicit pro eis, ut fidei suae spem cognoscant, in remuneratione caelesti, quia cum plene scierint qui fructus est credentium, propensiores fient circa excolendam religionem. Iam enim in huiusmodi profectus fore uidetur, qui si antequam sciant promissionis gloriam tam deuoti sunt, propensiores fient necessario cum cognouerint. Claritatis tamen patrem uocat deum, & Christi deum, cum uerus pater Christi sit deus, & deus creaturae. Sed & ipse dominus eadem dicit. Vado ad patrem meum & patrem uestrum, deum meum & deum uestrum? Totius ergo charitatis pater est, quia ab ipso est omnis claritas & potestas & dignitas. Est & pater Christi sed aliter, quia hic uerus filius est & deus omnium, sed non ita Christi deus est. Sic enim deus Christi est, quia deus de deo Christus est, ceterorum autem deus est causa terroris, sicut ipse dicit in Malachia propheta; Si deus ego sum, ubi est timor meus? ¶ Ex quae

Ioan. 20

Malac. 1

IN EPIST. AD EPHE. 411

quae est excelsa magnitudo eius in uos qui creditis secundum operationem potentiae fortitudinis eius quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis & collocauit ad dexteram sibi in caelestibus super omnem principatum & potestatem & uirtutem & dominationem & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo sed & in futuro.) Exemplum salutis credentium & gloriae, in resurrectione saluatoris consistere proficitur, ut ex ea cognoscant fideles quid eis promissum est. Simili enim modo extollentur supra caelos futuri cum Christo sicut ipse dicit: Pater uolo ut ubi ego fuero & hi mecum sint, & uideant gloriam meam. Hoc propter incarnationem filij dei, ut etiam homo factus super omnes caelos esse dicatur, & super cunctam creaturam sedens ad dexteram dei, habens nomen dei per naturam non per adoptionem, ut cognoscant illum esse filium dei qui illum crucifixerunt. Honor enim quem illi dedit pater per generationem, tunc manifestatus est, cum natus homo passus est, & uicta morte resurrexit, ascendens unde descendit super omnes caelos. Vnde dictum est: Quia ueritas de terra orta est. Quia enim omne iudicium pater filio dedit, idcirco ad dexteram dei sedere dicitur, quasi iudex. Denique ipse dicit ad discipulos. Vsq; modo nihil petistis in nomine meo, petite & ego faciam. Vnde ait Iudaeis: Amodo uidebitis filium hominis sedentem ad dexteram uirtutis & uenientem cum nubibus caeli. Ex eo enim quo innotuit, adiri coepit & populari quasi iudex. ¶ Et omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit su per omnem ecclesiam quae est corpus & plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur.) Patrem dicit filio omnem creaturam subiecisse, ut quia omnia per ipsum fecit, ipse omnium caput sit & dominus. Tunc illi omnia subiecit, quando illum ante omnia genuit, ut per ipsum fierent quae non erant. Omnem ecclesiam dicens, summam totum comprehendit quod in caelo est & terra, ut in nouum hominem membra eius efficiantur, dum confitentur hunc esse per quem facti a deo sunt. Subiiciuntur

Ioan. 17

Psal. 84

Ioan. 5

Ioan. 16

Matth. 26



Subiiciuntur enim illi quasi capiti membra ex quo trahunt originem, ut omnia in omnibus adimpleantur. Cum enim regressa fuerint ad confessionem unius dei sectantes genu Christo, adimpletur in omnibus ut sit omnia, quia ab ipso sunt, ac per hoc ipse in eis est, quia uirtute eius subsistunt. Recedentes enim a deo euacuare illum uidentur. Vnde alio loco dicit: Ut crescant omnia in incrementum dei.

CAPVT II.

ET uos cum essetis mortui delictis & peccatis uestris in quibus aliquando ambulastis secundum seculum huius mundi. Mortuos dicit, qui errores seculi sequuntur. Quicquid enim ab unius dei professione recedit, mortuum habetur, quia non manet in radice ex qua trahit originem. ¶ Secundum principem potestatis aeris huius spiritum qui nunc operatur in filiis diffidentiae. Principem potestatis, id est, diabolus significat, seculi intelligentiam corrupisse ut ab uno deo recederet, multorum deorum opinionem suscipiens, ut socios illos suae conspirationis efficeret, dum in eadem impietate inueniuntur negantes unum deum. Principem ergo hunc erroris ideo aeris dicit spiritum, ut ostendat quia hanc partem sibi usurpauit ad exercendam dominationem. Alius est enim aer, & alius princeps, sed quia in mundo uel in aere dominatur spiritus aeris appellatur. ¶ In quibus & nos aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostrae facientes uoluptates carnis & consiliorum eius, & eramus natura filii irae sicut & ceteri. ¶ Perfidiā significat cum desideria carnis memorat. Voluptas enim carnis est uisibilibus oblectari, ut elementa quae deus gubernacula mundi instituit deos appellet, cum hoc nomen uni deo debeatur ex quo sunt omnia, ut sicut nullum participem habet ex his in uirtute, ita nullum habeat consortem in nomine. Christo autem idcirco hoc nomen non negatur, quia sicut communis eis natura est, ita erit & nomen. Hoc nomen inter patrem & filium interest, quia pater a nullo hoc accepit

accepit: filius autem per generationem omnia patris accepit, ut in uirtute & substantia & nomine nihil distet filius a patre. Vnde dicit: Omnia quae habet pater mea sunt, & mea patris. Non ergo indignum neque contrarium est, si & Christus deus dicatur, sed de deo patre ut unius dei autoritas conseruetur. Nam si quis aliud putat significare, cum uoluntatem carnis flagitat, sciat apostolum multam uitam habuisse, quia secundum iusticiam legis conuersatus est sine quaerela. Sed quia persecutus est fidem Christi, idcirco conuersati, inquit, sumus in desideriis carnis nostrae. Omne enim peccatum caro dicitur, maxime perfidia, quae est totius sceleris mater. Nulli opera bona & castitas proderit, si sit perfidus. Perfidia enim haec omnia maculat. Hinc est quod subdidit: Et eramus natura filii irae sicut & ceteri. Naturae enim cum mala uoluptas superponitur, sit natura irae, id est, quae ultiōni subiicienda sit, immutata non substantia sed mala uoluntate. Hoc enim deponitur naturae quod sequitur. Vnde ait in Esaia: Semen pessimum. Et quare sit semē pessimum subiicit: Reliquistis enim dominum ait, & ad iracundiam prouocastis sanctum Israel, ut natura quae deserit deum, pessimum semen dicatur. Degenerare est enim ab autore recedere, & cum malum exemplum ceteris praebet malum est semen: fructus enim pessimos facit. Si uero redeat ad autorem, bona erit natura, secundum apostolum qui immutatus dum agnoscit creatorem suum, uas electionis appellatur. ¶ Deus autē qui diues est in misericordia, propter multam charitatem misertus est nostri. Haec uero diuitiae sunt misericordiarum, ut non querentibus ultro misericordia praestaretur, sicut dicit Esaia: Palam factus sum, non querentibus me. Hoc enim est abundare misericordia ut & non postulantibus tribuatur. Haec tamen charitas dei est erga nos, ut quae fecit nos nolit perituros. Diligit enim opus suum. Ideo enim fecit ut amaret quod fecit, nemo enim laborem suum odio habet. ¶ Et cum mortui essemus, conuiuificauit nos in Christo. A deo alienari mortui eramus, gratia autē sua reuocauit nos hoc



hoc est, uiuificauit nos in Christo. Quia enim per ipsum nos fecit, iterum per ipsum nos reformauit in ipso, id est ut eius membra simus ipse est autem caput nostrum. Ipsum enim habemus deo præstante autorem uitæ nostræ sicut dicit Petrus apostolus: Autor è uero uite interfecistis. ¶ Cui gratia estis saluati.) Huic dono addit & gētes, significās saluatos nos gratia Christi. ¶ Et simul sulcitur & simul sedere collocauit i cælestib⁹ in Christo Iesu.) Hoc dicit qd supra memorauit illic futuros sctōs etiam ex gentibus ubi & Christus est caput eorum. ¶ Vt ostenderet in seculis superuenientibus superabundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo.) Significat quia in futuro seculo immortale donum dei apparebit in remunerationem fidelium quod oculus nō uidit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Hæ sunt superabundantes diuitiæ ut tantū detur credentibus, quantum inuestigare non potest mens. Gratia enim salui facti estis per fidē.) Gratia fidei data est ut credentes saluentur. ¶ Et hoc nō ex uobis: dei enim donum est. Non ex operibus, ut ne quis gloriatur. Ipsi enim sumus figmentum, creati in Christo in opera bona quæ præparauit deus ut in illis ambulemus.) Verum est quia omnis gratiarum actio salutis nostræ ad deum referenda est, qui misericordiam suam nobis præstat, ut reuocaret errantes ad uitam non quærentes uerum iter. Ideoq; non est gloriandū nobis in nobis ipsis, sed in deo qui nos regenerauit natiuitate cælesti per fidē Christi, ad hoc ut bonis operibus exercitati, quæ deus nobis iam renatis decreuit promissa mereamur accipere. ¶ Memoria retinentes uos & aliquādo eratis gentes in carne quid dicimini præputium, ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manu facta, quoniam eratis illo in tēpore sine Christo, alienati, a conuersatione Israël, & hospites testamentorum & promissionis eorum, spem non habentes, & sine deo in hoc mundo.) Cōmonet gentes ut reminiscetes quid fuerunt: Erant enim carnales & sine spe, nullam promissionis communionem habentes Iudæorum in Christo

Christo, Iudæis enim promissus erat Christus, non gentibus, ut propèsius gratias agant deo per Christum, qui misericordia sua fecit illos participes spiritalium cum essent carnales. Ideo tamen circumcisio, ait, in carne manu facta, ut significaret aliam non manu factam spiritalium. ¶ Nunc autem in Christo uos qui aliquando longe eratis facti estis prope in sanguine Christi.) Adhuc donum & gratiam dei commendat, cui nos semper uelut obnoxios gratias uult referre. Idcirco enim sanguine Christi proximos nos deo factos memorat, ut quantum affectum circa nos habeat deus ostenderet, qui pro nobis filium suum mori permisit, ut & nos in fide eius durantes omnibus exitiis pro illo nobis illatis, non cedamus, scientes plus illum de nobis mereri quàm quæcumque ab inimicis possunt inferri. Ille enim cum sit dominus & nullius egeat, obtulit se pro nobis ut non illi sed nobis magis proficeret. Nos enim etiam si nobis non proficeret forte cogemur mori pro ipso domino serui, quanto magis cum non solū illius sed & nostra mors præstet effectum? ¶ Ipse enim est pax nostra qui fecit utraque unum & medium parietem maceris soluens inimicitias in carne sua.) Pacem fecit inter circūcisionem & præputiū passio saluatoris. Inimicitia enim quæ uelut paries media erat, & diuidebat circūcisionem à præputio, & præputiū à circūcisione, hanc soluit saluator, dans legem, ut neque Iudæus præsumens de circūcisione reprobareret gentilem, neque gentilis fidus de præputio, id est, de paganitate abominaretur Iudæum, sed ut ambo innouati, unius dei fidem sequerentur in Christo. Omnia enim quæ docuit saluator tunc firmavit cum resurrexit. Parietem tamen qui medius erat diuidens inter legem factorum & gentilitatem, maceriem siue sepe significauit, id est, non parietem stabilem neque robustum, quia neque gentilitas firma res erat, quasi ab homine inuenta, neque circumcisio & neomeniæ, esucarum sacrificiorum uel sabbatorum stabilis & fixa obseruatio. Sic enim data sunt ut cessarent adueniente Christo



Acto. 15

Christo. Quamuis enim deus hac dederit sed ad tempus fidei autem firma & sine successore est prædicatio. ¶ Legem mandatorum in decretis euacuans ut duos conderet se in uno nouo homine faciēs pacem.) Hoc est quod supra summam memorauit, quia legem quæ data erat Iudæis in circuncisione & in neomeniis & in eis & in sacrificiis & in sabbato euacuauit, hoc est, cessare iam iul sit quia oneri erant, & sic fecit pacem. Vnde Petrus apostolus dicit in actis apostolorum: Quid imponis iugum supra ceruicem fratrum, quod neque patres nostri neque nos potuimus portare? ¶ Ut exhiberet & reconciliaret ambos in uno corpore deo per crucem.) Sublata inimicitia, morte sua Christus prius populus inter se reconciliauit, deinde deo patri pacificos fecit, ut homines natura unius quia diuersi facti fuerat per errorem, membra efficerentur unius corporis noui, cuius caput Christus. ¶ Interficiens inimicitiam in semetipso & ueniens euangelizauit pacem nobis qui lōge & pacem his qui iuxta, quia per ipsum habemus accessum utriusque in uno spiritu ad patrem.) Idem sensus est. Interfecit enim inimicitiam in se, dū pro omnibus tam Iudæis quam gentilibus mortuus est. Omnibus enim profecit mors saluatoris. Resurgens enim à mortuis damnata morte, quæ tenebat omnes ostendit quam spem haberent credentes in eum. Hinc mandauit prædicationem qua omnes conuocaretur ad deum patrem in unitate spiritus scissa discordia, ut siue Iudæi qui prope ideo dicuntur, quia ipsorum patribus facta promissio est, siue gentiles qui ideo longe dicuntur, quia dei legem non receperunt datam per Moysen, sublato præterito ritu susciperent fidem Christi, per quam efficeretur unum. ¶ Ergo iam non estis hospites & incolæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei.) Admonet illos ut memores sint beneficiorum dei, quia cum lōge essent à cognitione & timore dei, misericordia eius adiuncti sunt, ut fierent participes eorum qui prope deum erant, ciues facti filiorum dei. Sicut enim quæcumque gens Romanorum pacem sequi desiderauit, oblati donis suscepta est ut

est ut essent ciues Romani quæ admodum est Tharsus Cilienses, unde apostolus ciuem Romanum se dicit, ita & quicumque fidei se Christianæ sociauerit fit ciuis sanctorum & domesticus dei. ¶ Super aedificati supra fundamentum apostolorum & prophetarum.) Hoc est, supra nouum & uetus testamentum collocati. Quod enim apostoli prædicauerunt, prophetæ futurum dixerunt, quæuis dicat ad Corinthios: Deus, inquit, primum posuit in ecclesia apostolos, secundo prophetas, sed hi alij prophetæ sunt. Illo enim loco de ordinatione ecclesiæ disputat, hic uero de fundamento ecclesiæ. Prophetæ enim disposerunt, nam apostoli fundamenta iecerunt. Vnde dicit dominus ad Petrum: Super istam petram aedificabo ecclesiam meam, hoc est, in hac catholice fidei confessione statuo fideles ad uitam. Nam & Dauid disposuit domum dei, & signauit locum ubi fieret. Salomon uero fundauit eam. ¶ In ipso angulari lapide Christo Iesu in quo omnis structura compacta crescit in templum sanctum in domino, in quo & uos coedificamini in habitaculum dei in spiritu.) Hic sensus est unde dominus ait: Super istam petram aedificabo Ecclesiam meam. Duos enim populos in se suscepit saluator, & fecit unum in domino, sicut & lapis angularis duos parietes continet in unitate domus firmatos. Fideles enim superficies sunt templi dei in spiritu cõuerfantes, ut possint heredes fieri cælestis habitationis.

1. Cori. 22

Matth. 16

CAPUT III.

Huius rei gratia ego Paulus unctus Christi pro uobis fratribus.) Quoniam dispositio nem clementie quæ fuerit ante mundum erga salutem gentium ostendit, nunc se legatione huius doni fungi dei prouisione Christo mittente declarat. Dominus enim post resurrectionem suam apostolos suos uice sua misit predicare, hunc dirigens ad conuersionem gentium. Sic enim dixit ad eum: Vade, ego longe ad gentes mittam te. Dominico ergo usus uerbo est cum dicit: Vobis qui longè & pacè his qui iuxta. ¶ Si tamen audistis dispensationem

D d gratiè



gratia, quae data est nobis in uos.) Vult eos scire, quia dei iudicio à Christo missus est praedicare gentibus mysterium gratiae dei. ¶ Secundum reuelationem notum mihi factum est mysterium, sicut ante scripsi in modico prout potestis intelligere prudentiam meam in mysterio Christi.) Otenfam sibi significat reuelationem mysterij dei, de quo prius breuiter se memorat scripsisse, hoc e' te' perare, prout potuerant capere prudentiam apostoli in sacramento Christi. ¶ Quod alijs seculis non fuit notum filijs hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis eius & prophetis, spiritu esse gentes cohaereds & coorporatos & participes promissionis eius in Christo.) Hoc asserit ostensum à deo tempore Christi quod latebat, quia gentes participes futurae essent gratiae in lege. Quod ostensum dicit praedicatoribus sanctis & prophetis, id est, apostolis & legis explanatoribus, non prophetis ueteribus. Quamuis enim admitterentur prius ad legem gentiles, sed circumcidi iuebantur, & prophetae sciebant gentes participes futuras doni dei, nam & hoc significauerunt multis in locis, sed hoc latuit, quia sine circumcisione & sabbatis & neomenijs & caeteris talibus gratiae dei futurae essent participes, ut absque lege perciperent fidem Christi & saluarentur. Hoc est quod dicit spiritu esse gentes cohaereds & concorporatos & participes promissionis eius in Christo. Qui enim spiritu deum colit, opera legis opus non habet. ¶ Per Euangelium eius factus sum minister secundum donum gratiae dei quae data est mihi secundum operationem uirtutis eius.) Per praedicationem ministerij sui cognitum asserit donum, quod disposuit deus gentibus iuxta uirtutis suae operationem. Operatio enim uirtutis eius est, quia Christum suscitauit à mortuis, deuisa morte in qua omnes saluauit. Dispensatio tamen Euangelij eius haec est, quia agnita est uoluntas dei, quia gentes sine opere legis saluare decreuit. ¶ Mihi minimo omnium sanctorum data est haec gratia.) Humiliat se cum se minimum dicit, sciens humilitatem profectum habere. Nā tātā gratiam sibi datam

datam dicit, ut donum hoc quod ante ignotum fuit praeteritis seculis, sibi asserit concessum ut hoc manifestaret gentibus Vnde enim minimus sanctorum omnium uideri potest, qui antequam baptizaretur, uas electionis appellatus est: ¶ Ut in nationibus euangelizem in aestimabiles diuitias.) Electum se probat ad praedicandum donum dei in diuitijs incomprehensibilibus Christi, quas gentibus iam desperatis largiri dignatus est, ut sine opere saluarentur per fidem. Et manifestum est, quia nemo egregium & munus maximum per indignam mittit personam. Ostendens ergo quantum à deo mereamur, humiliat tamen se ut meritum eius crescat. ¶ Et illuminem quae est dispensatio mysterij absconditi à seculis in deo qui uniuersa creauit.) Missum se dicit duplici modo docere gentes mysterium quod fuit in deo ex quo sunt omnia, ut per eum discant ac intelligant Christum semper in deo & apud deum, & quia sine circumcisione & caeteris legis mādatis disposuit saluare gentes. Indigni enim inuenti sunt Iudaei tantum ac talem habere doctorem. Sic enim Iudaei credebant in Christum, ut legem tamen seruarent, quod odibile est apud deum. Denique dicitur apostoli ad coapostolum suum Paulum: Vides frater quot milia sunt in Iudaea credentium, & omnes isti aemulatores sunt legis. Vnde factum est, ut uas electionis ad gentes docendas missus esset, ut uel ipsi fidei suae spem plenam haberent nihil de lege sed in solo Christo sperantes. Manifestato enim sacramento Christi, tale donum datum est quod perfecta salutis haberet effectum. Sicut enim in magna uota, maxima dantur apostophoreta, ita & magnifico manifestato mysterio gaudij & laetitia causa, tam egregio munere donati sunt homines, quod illis satis sit ad copiam salutarem. ¶ Ut nota fiat principibus & potestatibus in caelestibus per Ecclesiam multiformis sapientiae dei.) Tantum de hoc bene sensit deus, ut non solum gentibus hūc magistrum daret, uerū etiam ut per eum ueritas Christi innotesceret spiritibus in caelestibus qui sunt principes & potestates. Po



Pfal. 33

Pfal. 1

Pfal. 117

Daniel. 2

testates ideo, quia potiores sunt inter ceteros spiritus. Principes autem eo quod principentur potestibus, ut agnoscentes per ecclesiam quæ multifarie ad uitam attracta est, in Christo unius dei manere mysterium, desinant ab errore. Id enim agitur ut prædicatio ecclesiastica etiam his proficiat, & deserant assensum tyrannidis diaboli, qua se aduersus dei unius fidem impia præsumptione armavit. Qui sensus in psalmo 23, præscriptus est ubi deus uniuersitatis dominus demonstratur, dicente dei spiritu per Dauid: Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo. Et in subiectis: Tollite portas principes uestri & eleuamini portæ aternales & introibit rex gloriæ. Quis est rex gloriæ? Dominus uirtutū ipse rex gloriæ. Dicitur ergo his principibus q̄ in errore sunt in cælestibus siue ministris eius in terris, ut auferant portas principis sui, id est, diaboli de mentibus suis, per quas multorum deorum asserendum error intrauit. Sunt enim temporales, quia omnis fallacia tempore clauditur. Iter em̄ impiorū peribit. Ut autem aternas portas eleuent, hortante iusticia admonentur, quia ueritas in sempiterna secula perseverat. Unde ait in psalmo 117. Hæc porta domini iusti intrabunt per eam. Manifestum est enim quia iusti per fidem intrant in cælos in regnum dei. Quod nunquam corrumpi Daniel propheta testatur, dicens inter cætera: Exurret regnum aliud incorruptibile. Impij autem per incredulitatem intrant in infernum tartareum. Hic ergo rex gloriæ Christus est, qui de uicta morte reurgens, apparet dominus esse & rex gloriæ. Virtute em̄ potestatis suæ qua subegit inferos manifestatur, quia ipse est filius dei, qui unius dei regnum in cælis & in terris esse ad condemnationem tyrannidis diaboli prædicauit. ¶ Secundum propositum seculorū in Christo Iesu domino nostro, in quo habemus libertatem in confidentia per fidem ipsius. Manifestatū dicit Christū seculo quo, p̄posuit deus ostendere mysterium suum pro salute humana, ut cognitio mysterij dei mortalibus conferret salutem, ut quasi deditio

catio regni Christi hanc gratiam credentibus pro apophoretis largiretur. Licet enim insectū sit, nouum tamen uidetur ignorati creaturæ. ¶ Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis, quæ sunt in gloria uestra. Manifestata spe quæ est in mysterio Christi commonet ne scandalū patiantur propter tribulationes quæ sanctis à perfidis irrogantur. Ad gloriam enim pertinet illorum si in tribulatione magistri non fuerint scandalizati discipuli, hac spe firmati, quia fidelium pressuræ futuræ seculi gloria erigentur. Hæc enim fidelium probatio est si fidei suæ spe aduertant. ¶ Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, ut det uobis secundum diuicias maiestatis suæ uirtutem confirmari in spiritu suo. Hoc flexis genibus precari se dicit ut quia dignatus est aduocare gētes ad cognoscendū mysterium uoluntatis eius, hoc etiam donet quia diues est, ut nutu eius firmentur in spiritu, hoc est, ut nō illos perturbent carnalia exitia illata à perfidis, sed sint stabiles expectantes in futuro huius rei mercedem. ¶ In interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus uestris. In eo petit eos magis firmari, ut non ambigant sed magis credant Christum habitare in se, quem nō uident ius oculis, ut spiritus datus hoc eis per dei donum infundat, ut certi sint de Christo, quod uiuit & filius dei est, & habitat per fidem in cordibus nostris, ut cum fide eius habemus in cordibus nostris, ipsum habere uideamur. Quod eo proficit ut securi simus de auxilijs eius, quia non deserit nos sed semper adest propter fidem suam quæ uidet in nobis, quippe cū ideo spiritus eius qui & dei patris est, det nobis, ut uice eius tuos præstet nos si ei assentiamus, ut occulta reuelet, per quem utique ipsum in nobis habitare ambigere non debemus. Est enim hic alius paracletus inter quos personarum distantia est non naturæ quia & de eius accipit, & à deo procedit. In quibus enim naturæ unitas est, inuicem sui sunt. Unde dicit dominus: Omnia patris mea sunt, & mea omnia patris.



¶ Ut in charitate radicati & fundati, possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo & longitudo & altitudo & profundum.) Hoc præstare dicit habitatem spiritum uel Christum in nobis, ut fundati simus in charitate dei, deus in beneficiis eius, & possimus cum sanctis qui sunt apostoli & prophetæ immensum & inestimabilem cognoscere deum, omnia excedentem maiestate uirtutis suæ. Cum enim dicit latitudo & longitudo & altitudo & profundum, hoc utique significat, ut sicut in sphaera tanta longitudo est quanta latitudo, & tanta altitudo quantum & profundum, ita & in deo omnia æqualia sunt immensitate infinitatis. Sphaera enim definito modo concluditur, Deus autem non solum implet omnia, sed & excedit. Nec enim clauditur, sed omnia intra se habet, ut solus ineffabilis & infinitus habeatur, & gratiæ huic insufficienter agantur, qui cum tantus sit, dignatus est per Christum hominem uisitare, peccatis, & morti subiectum. ¶ Cognoscere quoque supereminentem scientiam charitatis Christi.) Post dei patris infinitam & incomprehensibilem cognitionem & inenarrabilem clementiam, Christi quoque agnoscere nos uult charitatem quia super eminentis est scientiæ & subintelligitur humane, ut super scientiam hominum habeatur dilectio Christi. Quis enim potest colligere mysterium huius charitatis ratione, ut & deus hominis causa homo nasceretur, deinde moreretur pro hominibus, pro seruis dominus, pro creatura creator, pro impijs pius? Propter quid ita dilexit nos? Aut ut quid nostrum haberet qui nullius indiget, nunquid non charitas hæc super scientiam hominum est? Aut quis hominum hanc poterit charitatem alicui exhibere, quanquam impar sit, ac per hoc supereminet humana commenda? Hoc ergo uult nos scire, quia sensus nobis assequi non potest, nec perspicere profunditatem beneficiorum Christi erga nos, ut perinde semper ei supplices & deuoti, & qui debitis nulla ratione satisfacere possumus, uel in fide eius usque ad mortem perseueremus. Ille enim pro magnificentia maiestatis suæ ea gessit pro nobis quæ sibi

sibi indigna sunt, ut & nos in quantum possimus ei famulemur. ¶ Ut impleamini in omnem plenitudinem dei.) Quia fides neque in solo patre integra est, neque in solo filio perfecta, ideo adiecit: Ut impleamini aut in omnem plenitudinem dei, ut confessione & gratiarum actione sicut patri, ita & filio honorificentia referretur, & omnia quæ a deo patre sunt per filium facta & restaurata credant, ut sit plena perfectio diuinitatis in professione credentium. Nihil enim deerit Christiano, quando deum patrem per omnia immensum esse cognoscit, charitatem quoque Christi ineffabilem & supereminentem scientiæ humane proficietur. ¶ Et autem qui potest super omnia facere abundantius quam petimus aut intelligimus secundum uirtutem quæ operatur in nobis, ipsi gloria in Christo Iesu, & in ecclesia, & in omnia secula seculorum, Amen.) Ad patris personam hæc refert, ut quia melius scit quæ utilia & quæ non pericula sunt, & quando danda, & qualia & quanta opus sint, ipse gubernet prouidentia & uirtute sua sibi credentes. Cui ideo gloria in Christo Iesu, quia per ipsum omnia præstat nobis. Et quia honor patris in filio est, & in ecclesia, id est, in populo quem sibi adoptare dignatus est. In claritate enim filiorum gloria patris est, dicente domino: Sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & magnificent patrem uestrum qui in cælis est. In secula seculorum amen, id est, in æternum ueritas.

CAPVT IIII.

Obscuro itaque uos ego uinctus in domino, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis.) Hortatur eos, ut recte incedentes in præceptis domini, ad promissam gloriam possint peruenire. Sicut enim peritus medicus obsecratur infirmos, ut bene se agentes possint salutarem recipere ualitudinem, ita & magister gentium hortatur ut fidei suæ digna opera facientes, possint percipere quæ promissa sunt sanctis, sciens gloriæ suæ esse huius rei profectum. ¶ Cum omni humilitate



animi & modestia, cum magnanimitate sufferentes inuicem in charitate, sollicite seruantes unitatis spiritum in unculo pacis.) Nunc dissensionem prohibet, charitatem autem studendum monet, ne spiritum unitatis & pacis amittant, ac per hoc ut inuicem se sufferant cum patientia. Modestia enim profectum parit, quia cum se inuicem tolerant cum lenitate animi monentes corriguntur ad effectum, & pax in eis manebit, per quam filij dei non immerito uocabuntur, quia dixit dominus: Beati pacifici, quonia filij dei uocabuntur. Perturbatio enim & inquitudo contentionem facit, quae solet etiam ea quae mala nouit uelle defendere ne cedere uideatur. Hinc oritur discordia, quae corrumpit pacis foedera. ¶ Vnum corpus & unus spiritus, ita ut uocati estis in una spe uocationis uestrae.) Propter pacem & concordiam haec subiecit, ut quia unum corpus est ecclesia, unum sapiat populus, quia unum est quod creditur. ¶ Vnus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus & pater omnium qui super omnes, est, & per omnes, & in omnibus nobis.) Adhuc unitatem commendat, ut quia unitas est ad quam uocamur, in nullo dissentiamus. Si enim unus est dominus, id est Christus, sicut & ipse ait in Euangelio: Quia magister uester unus est Christus, Vna fides, num baptisma, unus deus & pater omnium qui super omnia est, & per omnes & in omnibus credentibus, unus debet esse & animus populi, quia haec quae enumerat unitatis sunt. Concordant enim in omnibus, patrem tamen deum, quia nulli debet quod est, super omnia esse dixit & per omnes. Ideo per omnes, quia ex eo omnes, & necesse est ut super haec omnia sit quae ex eo sunt. Et in omnibus nobis, id est, fidelibus. In nobis est enim per confessionem, quia cum iatemur, & quia spiritum suum dedit nobis per quem sine dubio in nobis est. In paganis non est, quia pater Christi negatur esse ab illis. ¶ Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis domini nostri Iesu Christi.) Nunc ne quia diuersa in hominibus dona sunt, putarentur officere unitati, hoc purgat non esse contrarium, quia in donis

nis officiorum diuersitas est, non naturae. Vnicuique autem tantum dicit dari gratiae, quantum donare dignatus fuerit dominus: non tamen sine aequitatis mensura, quia unicuique pro uiribus tribuet, ut tantum hauriat quantum fuerit. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Hoc scriptum est in Psalmo 67. Dona tamen haec post triumphos cepit largiri. Vincens est enim mortem exaltatus in cruce, sicut ipse dixerat. Ait enim: Cum exaltatus fuero a terra omnia traham ad me. Expoliavit inferos, cum captiuos quos ex prauaricatione Adae, aut proprijs captos peccatis in conditione tenebant, abstulit contententes sibi, & ascendens inde in caelos induxit, Ex quibus aliquanti resurgentes in corporibus, multis apparuerunt ad testimonium euisae mortis, ut qui forte Christi resurrectionem credituri non essent, ex horum resurrectione quos mortuos scirent rei fierent. Hos enim uiderunt quos cognoscerent dudum uixisse: quamuis captiui inuiti & alieni ducantur, saluator tamen & suos duxit & uoluntarios. Apparentia enim sua dum lacescit desiderantes liberari, cepisse illos dicitur. ¶ Quod autem ascendit, quid est nisi quia etiam ascendit in inferiora terrae? Verum est quia ideo descendit ut ascenderet, non sicut homines qui ad hoc descenderunt ut illic remanerent. Ex sententia enim tenebantur apud inferos, quae sententia saluatore tenere non poterat, quia uicit peccatum. Triumphato ergo diabolo descendit in cor terrae, ut ostensio eius praedicatorio esset mortuorum, ut quotquot cupidi eius essent liberarentur. Non poterat non ascendere, qui ad hoc descendit, ut ui potestatis suae calcata morte, cum captiuus quorundam causa pati se permisit resurgeret. ¶ Qui descendit ipse est qui ascendit super omnes caelos ut impleat omnia.) Hoc est quod dicit dominus: Nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Quod quidem & in psalmo continet. A summo caelo egressio eius, & regressus eius usque ad summum eius. Hic ergo descendens e caelis in terram, homo natus est, post mortuus de-

Ioan. 3
Psal. re



scendit ad inferos, ex quibus tertio die resurgens, ante omnes mortales ascendit super cunctos caelos, ut illam mortem ostenderet creaturae. ¶ Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios uero Euangelistas, quosdam uero pastores & magistrorum ad consummationem sanctorum in opus ministerij. Apostoli episcopi sunt. Prophetæ uero explanatores sunt scripturarum, quamuis inter ipsa primordia fuerint Prophetæ, sicut Agabus & quatuor uirgines prophetantes, sicut continetur in Actibus Apostolorum, sed propter rudimenta fidei commendanda, nunc autem interpretes Prophetæ dicuntur. Euangelistæ diaconi sunt, sicut fuit Philippus, quamuis non sint sacerdotes: euangelizare tamē possunt sine cathedra, quemadmodum & Stephanus & Philippus memoratus. Pastores sunt & possunt esse lectores, qui lectionibus saginent populum audientem, quia non in pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit ex ore dei, Magistri uero exorcistæ sunt, quia in ecclesia ipsi concupiscunt & uerberant inquietos, sicut hi qui lectionibus imbuendi, infantes solebant imbui, sicut mos Iudeorum est, quorum traditio ad nos transitum fecit, quæ per negligentiam obsoleuit. Inter istos post episcopum plus esse intelligitur, qui propter referatum occultum scripturarum sensum prophetare dicitur, præsertim quia futuræ spei uerba depromit, qui ordo nunc potest esse præbyterij. Nam in episcopo omnes ordines sunt, quia primus sacerdos est, hoc est, princeps est sacerdotum & propheta & Euangelista, & cætera adimplenda officia ecclesiæ in ministerio fidelium. Tamē postquam omnibus locis ecclesiæ sunt constituta, & officia ordinata, aliter cõposita res est, quam cõperat. Primum enim omnes docebant, & omnes baptizabant, quibuscūque diebus uel temporibus fuisset occasio. Nec enim Philippus tempus quæsiuit aut diem quo eunuchum baptizaret, neque ieiunium interposuit. Neque Paulus & Syneas tempus distulerunt quo optionem carceris baptizaret cū omnibus eius, Neque Petrus diaconum habuit

habuit aut diem quæsiuit, quando Cornelium cū omni domo eius baptizauit, nec ipse sed iussit fratribus qui cū illo ierant ad Cornelium ab Ioppe. Adhuc enim præter septem diaconos, nullus fuerat ordinatus. Ut ergo cresceret plebs & multiplicaretur, omnibus inter initia cõcessum est, & euangelizare, & baptizare, & scripturas in ecclesia explanare. At ubi autem omnia loca circumplexa est ecclesia, cõuenticula cõstituta sunt, & rectores & cætera officia in ecclesiis sunt ordinata, ut nullus de clero auderet qui ordinatus non esset præsumere officium quod sciret non sibi creditum uel concessum, & cõcepit alio ordine & prouidentia gubernari ecclesia, quia si omnes eadē possent, irrationabile esset & uulgaris res & uilissima uideretur. Hinc ergo est unde nunc neque diaconi in populo prædicant, neque clerici uel laici baptizant, neque quocunq; die credentes tinguntur nisi ægri. Ideo non per omnia cõueniunt scripta apostoli ordinationi quæ nunc in ecclesia est, quia hæc inter ipsa primordia sunt scripta. Nam & Timotheum presbyterum à se creatum episcopum uocat, quia primi presbyteri episcopi appellabant, ut recedente eo sequens ei succederet. Denique apud Aegyptum presbyteri consignant si præsens non sit episcopus. Sed quia cõeperunt sequentes presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendos, immutata est ratio prospiciente cõcilio ut non ordo sed meritum crearet episcopum, multorum sacerdotum iudicio constitutum, ne indignus temere usurparet & esset multis scandalum. In lege nascebantur sacerdotes ex genere Aaron leuitæ. Nunc enim omnes ex genere sunt sacerdotali, dicente Petro apostolo: Quia estis, inquit, genus, regale & sacerdotale, ideoque ex populo potest fieri sacerdos. ¶ In ædificationem corporis Christi. Ecclesiæ ordinationem ad compaginationem humani generis, in professionis unitate dicit cõpositam, ut diuersi dignitate in Christo omnes sint, unum caput habentes Christum, hoc est, auctorem uitæ. ¶ Donec occurrat omnes in unitate fidei & agnitione filij dei. Tãdiu dicit manere ordinationem, quãdiu cuncti destinari ad uitam unam sint fidei in cognitionem Christi

i. Petri. 2



Christi. ¶ In uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.) Ita elaborandum hortatur ut perfectio fidei apprehendatur. Cuius hæc ratio est, ut Christum perfectum & plenum deum teneat fides, ne mensura humana metiat, sed in plenitudine diuinitatis quasi perfectus deus habeatur. Nec enim perfectum dicens uirum, temporali ætate & mensura significat, sed per hoc dictum perfectus nos uult fieri in plenitudine intellectus diuinitatis filij dei. ¶ Ut ultra non simus paruuli neque fluctuantes & circumferamur omni uento doctrinæ in nequicia hominum in astutia ad remedium erroris.) Fundatos & stabiles esse nos uult in disciplina fidei catholicæ, quam Petrus apostolus reuelante deo professus est, nec uentilari nos oberrantes per diuersarum hæresium pestilentiosas asseuerationes nequitia humana inuētas, ut per has fallentes inimici sub ueri nomine error possit auferri. Hoc enim remedium est falsitatis, ut sub prætexto ueritatis inducat errorem. Et non solum sub ueri nomine, sed & ne sicut ante acceptam fidem sensu humiles uagabamur per diuersos errores, fideles facti discurremus fragiles & dubij: de spe promissa cōmonet, quia in Christiani facti fundati esse debent, quia ambiguitas in fide nostra non est: commendatur enim uirtute prodigio. ¶ Veritatem autem facientes in charitate, augeamus in ipsam omnia qui est caput Christus.) Hanc dicit esse ueritatem ut amorem Christi respicientes quo dilexit nos & tradidit se pro nobis, omnia subijciamus ei, scientes quod omnium est autor uitæ, ut quasi capiti membra subdantur. Ut si alij errore uel maleuolentia nō fatentur omnia caput habere Christum, quia ab ipso facta sunt uoluntate patris, nos tamen qui catholicæ fidei adheremus, hoc omni deuotione & cura agere debemus, ut huic fidei nō damnum asseramus, perseverantes in hac asseueratione ut comprimantur prauæ mentis colloquia, aduersus ueritatem armata. ¶ Ex quo totum corpus compactum & connexum, per omnem iuncturam subministrationis in mensuram uniuscuiusque partis incrementum corporis facit

ris facit, ad ædificationem sui in Charitate.) Qua ratione Christum caput esse omnium dixerit, docet. Ex ipso enim, inquit, omne corpus, id est omnis Chorus archangelorum & potentiarum, principum & potestatum subsistit. Quamuis enim singula hæc numeros proprios habeant, & sint legiones, ut ipse dominus dixit, quia ab uno tamen per unum sunt, simul omnia unum corpus appellat. Sicut enim membra cum sint unius corporis, diuersa tamen sunt actu & dignitate: ira & creatura condita est à deo per Christum, ut à Cherubin & Seraphin potētibus quæ sub sede dei sunt, & angelis quos ipse dominus sanctos appellat, quasi quædam concatenatio sit, usque ad firmamentum ordinata descendens, ut totum & iunctum sit & meritis tamen discernatur. Meritis dico, nō solum officiorum sed & naturarum. Nec enim quia iuncta dicit omnia, unius erunt naturæ, sed quod in corpore membra faciunt discreta officijs nō naturæ: ita & in his omnibus non membra, sed naturæ ipsæ faciunt distinctiones. Hoc est ergo quod laboratur, ut ad unum sensum redigatur creatura, & in sensu unum sit corpus dum omnium una professio est, ut concordet in charitate creatoris ad suum profectum. Reædificat enim se in templum domini, destructa enim fuerat dementia & furore diaboli. ¶ Hoc ergo dico & testor in domino, ut non ambuletis sicut & gentes ambulat in uanitate mentis suæ, obfcurati intellectu, alienati à fide dei per ignorantiam quæ est in ipsis.) Manifestato creatore & ratione offensa quam sequi debeat creatura, in fide dei duntaxat, contestatur illos in deum, ut non aliter incedant uel sentiant quàm docentur, ne similes gentilibus inueniantur, qui nec fidē recipiunt, nec conuersationem quam mandat lex: obsecrum habentes sensum, ne contemplantur diuini nominis ueritatem. Vana enim sectætes quæ sunt idololatria, infrenantur à diabolo, ne unius dei iter incedant, ut socios illos suæ perditionis efficiat. ¶ Propter ignorantiam quæ est in illis & duritiam cordis illorum, qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitijs, in operationem immundicie



immundicie omnis & auaricitie.) Gentiles futuræ resurrectionis desperatione cecitatem cordis habere significat. Quasi enim ultra non futuri uitam suam contuminant turpissima operatione, nolentes se subicere legi fidei, quia prohibet uoluptatem propter spem uitæ futuræ. Quam idcirco ridendam censent ut iure dehonefate se & aliena appetere auida cupiditate uideantur, quasi post hanc transpunctionem nulla sit uita. ¶ Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in illo edocti estis, sicut est ueritas in Iesu.) Manifestum est Christianos non desperationem post mortem hanc didicisse, sed spem ad utrumq;. Fidelibus enim uita, perfidis uero promittit mors, quæ est pœna æterna, ut siue mors siue uita in Christo discatur: quia qui eum sequitur per eum resurget ad uitam, qui uero discernit se ab eo, per eum mancipabitur gehennæ, ipso enim iudicante damnabitur. Et quoniam sunt quidam in ecclesia, qui sub nomine Christi non sequuntur Christi ueritatem, ideoq; fictus est, inquit, ueritas in Iesu, ut si ita docti sunt, ut est ueritas in Iesu, tunc Christum didicisse, & illum audisse, & in illo docti esse uideantur. Christus enim de se docet quid sit, & quantus credendus sit, & quæ spes in eo sit, & quales debeant esse credentes. Qui enim didicit Christum, scit illū à mortuis resurrexisse, ut forma esset fidelibus. Ideoq; magna spes est, pro ista morte amantibus deum. ¶ Ut exponatis secundum priorem cōuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.) Qui Christum audiuit, hoc didicit, ut recederet à cōuersatione pristina, quam ueterem hominem nuncupat propter præteritum ignorantie tempus. Homo itaq; unus atq; idem est, qui si pristina uita sequitur uetus dicitur, si autem in nouitate uitæ ambulat alienus à seculari errore, qui est siue in actu, siue in sensu, rudis dicit, non utiq; substantia carnis aut animæ, sed intellectu & cōuersatione uitæ. Corruptus tamē uetus homo dicitur propter adultere sensum & turpem uitā. ¶ Renouamini autē sensu mētis uestre & induimini nouū hoīem, q̄ secundum

quod deum creatus est in ueritate & iusticia.) Iustus & uerus est recta uiam sequi. Hic autē recta uia sequitur qui deus creatori suo in uoluntate eius ambulat: quæ gentilitas nescit. Innouat enim spiritu mētis, nouū hoīem dicitur induitus qui est Christus. Christū enim induit qui per fidem renatus in Christo, emulus est uitæ, quam tradidit Christus, ut iuxta deum creatus uideatur. In eo enim quod creatur in quo sapit: & ideo ueritas & iusticia dei à gentibus ignoratur. Cum enim credentes deum agnoscunt creatorem, seruantes mandata eius, & iusticia, & ueritate creantur. ¶ Propter quod deposito mendacito loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra.) Quia in ueritate & iusticia creati sumus renati in baptisate: Idcirco ut in eo maneamus mendacium deponere iubemur, assumpta ueritate, nec dolo aliquid cū fratre agere: ut quia unius corporis membra sumus, causis nostris in ueritate inuicem faueamus. ¶ Irascimini & nolite peccare.) Quoniam irasci quis non potest prohiberi: quippe cum ira motus sit naturalis conceptus ex causis, qui solet ad profectum pertinere delinquentis: idcirco irascendum dicit, sed cōmonet, ne per iram peccetur. Solemus enim modū egredi dum irascimur, & inuenimur ipsi peccare, qui peccantes arguimus, dum plus irascimur, & amplius oneramus peccantem quam meretur. Hoc ergo docet, ut ipsa ira cum moderatione sit, neque nimium quis iustum se præbeat delinquenti: quia solent quidam sic peccare, ut tantis plagis affici uideantur, quantas non possunt ferre, & qui poterat forte corrigi, tollitur de uita non sine peccato irascētis. Hinc est unde Salomon: Noli, inquit, iustus esse multum, quia est qui perit in suo iusto. Sed imitatores dei esse debemus qui temperatam habet iusticiam. Cum enim iustum esset plesti iniquos, parietia sua suffert eos, ut aliqui ex eis corrigantur. Nos ipsos seruos suos peccates patitur, nec cito aliquē percutit. ¶ Sol non occidat super iracundiā uestrā, neq; locū detis diabolo.) Irā trāsi re uult, nec retineri in pectore, ut die orta cū die decidat quia



quia si in animo manserit, dat occasionem diabolo gloriandi. Necessè est enim iratus animus male cogitet quod cupit diabolus. Inuenit enim mentem paratam ad malum, cui se inferens effectu suo decipit hominem factum ad uitam, quia hominis cogitare est, diaboli implere.

¶ Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.) Ut noui hominis cōuersatio maneat, hortatur ne rursus ad præterita uitia & peccata redeatur, & nihil proderit nouum dici, quando uetus homo malis operibus approbatur. Non solum ergo Christianus aliena non tollere iubetur, sed & de labore suo penuriam patientibus subministrare, ut bonis operibus deditus rependat quæ prius abstulerat, & de cætero thesaurizer sibi in futurum. Qui enim cessat à furto, ueniam potest habere non gloriam. Quid enim magnum aut cuius meriti est ab alienis temperare? Ad meritum enim proficit cum quis de proprio tribuit egenis.

¶ Omnis sermo malus de ore uestro nõ procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.) In dei seruo omnia debent bona uideri, nec ex alia parte puritas eius debet maculari. Quid enim prodest mundam uitã habere & os sordidum, cum dicat dominus, quod unusquisque uerbis suis aut iustificabitur, aut condemnabitur. Nec credibile potest uideri bene uiuere eum qui male loquatur. Male enim loqui ad multa trahit uitia. Poteest enim male loqui qui turpiter fatetur, & qui bonis detrahit, & qui cum dolo fabulatur, & qui mentitur, hæc errorem præstât. Bonæ enim & sobriæ fabulæ dant gratum exemplum audientibus, ut honorificent deum in uerbis eius ædificari in fide Christi. ¶ Et nolite contristare spiritum sanctum dei in quo signati estis in die redemptionis.) Cum bene agimus, gaudet in nobis spiritus sanctus datus nobis, uidens monita sua proficere utilitatibus nostris, sicut dictum est à domino: Ita gaudium erit in celo in uno peccatore penitentia agente. Gaudet ergo spiritus sanctus in salute nostra, nõ sibi

Math. 12

Luce. 13

qui non indiget læticia, ita e contrario si obediẽtes ei nõ fuerimus contristatur, quia non habet profectum in nobis. Vult enim nos pertinere ad uitam, non tamen sic contristatur ut patiat, quippe cum impassibilis sit. Sed est eum contristatum dici, nosiri causa hoc significat, quia deserit nos eo quod læserimus eum contemendo monita eius. Contristatio itaq; eius, indignitas nosira est, quæ filios nos dei prohibet appellari. Ipse est enim spiritus sanctus qui significat filios dei, manens in nobis. ¶ Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia, auferatur à uobis, cum omni malicia.) Omnia hæc quæ perniciem possunt præstare animis amouenda memorat. Per iram enim fit indignatio, per indignationem clamor, quasi uox infantiẽtis, quæ aliena est à dei seruo. Per clamorem surrepit blasphemia, quæ non potest non mala esse, hæc amarum præstât uitã trahens ad mortem. Ideoq; ab his omnibus cauendum. Timor enim dei temperare debet & modum imponere accidentibus causis. Sed quia possunt aliqui presia in animo ira & clamore retinere maliciam ad retributionem nastã occasione idcirco subiecit hæc auferri cum omni malicia, quia non solum blasphemare malicia est: uerum etiam fingere pacem & in faciem, & in animo meditari discordiã. ¶ Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes uobis sicut & deus in Christo donauit uobis.) Exemplo dei patris benignos & misericordes inuicem fieri exhortatur. Sicut & dominus: Estote, inquit, misericordes, ut similes sitis patris uestri qui in cælis est. Si enim deus per filium suum seruorum miserus est, quanto magis serui ipsi inuicem sui debeant misereri & donare si alter in alterum peccet? Hæc præcepta eius sunt, qui miseratus est, qui si in his contemptus fuerit, sine dubio reuocabit sententiam per quam misericordiam dederat, & ira euenit ut sicut ait dominus in euangelio de eo qui accipiens à domino misericordiam, in conferuum suum impius deprehensus est.

Luce. 6

CAPVT V.

Ec

Estote



EStote imitatores dei, sicut filij charissimi.) Hoc est, quod supra dixit, quia dei patris imitatores esse iubemur, hac exhortatione, ut si obaudierim⁹, filij dei & charissimi habeamur. Hic enim charissimus patris est filius, qui bonorum eius imitator est. ¶ Et ambulate in dilectione sicut Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis hostiam & oblationem deo in odorem suauitatis. Sicut dei patris imitatores nos esse uult in benignitate & misericordia, ita & Christi filij eius in dilectione, ut sicut ille dilexit nos tradens se pro nobis, ita & nos inuicem pro nobis etiam animas ponere debeamus. Quod etiam Ioannes apostolus dixit, exemplo domini pro fratribus animas ponendas. Si ergo Christi mors in odorem suauitatis est deo, mortem eius libenter accipit. Quod si uerum est, non peccauerunt qui illum secundum dei uoluntatem crucifixerunt. Sed non ita est, quia Christus deo dicit se obrulisse dum occidi se passus est, in dei patris sui uoluntate perdurans, quia qui iuste occiditur diabolo se offerens, uoluntatem eius facit ut occidi mereatur. Ita & Christus dum dei uoluntati adheret diabolo displicuit, & ideo illum occidit, quia deo se obtulit iusticiam exequendo. In oblatione enim iusticia signatur & ueritas. Hanc enim respicit deus, & hoc est eius sacrificium acceptum. Itaque immeritus qui occiditur placet deo, non quia occiditur sed quia usque ad mortem iusticiam, conseruauit. Suscepit enim hanc mortem deus Christus ad uitam, unde & odor suauitatis appellatur deo. Ad Romanos tamen dicit: Quia deus illum tradidit pro nobis omnibus: Nunc querendum est, quomodo deus tradidit illum, aut quomodo se ipse obtulit deo. Nam hoc quantum ad uerba pertinet uidetur contrarium. Deus illum tradidisse dicitur, dum illum occidi permisit, sicut dicit dominus ad Pilatum: Non haberes aduersum me potestatem, nisi data tibi esset desuper. Data est enim, sed non nolenti potestas, hoc est, permillum est illi facere quod uoluit, & hoc est tradere

Rom. 8

Ioan. 19

tradere, Dā em̄ dissimulat tradit. Si enim nolisset permittere, non fuisset occisus. Permisit ergo occidi eum sed ab his qui cum uolebant, nō coacti sed sponte occidere. Nō ergo immunes a pœna sunt, quia hoc eis permillum est quod uolebant. Damnatio enim in eo competit, quia uoluerunt. Quod ideo tamen permisit deus, quia scit istud aduersum diabolum futurum pro multis. Dignum enim fuit ut quod inimicus impius futurorum contra se, quasi pro se facere putabat, permitteretur ei, ut pœnitentiam suam sibi impurans facti sui pœnitentia torqueret. Quod autem Christus ipse se obtulit aut deus illum tradidit unū est, quia amboꝝ una uoluntas est. ¶ Fornicatio autem & omnis immundicia aut auaricia, nec nominetur inter uos sicut decet sanctos. Manifestata sunt que dicit: Quam tamen grauis res sit auaricia, a qua dissimulamur, quando fornicationi & immundicie cōparatur, & sic a nobis uideretur quasi quædam culpa nullius momenti cum sit graue peccatum. Sancti ergo esse nō possunt in quibus aliquid horum quæ prohibet fuerit repertum. ¶ Aut turpitude aut stultiloquium aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarū actio. Quonia quidam solent aliquid turpe agere, aut stultiloquiis iocum mouere quasi non sit peccatum, hoc prohibet, quia dei serui semper sobrii & modesti debent uideri. Per stultiloquia enim peccatur. Vnde Salomon: Stultus inquit per risum agit mala. Et dominus in euāgelio dicit: Quia omne uerbum ociosum quod locuti fuerint homines reddent de eo rationem in die iudicii. Nec inulta possunt discerni que idcirco dicuntur, ut ad alicuius pertineant contumeliam, ideo ad rem saluare nō pertinent hæc. Quare hæc agenda & loquenda monet, quæ ad utilitate proficiat nostram & dei laudem, in cuius lege meditandum est die ac nocte, sicut scriptum est in psalmo primo. Ex conuersatione enim & moribus dei serui etiam tacentes intelligēdi sunt, ut quantum distat uerum a falso, tantū distent dei serui a seruis diaboli. ¶ Hoc em̄ scitote quod omnis fornicator aut immundus aut auarus quod est id

Prouer. 1.
Matth. 1

Ec 2 idolola



COMMENT. D. AMBRO.

idololatria non habet hereditatem in regno dei & Christi. Quia causa amouenda sunt hæc ostendit, quia qui talis fuerit, partem in regno cælorum non habebit, quod est patris & filij. Ut auariciam tamen rem periculosam esse doceret, idololatriam hæc nuncupat, quia nullum peccatum maius est. Videamus ergo cur auaricia idololatria dicatur. Idololatria dei honorificentiam usurpat & ueniat creaturæ, cum in nomine diuinitatis quod soli conditori competit, participem illi asserit eius factuam. Auaricia autem idcirco huic exæquata est, quia similiter ea quæ dei sunt sibi usurpat & recedit auarus, ut que uisibus omnium cõcessit communiter, auaricia denegat, quando idcirco hæc congregat apud se ne alij utantur. Quæ res facit ut carè uenundent, ne pauperes uiuant. Si enim minime reconderentur, abundantia omnium refaceret utilitatem. Denique apud ueteres, quia auaritia nõ erat nec caritas. Recte idololatriæ comparata est, quia multos lædit, creatori similiter inimica. Vult enim deus ac iubet de his quæ creauit subueniri pauperibus, auaricia contradicit. Vide an sine diabolo possit esse. ¶ Nemo uos seducat inanibus uerbis. Propterea enim uenit ira dei in filios diffidetiæ. Nolite ergo effici participes eorum. ¶ Inanes sermones uani sunt, uanitas autem idolorum cultura est, quæ utiq; non ex æquo initium habet sed de errore. Docet ergo ne horum uerbis assensus præbeatur. Perfrepunt enim semper & seductione quadam fallaciæ contra fidem, cõsuetudinem antiquitatis obtendunt, rationem præsentium non spem futurorum asserendam iudicantes. Ideo uenit super hos uindicta de cælis, ut sciant uerum esse quod credere noluerunt. A qua uanitate dei seruos lõge docet debere discretos esse, ne participes fiant pœnæ illorum. ¶ Fuitis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. ¶ Tenebræ ignorantie sunt, quia nemo uidet in tenebris. Ignorantia uero gentilitas est siue perfidia à qua dei gratia ad fidem tracti sunt, facti lux, id est ueritas, quia in luce manifestantur quæ sunt. Denique pagani in tenebris mystica sua celebrantes in spe-

lgo

IN EPIST. ADEPHES. 437

lgo uelatis oculis illuduntur. Ex his Christiani facti cognita ueritate, filij lucis dicuntur, quia deus lux est, cuius fidem in ueritate suscipiunt. ¶ Ut filij lucis ambulate. Nam fructus lucis in omni bonitate & iusticia & ueritate est. Hoc dicit ut sic conuersentur ut non immerito filij lucis dicantur. Opera enim lucis palam sine timore fiunt, tenebræ autem opera in occulto, quia illicita sunt omne enim peccatum palam fieri timet. ¶ Probate quid sit quod placet deo. Ex magnificentia sanctitatis & bonitatis perpendi potest, quibus deus operibus delectetur. Ipse enim dixit: Sancti estote, sicut & ego sanctus sum, dominus deus uester. Et dominus: Estote, ait, misericordes, sicut & pater uester. Hæc placet deo. In sanctitate enim purificatio, in misericordia uero plena & perfecta iusticia est. ¶ Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. ¶ Monet ne malorum actibus per consensum polluamur, qui sunt infructuosi erga bonum & quæstiuosi ad malum. ¶ Magis autem & obiurgate quæ in occulto ab eis fiunt, turpe est etiam iam dicere. Non solum alienos uult eos esse à malis actibus, sed & arguere mala facta eorum qui in occulto turpiter operantur: Tunc enim probantur peccata si non arguantur, ut admirentur filios lucis à quibus cum iuste arguantur cõtradicere non poterant, sed magis eos reuerbuntur. ¶ Omnia autem cum obiurgantur manifestantur. Verum est, quia tunc uidentur peccata cum obiurgantur, quia quæ peccat quandiu non corripitur, minime sibi uidetur peccare. ¶ Omne enim quod manifestatur lux est. In manifesto ambiguitas non est, neque excusari potes quod palam delictum est. Sicut enim apparense sole diem esse negari iam non potest, ita & manifestato peccato obiurgatio falsa uideri. ¶ Et exurge de mortuis & cõtinges Christum. ¶ Dormitionem hanc, stuporem mentis significat, quæ alienatur à uero. Alienatio uero hæc species mortise est. Ex qua resurgere commonetur, ut respiscens agnoscat ueritatē quæ est Christus. Per fidem ergo & uitiosum demersi in cœnum sub desperatione uitæ, ut resurgant, siue

Leuit. 19.
Luca. 9

Ec 3 cmar



COMMENT. D. AMBRO.

emergant admonentur & habeant partem cum Christo ut de tenebris transcant ad lucem & à morte ad uitam. Videte ergo quomodo caute ambuletis, nō ut insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus quoniā dies mali sunt.) Quoniam superius perfidiam & uita uitā à dei seruis arguenda mandauit, nunc ut prudenter ea ipsa arguantur propter scādalum subiecit, ut inter perfidos cū prudentia conuersandum sit, maxime tempore quo perfidi regnant præsumentes rege prophano, ut si uideri Christianus inquietum & iracūndum contradictorē distimulet ab eo, ne cum quidem incitet ad blasphemiam & tempestarem mouēdam: Illic autem uerba faciat, ubi datur facultas. Quemadmodum enim inter potentes perfidos interrogatus quid sit, tacere nō debet, nec negare quod est, ita & si metus est inter eos disputare dissimulādū est quippe cū detri mentū sit seminare supra spinas. Hoc est enim prudētis scire quē admodū unicuique rīdeat. Est em̄ qui quāuis p̄fidus sit, nō tamen penitus intractabilis est, ut nec audire se patiat uerba fidei. Est itē in quo sic feruet zelus perfidiā, ut nō tantū nō cū illo sed nec præsente illo tractet de fide, perstrepenē em̄ illo & blasphemāte multis sit scandalū. Vnde Paulus & Barnabas cū aduersum se blasphemantes audirent, excutientes uestimenta sua recesserunt ab eis. ¶ Ideo nolite effici imprudentes, sed intelligentes quā est uoluntas domini.) Dis Iesus paci studendū monet. Et uas electionis: Si potest, inquit, fieri quod ex uobis est cū omnibus pacem habentes. Et ad Timotheū: Seruum ait dñi, nō oportet litigare, sed mansuetū esse ad omnes. Hęc est uoluntas dñi, ut quę agenda sunt à seruis eius, cum modestia agātur. Perturbatio em̄ & strepitus siue contentio cū animositate inimicitia generat. Hęc ergo propter superiora subdidit, in quibus uult dei seruos corripere delicta hominum peccatorū, ut quia per hoc solet oriri dissensio & rixa, cū temperantia & mansuetudine arguunt peccatores, ne ad iracundiam prouocati insiliant ad litem. Ideoq; prudenter istud curandū monet, ut sit profectus, ¶ Et nolite inebriari uino

Rom. 12
1. Timo. 3

IN EPIST. AD EPHE S. 439

in quo est luxuria.) Sobrii possunt habere fiduciam arguendi. Bona enim conuersatio terrorem incutit delinquenti, nec poterit qui arguitur asperere ferre, quia reprehenditur, quando scit optimam conuersationem monētes se. Nam ubi ebrietas & luxuria est, luxuria prouocat turpitudinem. Quamobrem sobrios eos esse conuenit, ut bonę conuersationis iura seruentur. ¶ Sed impleamini spiritu loquentes uobis in psalmis & hymnis & canticis cantantes & psallentes in cordibus uersis deo.) Ratio nabilem uitam diligit spiritus sanctus, quia si bene uiuimus, implebimur eo, ut memorat, ad confitendum & extollēdum dei donum, diuerso uocis canore, ut laus in deum om̄i lingua canatur. In quo enim est spiritus, semper spiritalia meditatur, ut non in labijs tantum sit, sed de corde prorumpat, propter uetus dictum domini per prophetam. Ait enim: Plebs hęc labijs me honorat, cor autem eorum lōge est à me. ¶ Gratias agentes semper pro om̄ibus in nomine domini Iesu Christi patri & deo subiecti inuicem in timore Christi.) Deo gratias in om̄ibus donis eius agere iubemur, qui etiā adoptare dignatus nos est per Christum filium proprium per quem cognouimus eum, & didicimus in spiritu deum, quia deus spiritus est, ad orandum, alter alteri se subiciēs propter timorem Christi, qui humilitatem exequendam mandauit. ¶ Mulieres uiris suis subditę sicut, sicut domino, quoniam uir caput est mulieris, sicut & Christus est caput ecclesię, ipse saluator corporis. Sed ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres uiris suis in omnibus.) Mulieres subditę esse uiris naturali lege iubentur, quia mulieris auctor uir est. Vnde sicut domino, inquit, ita uiris subditę esse debent. Hinc Sara dominum uocabat Abraam. Sicut enim caput ecclesię Christus est, ita & uir mulieris. A Christo enim ecclesia sumpsit initium, unde subiecta est illi, ita & à uiro mulier ut sit subdita. In eo tamen distat, quia mulier consubstantia uiro est, ecclesia autem in nomine potest non in natura participari Christo. ¶ Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam

Esa. 29

Ioan. 4

Ec 4 ecclesiam



ecclesiam & semetipsum tradidit pro illa, ut eam sanctificaret mundans lauacro aquæ in uerbo, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi ut sit sancta & immaculata, ita & uiri debent diligere uxores suas. Mulieres humiles esse iubentur, & reuerentiam habere uirorum. Viri uero ita diligere mulieres suas admonentur, ut etiam animas suas pro illis ponant, causa dilectionis zelum habentes circa affectum earum & disciplinam ut religiose & sanctæ sint. ¶ Suum corpus diligit qui uxorem suam diligit. Naturali ratione mulier portio corporis uiri est, ac per hoc uir in muliere se ipsum diligit, quoniam si fornicetur in se ipsum peccat, quia duo in carne una sunt. **Gen. 2.** Non ergo personæ substantiam diuidunt, ut per personas numerus fiat naturæ, sed sunt in unitate naturæ. ¶ Ne enim unquam carnem suam odit, sed nutrit & fouet eam, sicut Christus ecclesiam. Exemplo saluatoris, uiros uxores suas diligere hortatur, sicut Christus corpus nutrit & fouet, ita & uir mulierem, quia caro eius est. ¶ Quoniam membra sumus corporis eius, & de carne ipsius & de ossibus eius. Hoc spiritualiter intelligendum est. In eo enim dixit nos esse membra eius quia caput est ipse totius ecclesie, ut quia per ipsum esse cepimus caput nostrum dicatur, quasi ex eo omne corpus subsistat, ut membra eius omnis spiritalis creatura sit, si tamen in nomine eius genu seclat. ¶ Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Ad unitatem commendandam unitatis dedit exemplum, ut sicut uir & mulier unum sunt per naturam, ita & Christus & ecclesia unum intelligantur esse per fidem. ¶ Mysterium hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Mysterium sacramentum grande, in unitate uiri ac femine esse significat. Nec hoc prodit sed aliam causam quæ non discordet à memorato mysterio flagrat, quam scit ad profectum humani generis pertinere, hoc est, ecclesie & saluatoris, ut sicut relictis parentibus homo uxori suæ adhæret, ita & relicto omni errore ecclesia

si adhæreat & subiiciatur capiti suo quod est Christus: ¶ Veritatem & uos singuli unusquisque suam uxorem ut se diligit, mulier autem ut timeat uirum. Quoniam una natura in uiro & femina est, idcirco uir quasi seipsum ita mulierem diligere comonetur: mulier autem quia persona inferior est conditionis causa non naturæ, uiro subiecta, timere eum iubetur.

CAPVT VI.

FILII obaudite parentibus uestris, hoc enim iustum est: Honora patrem tuum & matrem. Exod. 20 Lex datur filiis, ut quia parentibus autoribus constant obediant eis. Iustum est enim ut reuerentiam exhibeant eis, per quos sunt. ¶ Quod est mandatum primum promissionis ut bene sit tibi & sis longæuus super terram. Promissio hæc in Exodo continetur, ut honorifici sint parentes & bene essent & prouectiores fierent ætatis. Quomodo tamen hoc primum mandatum dixit, cum constet primum mandatum ita contineri: Non sint tibi alij dii præter me. Deinde: Non facies tibi similitudinem ullam quæ sunt in caelo sursum, & in terra deorsum. Tertium: Non sumes nomen domini dei tui inuani. Quartum: Obseruabis, inquit sabbata mea. Quintum autem: Honora patrem & matrem & cætera. Sed quia prima quatuor mandata ad deum pertinent, hæc in prima tabula contineri subintel ligitur. Cætera ad hominem, ut honoret patres, non occidat, non fornicetur, non furetur, non falsum testimonium dicat, neque quicquam proximi sui concupiscat. Hæc sex mandata in secunda tabula uidentur scripta, quorum primum est, honora patrem & matrem. Hac causa ergo dixit, quod est mandatum primum in promissione, ut discerneret inter mandata quæ ad deum & inter ea quæ ad hominem pertinent. ¶ Et patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina & correptione domini. Ut lex possit seruari qua cautum est, ut filij honorificent parentes, patribus quoque alia lex ab apostolo datur, ut sic imbuant filios, ne mandata



legis contemnant, quia si in timore domini fuerint emul-
triti, poterunt obseruare quæ præcepta sunt. Nam si ad
aræm prouocât filios, nec ipsi modum legis custodiunt.
Cogere enim eos uident, ut præuaticatores inueniatur.
In ira enim nemo agnoscit quid sit utile: idcirco temper-
antiam parentû exemplo debent addiscere, ut quæ uiti-
lia sunt secentur. Meminisse enim debent patres, quia &
ipsi fuerunt filij, & noluerunt utiq; exacerbari à patribus.
Filij quoq; cognoscere debêt quod futuri sunt patres, &
nolunt inhonorari ab eis. Idcirco utriq; exhibeant inuit-
cè quod exquirunt ad inuicè. ¶ Serui obedite dñs carnali-
bus cū timore & tremore, in simplicitate cordis uestri si-
cut Christo. ¶ Quoniã omnî sublimior & sola potens est
religio nostra, & quæ credētibus celoꝝ regna pollicet.
Ne hac igitur causa superbia nasceretur hominibus, oēs
debita conditionû & officioꝝ præsentium iubetur exor-
luere, ut & magis incitant perfidos; animos ad culturã
dei, quã uident & iustã & humilè: Vident enim deû meli-
orasse seruos, & in reddēdis obsequijs fideliter profecisse.
Serui quoq; dū cenunt mansuetudinē dominorû, omni-
uiditate concupiscunt fidem, cuius tam placidis retina-
culis gubernat humana officia. Nam & qui in conditiõe
est, si habuerit famulû non uult contēni ab eo, ideoq; nec
ipse debet contēnere dñm suû, & sicut uult agere secû, ita
& ipse agere debet cum seruo suo, & sic poterit placere
deo. ¶ Non ad oculum seruientes quasi hominibus pla-
centes, facientes uoluntatem dei ex animo cum benigni-
tate seruientes domino & nõ hominibus, scientes quod
unusquisq; quodcumq; fecerit bonum hoc consequetur à
domino siue seruus siue liber. ¶ Propter timorē dei iusta
& fidelia uult hominibus exhiberi seruitia. Deo enim ser-
uit cuius iura in obsequijs domini carnalis custodit, quē
sibi pro iustis actibus in die iudicij uicem reddere & care-
ris omnibus audit testari. Quæ res potest proficere etiã
ad salutem dominorum. Vidētes enim, quod difficile est,
seruos dei per gratiã factos fideles ministros, poterunt
dei gloriã collaudare. ¶ Et uos dñi cadē facite ad illos
dimittentes

dimittentes minas, scientes quod & uester & illorum do-
minus est in cælis, & personarum non est acceptio apud
deum. ¶ Non ignorātes utiq; carnales domini, deû omni-
um dominû esse cõmuncem, talia exigant seruitia, qualia
à se exigì non ferāt ægre. In qua enim quis mensura mē-
surauerit, metiet illi, dñs em iustus iudex, causas discer-
nit non personas. ¶ De cætero confortamini in dño & in
potentia uirtutis eius. ¶ Post omnia merita & hortamen-
ta & disciplinæ ordinem traditum religiose, & dispositi-
onem mysterij manifestam, robustos illos uult esse in fi-
de, fiducia potestatis dei, ut scientes firmam esse spem
promissionis, prompti sint circa obsequia dei, erigentes
gubernacula cõtra fluctus excitos impudentia inuinci.
Tempestatem enim dei seruis cõmouet, sed ipse naufragi-
um facit. ¶ Iudicimini uos armis dei, ut possitis stare
aduersum nationes. ¶ Arma dei fides est stabilis, per quã
solam semper uictus est satanas. ¶ Quoniã non est uobis
colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus
principatus & potestates huius mundi, tenebrarum ha-
rũ rectores, aduersus spiritalia nequicia in cælestibus. ¶
Certus apostolus quia exitia quæ à perfidis dei famulis
irrogantur, autore diabolo ministratur, cuius altitudo
grandis & hominibus impossibilis est, monet aduersus
hæc arma dei sumenda, cuius solius uirtute superantur
& destruuntur omnia machinamenta eius. Ipse est enim
cuius satellites sunt, quos tenebrarum harum dicit
rectores spiritus nequissimi qui degunt in cælestibus in
firmamento mundi. Hi sunt erroris duces, tenebra-
rum rectores, hoc est, ignorantia & perfidia præposi-
ti. Rectores enim tenebrarum in peruersum intelli-
gendi sunt, gubernare quasi incredulitatis magistri.
¶ Ideo accipite unuersitatem armorum, ut possitis res-
sistere malo, & in omnibus perfecti stare, succincti lum-
bos uestros uestros in ueritate, & induti lorica m fidei
& calciati pedes in præparatione euangelij pacis: Super
his omnibus assumētes scutum fidei in quo poteritis omnia
etela maligni ignita extinguere, & galeã salutis & gladiũ
spiritus

Matth. 7



Spiritus quod est uerbum dei. Quoniam contra atrocissimos hostes & omni tergiuersatione callidos bellum gerimus, idcirco omni cautela & sollicitudine uigilare debemus, ut quacunq; tentauerint munitos nos & preparatos inueniant. Necessè est enim ut & deus adiuuet, quos uiderit in præcibus uigilare, & de armis eius expectare uictoriam. In huiusmodi autem bello sobria mète opus est, & pura conscientia, quia non contra carnalia nequicia, sed aduersus spiritalia dimicatur. Cõtra terrigenos enim hostes corpus sagina roboratur, & poculis mens incitatur, ut repugnandi sumat audaciam, Aduersus spiritalia enim nequicia, spiritaliter repugnandum est, & sobrietatis & abstinentiæ arma sumenda sunt, ut inuisi sancto spiritu immundos & erraticos spiritus deuincamus. Sic itaq; succingemus lumbos nostros in ueritate, si parati sumus errori resistere. Omnis enim qui operari uult succingit se, ut ablato impedimento diligentius operetur. ¶ Per omnem orationem & precem orantes in omni tempore in spiritu, & in ipsum uigilantes, in omni perseverantia & obsecratione pro omnibus sanctis & pro me, ut detur mihi sermo in adaperitionem oris mei, exerte notum facere mysterium pro quo legationem fungor in catena, ut in ipso exerta libertate utar prout oportet me loqui.) Si recte cõuerseremur, spiritus sanctus manet in nobis, & quod postulamus possumus impetrare. Hoc est ergo in spiritu semper orare, munda conscientia & si de integra precem ad deum dirigere. In carne enim orat q polluta mente precatur iterum peccaturus, non de euenitu aut subreptione sed de proposito. Sed potest non peccari ad mortem, si perseveranter oretur ut animus sedula mente intentus sit semper in dei legè, ea meditans die noctuq; quæ amat deus, tunc & pro sanctis possunt orare. Non est enim indignum ut pro inuicem sollicita sint membra, nec temerarium poterit uideri si pro magistro discipuli idonei interpellent, adiuuantes eum ut postpositis impedimentis libertate utatur ad prædicandum, si eut traditum est ab autore, ne presius ui tribulationum, ipsa

ipsa formidine acumen doctrinæ obtundat, amissa seueritate. Duplici igitur genere pro se orandum hortatur, ut & sensus eius impleat spiritu ad eloquendum plene mysterium, & facultas illi detur audaciæ in asserendo, quæ utiq; precè libèter audit deus. Videt enim legationem suam in Apostolo despici, unde utiq; indignatus in causa sua nõ negabit effectum. Si enim cõsuetudo & lex est, legatis hoim non inferre exitia, quæ præsumptione & audacia legatis dei nõ soliti exitia sed & mors irrogatur? quare & dicit: Pro quo legationem fungor in catena. Non enim permittebas libere loq, sed in subiectione & necessitate uerba dei referens, unculis, plagis subiciebas & mortibus: Et lapsus datus est enim, & ad bestias pugnaui Ephesi. ¶ Ut autem sciatis & uos ea quæ circa me sunt quid agam, plene notum faciet uobis Tychicus dilectus frater & fidelis minister in domino, quem misi ad uos in hoc ipsum ut cognoscat qua circa uos sunt, & cõsoleatur corda uestra. ¶ Per Tychicum Ephesi discunt quid agat apostolus, & idem cognoscit quod ageret Ephesi. De Apostolo, quia diuina erant quæ agebat dubium non erat, sed hoc sciendum erat de eo quod ageret inter perfidos & insidias eorum. ¶ De Ephesiis uero hoc cognoscendum si proficeret nec ne. Ut ergo obediret & libenter audirent uerba Tychici hunc cõmedat, & fratrem istum dilectissimum uocans & ministrum dei idoneum. ¶ Pax fratribus & charitas cum fide à deo patre & domino Iesu Christo. ¶ Pacè quæ est ianua dilectionis, optat esse cum fratribus & charitatè cum fide, ut ingressi per pacem possint manere in charitate, quæ ex fide. Hæc est enim dei patris & filij eius domus nostri Iesu Christi. ¶ Gracia cum omnibus qui diligunt dominum nostrum Iesum Christum in incorruptio ne. ¶ Præscius Apostolus multos futuros desperatæ fidei sensum habentes de domino nostro Iesu Christo, cum his æternam gratiam dicit mensuram qui diligunt Christum, recte de illo & cum dei patris uoluntate sentientes. ¶ Qui enim degenerem hunc dicunt data illis gratia auferetur.



DIVI AM

BROSII MEDIOLANENSIS EPISCO-
pi commentarij in epistolam beati Pauli
ad Philippenſes

PRAEFATIO.

Philippenſibus uerbū fidei apostolus tradidit. Som-
nio enim monitus est sicut continetur in actis apo-
stolorū, ut accederet ad eos & aperiret aures eorū
ad recipiendum sermonem dei. Multis ergo diebus con-
moratus apud eos, infiruxit eos doctrina domini, & ga-
post discessum eius nō sunt translati ad aliud scilicet & Ga-
latae, sed permanserunt in fide non recipientes pseudo-
apostolos, per epistolam laudat eos, gaudens in propo-
sito cordis eorum. In laude enim horum aliorum utique
ratio continetur. Corinthij enim multo tempore audi-
entes apostolum, recedente eo à diuersis, pseudoaposto-
lis fuerant euerſi, unde isti iure laudantur.

CAPVT I.

PAULVS & Timotheus serui Iesu Christi.)
Apostolum se tacet, quia his scribit qui de
illo recte sentiant, ideo dignitatem suam
supprimat. Erat enim his manifesta. Condi-
tionem uero fatetur, quia qui Christum cō-
fiteatur dominum, hic liber est & habet salu-
tem. ¶ Omnibus sanctis in Christo Iesu.) Sanctis scribit
more suo, sed q̄ in Christo Iesu sancti sunt, id est qui deū
& hominem Christum fatentur. Fotinus enim Christus
negat, & deum Manichæus hominem, ideoq; immundū
sunt. Non ergo his scribit, qui mendacijs proprijs supprī-
munt ueritatem. ¶ Qui sunt Philippis.) Quibus scri-
bat significat. ¶ Cum episcopis & diaconibus.) Hoc est
cum Paulo & Timotheo qui utiq; episcopi erant, simul
& significauit & diaconos qui ministrabant eis. Ad pie-
tatem

IN EPIST. AD PHILIP. 44

tem enim scribit. Nam si episcopis scriberet, & diaconi-
bus, ad personas eorum scriberet, & loci ipsius episcopo
scribendum erat, non duobus uel tribus, sicut & ad Ti-
tum & Timotheum. ¶ Gratia uobis & pax à deo patre
nostro, & domino Iesu Christo.) Manifestum est deum
patrem esse: Christum uero Iesum dominum nostrum.
Nunquid nō uidetur plus deum esse quā patrem? Sed
inter homines in mundo, apud deum uero patrem, &
apud Christum dominum concordia est. Hic enim, hoc
est in mundo ideo plus est dominus quā pater, ga aut
& ipsius patris dominus est, aut pater filium non suū cō-
ditioni generat sed alienā. Deus autem sic genuit ut in
potestate eius sint quos genuit, ut nati ingenui, serui tñ
eius sint, cū hos tradit, proprio filio reddet illos etiā seruos
filio suo, ut sit dñs eorū: sicut dicit, Pater q̄s dedisti mihi
tui erāt & mihi eos dedisti, ut i patre & filio serui sint dei
unius. ¶ Ego quidē gratias ago dño super omni memoria
uestra, semper in omni oratione mea pro omnibus uobis,
cum gaudio orationem faciens super communicatione
uestra in euangelio.) Primum quidem domino gratias
agit, cuius uirtu prospera omnia cedūt fidelibus, in omni
oratione sua memoret eorum cum exultatione, quod par-
ticipes facti sint euāgelij, sicut dicit Petrus apostolus, in-
ter cætera dicens: Ut sitis inquit consortes diuinæ natu-
ræ. ¶ A prima die usq; nunc.) Præuidit enim aposto-
lus deuotionem illorum & fidem ratam ex ipsijs princi-
pijs, & gauisus est in eis semper sciens multis exemplo si-
tuos. ¶ Confidens in hoc ipsum quod qui inchoauit
opus bonum perficiet usq; ad diem Christi Iesu, sicut est
iustum mihi hoc sentire pro omnibus uobis, eo quod ha-
beam uos in corde tam in uinculis meis quā in defen-
sione & confirmatione euāgelij, quoniam omnes mihi
participes gaudij cētis.) Securus de bonitate & iusticia
dei, & de horum fide non ambigens, confidit quod dei
auxilijs adiuti, perseveraturi sint in fide usq; ad diem do-
mini in quo renumerandi sint persistentes in fide. Nec
aliud debuit de his sentire quos semper inflexibiles in
deuotione

Ioan. 17

1. Petri. 1



COMMENT. D. AMBRO.

deuotione dei expertus est, tam directum & infatigabilem cursum eorum uidens, ut cogitaret dignos hos sibi participes gaudij esse. Vnius enim fidei homines cōgaudere oportet de spe futuræ immortalitatis & gloriæ. ¶ Testis enim mihi est deus, quemadmodū desiderem omnes uos in uisceribus Christi Iesu.) Deum testatur, ut affectū commendat iusti. Qui enim multum de aliquo sentit, ut credibile hoc faciat testificat, per quod & prouocat desiderium illoꝝ erga se, ut desiderari desiderent. Desiderat ergo oēs hos, nō humana cupiditate, sed in amore Christi, non carnis affectu sed spiritus, ut participes hos habeat, & in sensum mysterij diuinitatis & incarnationis domini Iesu Christi. ¶ Et hoc oro ut charitatis uestra magis magisq; abundet in agnitione & omni sensu, in hoc ut probetis quæ sunt utilia, ut sitis synceri & inoffensi in diem Christi, repleti fructu iusticiæ per Christum Iesum in gloriam & laudem dei.) Deo adiutore ordinem disciplinæ Christianæ uult eos imbueri, ut quia firmati in fide sunt, non sint nescij sacramenti credulitatis suæ, & scientes discernere utilia à contrarijs, iusticiæ operibus ornent doctrinam domini, fructum facientes immortalitatis ad abundantiam omnium bonorum, ut gloriosus in his appareat magister gentium. ¶ Scire autem uos uolo fratres quod quæ ad me attinent magis in profectum euāgelij uenerunt, ita ut uincula mea manifesta in Christo facta sint in omni prætorio, & ceteris omnibus, & plures ex fratribus in dño confidentes, uinculis meis cōperunt magis audere sine timore uerbum dei loqui. Alij quidem & propter inuidiam & contentionem, quidam uero propter bonam uoluntatem Christum prædicant. Alij quidem ex charitate, scientes quod in defensionem euāgelij positus sum. Aliqui uero ex contentione Christum annunciant, non simpliciter, existimantes qd pressuram suscitant uinculis meis.) Hæc explanatione non indigent, tamē propter sollicitudinem nostram ne qua in dubium uentant per ordinem apertius prosequamur. Quoniā superius participes hos gaudij sui pronunciauit

IN EPIST. AD PHILIP. 449

tiauit, ideo quid profecerit prædicatio ei⁹ insinuat quasi charis, ita ut oibus innotuerint passionibus eius pro Christo. Per hanc humilitatem gloriosum se indicat, ut habeat occasionem gaudendi amatores eius, quia cuius uincula in Christo manifestantur dignitas eius crebrescit. In omni prætorio & in ceteris oibus, id ē, in omni Iudaismo & per uniuersas ecclesias gentium. Præest enim Iudaismus, quia ipsi facta promissio est, sicut dicit dominus: Quia salus ex Iudeis est. Ideoq; plures ex fratribus exem Ioan. 4plam suam secutos, aulos dicit fuisse loqui uerbum dei cum fiducia. Constantia enim eius multos animauit, ut non timerent euangelizare cōperto exemplo apostoli, quod deus est, ut tueatur diligentes se, sed & alios falsos fratres, non fiducia neq; dilectione dei, sed contentione zelus incitatos, dei uerbum dicit prædicare quasi inuidos. Plures ergo ex fratribus syncera quidem, sed diuersa uoluntate Christum annuntiabant. Alij enim bona uoluntate hoc agebant ad gloriam dei solius. Alij uero charitate incitati apostoli, certi de tuitione dei. Sic iterū contra alia duo genera ponit, quæ non syncero animo prædicabant. Quidam enim inuidetes apostolo contentione hoc agebant, alij uero astutia simulationis Christum annūciabāt, ut possint seditiones excitare apostolo, quasi auctori huius sectæ, qui multos aggregauerat suæ conspirationi. Maior enim inuidia crescebat apostolo quando ex latere eius multi uidebātur docere. ¶ Quid enim? Dū tamen omni modo, siue occasione, siue ueritate Christus annuncietur, & in hoc gaudio, sed & gaudebo: scio enim quod hoc mihi procedit ad salutē per uestram precem & subministrationem spiritus Iesu Christi, secundū contemplationem & spem meam: quia in nullo confundar, sed in omni ex certa fiducia sicut semper & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam, siue per mortē. ¶ Mihi enim uiuere Christus est, & mori lucrum.) Primum gaudium eius est in fratribus, qui bona uoluntate Christum annunciant. Deinde etiam in eo se dicit gaudere, quod fallacia hominum aduersus eū cōpositum



positum erat, ut ad inuidiam eius & pressuram Christus prædicaretur. Hoc enim dicit sibi ad uitam proficere q̄d illi parauerant ad mortem. Hanc enim uitam suam dicit esse si Christus omnibus prædicetur, & se etiam mori paratum, ut hoc possit impleri, sciens magnam sibi pro hoc uoto & efficacia dari posse mercedem. Imperita c̄m malitia aduersum se semper machinatur dum nescit. Ad calcandam ergo horum maleuolentiã, qui testi fallacia insidias uitæ eius tendebat, dei præsidij se muniri testatur. His quos utiq; focios gaudij sui dicit adiuuantibus oratione propter cōmunem alacritatē & sancti spiritus subministracionem, qui contra uoluntatem illorum, & uias aperiret prædicanti, dans gratiam & fiduciam uerbis eius, ut oras seditiones compesceret. In nullo ergo se dicit cōfundi in doctrina Christi, quia & spes magna promissionis est, & quia nihil in ea turpe & inhonestum aut fallax est, sicut apud paganos, sed aperta simplicitas. Hinc est unde cum omni constantia non cedit aduersis, ut magnificetur Christus in corpore eius, siue occidat, siue cæsus euadat. Ex eo enim quæ & quanta spes in Christo est consideratur, quando non solū cædi & affligi pro eo, sed & mori paratus est. Vitam enim suam siue in præsentī siue in futuro Christum esse dicit, sicut & euangelista Ioannes testatur dicens: Quod factum est in ipso ut ta erat, & uita erat lux hominum. Pro hac uita mortale corpus tradidit, ut id recipiat in æternum, ac hoc lucrum computat mori pro Christo. ¶ Si ergo uiuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro. Coartor autem ex his duobus desiderium habens dissolui & cum Christo esse, multo enim melius est. Remanere autem in carne ualde necessarius propter uos, et hoc certum habens, scio quia manebo & permanebo omnibus uobis in uestrum profectum & gaudium fidei, ut gloria uestra abundet in Christum per meum aduentum iterum ad uos. Manifestum est quod dicit, quia si in carne positus non ociosum est quod uiuit, habet enim fructum operis sui. Quid elegam, inquit, ignoro. Dua-

Ioan. I

bus enim ex causis urgetur. Habet enim desiderium excedere, & cum Christo esse multo melius æstimans, ut iam præsens sit apud deum, ut exoptatis & promissis fruatur. In carne uero ut sit adhuc necessarius dicit, propter instructionem credentium. Et cum dissolui & cum Christo esse multo magis melius dicat: certum tamen hoc scire se protestatur, quia manebit in carne ad profectum fidei, ut gloria eorum abundet in domino, proficiens ad laudem apostoli, cum iterum uiderint eum. Incrementum enim faciunt scientiæ, & plenius fundantur in fide. Quantum affectum habet circa credentes, ut hoc quod multo melius esse dicit sibi nō eligat, sed hoc uelit quod expediat multis. Certus etiam domino hoc placere, quod multorum salute proficiat. Quis non tertius cæli cupidus, sperneret omnem curam præsentem? Quis non paradisi superioris desiderio omnia hæc postponeret? Quis non uerborum arcanorum memor humana eloquia euitaret? Quis non post tanta exitia, eligeret requiem? Sed quia charitatem omnibus anteposuit, hoc secutus est quod proficeret fratribus. ¶ Tantum digne in euangelio Christi conuersamini. Dignam conuersationem uult eos exhibere disciplinæ dominicæ, ne pœniteat eum uoluisse remanere in carne. ¶ Ut siue cum uenero & uidero uos, siue absens audiam de uobis, quod stetis in uno spiritu unanimes pariter cum fide euangelij certantes & non pœscentes iniquitatem ab aduersarijs, quæ est illis ostentatio interioris, uobis autem salutis. Unanimes uult eos esse in fide & deuotione cōtra aduersarios, ut eadem audiat de illis absens quæ uidet & præsens, ut in nullo pauentes minas aut terrores aduersariorum, custodiant fidem, scientes quia eis qui pro Christo tribulantur ad salutem proficit, illis uero qui tribulant ad perditionem. ¶ Et hoc quia a deo donati est uobis pro Christo, nō solū ut in eū credatis, sed etiā ut, p̄ illo patiamini, idē certamē habētes q̄le & uideris in me & nūc audistis de me. Quāq; dei gratiā extollat in omnibus, ad laudem tamē illoꝝ proficit q̄d dicit, Ff a quia



COMMENT D. AMBRO.

quia deus illis concessit pati pro Christo. Non enim con-
cedit uel donat, nisi amatoribus Christi Ideo dixit pro
Christo donari est uobis, ut à patre deo donatum sit di-
ligentibus Christum, ut ad augmentum meritorum fu-
orum patiantur pro Christo, sequentes exempla docto-
ris sui, omni confidentia certent ad triumphandos infi-
deles.

CAPVT II.

SI qua ergo exhortatio in Christo, si quod sola-
tium charitatis, si qua societas spiritus, si qua sunt
uiscera & miserationes, implete gaudium meum
ut idem sapiatis eandem charitatem habentes,
unanimes unum sentientes, nihil secundum irri-
rationes, neque secundum inanem gloriam, sed in
humilitate mentis, alius alium existimantes superiorem
sibi, non quæ sua sunt unusquisque cõtemplâtes, sed quæ ali-
orum sunt.) Hoc dicit, quia si est uera exhortatio spei in
Christo apud uos, qua nos inuicem cõsolamur, si solatiu
charitatis communis, si participatio spiritus sancti per
quam iungimur in uno corpore nouo, si aliqua sunt uis-
cera, id est si in animo uestro sum sicut & uos in meo, si
miserationes, hoc est, si affectus pietatis in amore est, im-
plete gaudium meum. Hæc quæ enumerat tunc uera pro-
banda significat, si ista quæ subter mandat fuerint serua-
ta, ut unanimes sint & spiritu humiles, non se inuicem pro-
uocantes, sed in charitate gaudentes, ut gaudium plenum
sit in eis apostoli. Sic ergo eos confringit, ut si hæc non
custodierint, nec in ceteris probati uideantur, ut quia in
alijs nolunt se improbatos uideri, ista quoque seruet ut
perfecti sint. Sine dubio enim erant inter eos dissentien-
tes & inquieti, & qui inani gloriæ studerent, contende-
re, & uincere uolentes cum animi atrocitate, ubi præmiu
non est, sed parit lites & rumpit charitatem. Quæ enim
potest esse plebs in qua uasa aurea & argentea tantum
sint, non & ligna & fæcilia? Sed possunt exercitio boni
immutata fieri aurea & argentea, quia nõ naturæ uitium
est, sed uoluntatis. ¶ Hoc enim sentite in uobis quod & in
Christo

INEPIST. AD PHILIP. 455

Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam
arbitratus est esse se patrem deo.) Christus semper in
forma dei erat, quia imago est inuisibilis dei. Sed aposto-
lus de dei filio cum incarnatus homo factus est, tractat
dicens: Hoc sentite in uobis quod & in Christo Iesu, id est
de deo & homine, qui cum in forma dei esset, inter homi-
nes utique conuersatus gestis & operibus apparebat esse
deus. Forma enim dei nihil differt à deo. Ideo enim forma
& imago dei appellatus est, ut intelligeretur nõ ipse
pater esse deus, sed hoc esse quod deus est. Hic ergo non
rapinam arbitratus est esse se patrem deo. Sciens enim in
forma dei se esse non furatus est ut diceret: Ego & pater
unum sumus: Et in Ioannis euangelio: Propterea, inquit,
persequabantur Iudæi Iesum, quia non solum soluebat
sabbatum, sed & patrem sibi propriu dicebat deum, æqua-
lem se faciens deo. Iure ergo exequauit se deo. Ille enim
arbitratur rapinam, qui se parum facit ei à quo inferior
est. ¶ Sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens,
in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut
homo, humiliavit semetipsum factus obediens patri usque
ad mortem, mortem autem crucis.) Christus igitur sci-
ens in forma dei se esse, æqualem se ostendit deo: Sed ut
humilitatis legem doceret, Iudæis se comprehendenti-
bus, nõ solum non repugnauit, sed semetipsum exinani-
uit, hoc est potestatem suam ab opere traxit, ut humiliat-
us ociosa uirtute infirmari uideretur. Formam serui ac-
cipiens dum tenetur & ligatur & uerberibus agitur usque
ad crucem, factus obediens patri cui se æqualem sciebat.
Non sibi defendit æqualitatem, sed subiecit se. Hanc pa-
tientiam & humilitatem imitari nos docet, ut non solum
coæqualibus non nos anteponamus, uerumetiam incli-
nemur nos auctoris nostri secuti exemplum. Formam ta-
men dei non accepisse dicitur, sed esse in forma dei. Serui
autem formam accepisse, dum quasi peccator humiliat-
ur. Serui autem ex peccato fiunt, sicut Cham filius Noë
qui primus merito nomen serui accepit. Non enim mihi
sicut quibusdam uidetur sic formam serui accepisse dum

Ioan. 16
Ioan. 5



homo natus est. Vide enim quid dicat: Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu, id est deo & homine. Ante incarnationem enim, aut Christus potest dici, aut Iesus, quia simul ambo nomina & hominis filium & dei filium significant. Nam ante natiuitatem quid dicit inter cætera. Petra autem erat Christus, & non tentemus Christum, sicut quidam tentauerunt. Vbi ergo aut deum aut hominem uult significare scriptura unum e duobus ponit, aut Iesum aut Christum: Dei enim filius homo natus, sic in forma dei erat, quia cum homo uideretur opera dei faciebat ut in gestis rebus appareret deus esse qui tantum homo esse putabatur. Opera enim formam significabatur, ut quia opera eius non utique hominis opera sunt, hic qui in opere uel forma dei erat deus intelligeretur. Forma enim dei quid est nisi exemplum, quod deus apparet dum mortuos excitat, surdis reddit auditum, leprosos mundat & alia? Quomodo autem homini similis factus dicitur, si homo tantum erat, & qua ratione habitu repræsentat ut homo est si non esset & deus, nisi quia cum antequam se inclinari permitteret, semper in dei uirtute uisus sit, postea infirmatus in habitu hominis repertus est? Nam in monte utique quasi deus apparuit, & in mari pedibus ambulans, non solum homo, sed & deus uisus & intellectus est. Denique qui erant in nauis quid dicit? Vere filius dei est hic. Ita ergo uirtute cessante, uelut homo uisus est. Ideo enim dicit, quasi, ut illud significet, quia & deus est. Infirmitatis enim causa, deum dicit similem factum hominibus, quod in subiectis aperit dicens: Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Hinc est unde habitum repertus ut homo est. Retinens enim uirtutem suam ne appareret in eo, ut homo uisus est & occisus qui mori nescit. ¶ Propter quod & deus illum super exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est dei patris. Quid & quantum humilitas mereatur ostendit

Matt. 14

dit ut magis hanc appetere calcata iactantia. Vnde dicit Salomon: Superbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam. De qua re & dominus. Qui se, inquit, exaltauerit humiliabitur, & qui se humiliauerit exaltabitur. Hæc est ergo humilitas si sibi quis nec quod debere nouit defendat. Denique pharisæus ille uera de se dicens, exaltasse se dictus est, ac per hoc humiliatus est. Christus autem plus fecit, qui cum deus sit, caro factus hominibus se inclinauit. Nunc uideamus quomodo donatum est Christo nomen quod est super omne nomen, quasi egerit filius dei, aut imperfectus fuerit. Qui enim eget imperfectus est. Si enim in forma dei erat par & æqualis deo, quomodo donatum est illi? Etenim donatum dicit, quise humiliauit & quasi homo apparuit, exinamies se, factus obediens usque ad mortem. Si ergo perfectus natus est, quomodo egerit? Perfectum dei filium natum de deo patre, qui negat Arrianus est. Nam ante passionem æquale se deo patri ostendit, sicut & supra memorauit. Vnde constat hunc natum esse perfectum. In natiuitate enim sua omnia consecutus uidetur. In plenitudine enim diuinitatis est natus, ad omnia agenda quæ gessit, ut prius donum accepisset, quam gereret, ad quæ agenda natus est. Videtur ergo donum patris, hoc est esse filium, & nomen eius super omne nomen sit, hoc est esse deum. Nomen enim dei sed per naturam, non per solam appellationem super omne nomen est. Hinc est, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: Sicut ad Romanos significat, inter cætera dicens: Et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Quæ sint autem hæc omnia, in epistola ista aperit dicens, Cælestia & terrestria & inferna. Alia enim nulla sunt. Quibusdam tamen uidetur homini donatum esse nomen quod est super omne nomen, quod nullo genere, nulla ratione conuenit. Si enim Christus dei filius idem ipse & homo est, & non poterat deus homo factus, sed manens deus his agere quæ habebat. Aut si secundum quod homo erat, his egebat quæ dei sunt,

Rom. 9



ipse sibi dei filius deus dedisset quæ deesset ei iuxta quod homo erat. Quod quidem ad insipientiam dicitur: Et quare pater dicitur dedisse, cum ipse qui homo factus erat nihil de haberet, aut non poterat filij diuinitas corpori suo & animæ præstare quæ deesset? Sed forte, quia à deo patre sunt omnia, ideo ipse dicitur dedisse. Si ergo à patre omnia, quare non, dicatur cuncta filio suo per generationem dedisse: & quàmuis æqualem sibi genuerit filium, ordo tamen exigit ut in nomine patris agantur omnia. Hoc pater concessit filio, ut post crucem omnia in nomine filij saluentur. Denique dicit dominus de discipulis ad patrem: Pater quos dedisti mihi custodiui: tui enim erant & mihi eos dedisti. Et ad discipulos ait: Vis modo nihil petistis in nomine meo, petite & accipietis. Hoc ergo natus accepit, ut post crucem manifestaretur quid à patre dum generaretur accepit. Non enim tunc accepit à patre, cum à creatura cœpit sciri. Cognoscitur enim quid propter hæc quæ gessit antequam gereret accepit. Denique ante crucem dixit: Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Quomodo ergo hoc ad corpus potest referri, ut dei nomen corpori sit donatum, cum constet Christum hominem esse deum, quia nec dignum est ut deus immutetur in carnem, neque caro hoc possit effici quod est deus. Sed forte ut adoptione deus esset, & hic color est. Incipiet enim ex parte deus uerus esse Christus, & ex parte adoptiuus, aut duo dii. Sed aliud scriptura significat. Illi enim donatum significat, qui se exinaniuit qui formam serui accepit, qui in similitudine hominis factus est homo, qui patri obediuit. Si homo deo patri obediuit quid magnum est quod dixit apostolus? Sed hoc magnum dicit, quia cum æqualis esset obediuit. Et quid laudis est si in similitudine hominis factus est homo, ut homini similis homo factus dicitur? Sed nec potest fieri. Nemo enim in similitudinem sit alicuius, nisi alius sit, antequam fiat in similitudinem cuius uult. Per causam enim similis factus est non per substantiam. Et quis est qui se exinaniuit homo? Ergo habet & quomodo accepit, sed quid poterat se exinaniue homo

Ioan. 17

Ioan. 16

Mar. 11

homo? Ergo habebat, & quomodo accepit, sed quid poterat se exinaniue homo res infirma? Et in forma dei, non quod homo erat? Sed forte homo in forma dei filius erat. Age filius dei in cuius forma erat, & si iam homo in forma dei, hoc est, filius dei erat, iam ante passionem perfectus erat. Non ergo post passionem aliquid accepit. Sed uideamus quod de eo scriptum sit: Propter quod super exaltauit eum deus, inquit, & donauit ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genua flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & confiteatur omnis lingua, quia dominus Iesus in gloria est dei patris. Con sideremus nunc dicta, & sic aduertamus uim elocutionis. Certe nomen quod super omne nomen est, dei nomen est. Sed si per naturam non constat hoc nomen, non est super omne nomen. Appellatiuum enim nomen in solo uocabulo est, non in nobilitate naturæ. Et adoptiuo deo non flectit genu creatura, sed uero non concreatur. Et quomodo fieri potest ut homo sit in gloria dei patris? Etiam si adoptiuus deus sit homo, in gloria dei patris non potest esse. Nam ei hoc competit qui natus est de deo. In gloria dei patris esse nihil differre à deo est, ut una gloria sit patris & filij per communem substantiam & uirtutem. Est enim hæc unitas naturæ. Quid rogo contrarium est, si filius donum à patre accepisse dicatur, cum omnia filij à patre sint à quo & cuncta esse creduntur? Substantiam autem dei idcirco naturam dicimus, quia natus de illa Christus est. Quare dilectissimi mihi sicut semper obediuitis non præsentia mei tantummodo, sed multo magis nunc in absentia cum timore & tremore uestram ipsorum salutem operamini. Deus est enim qui operatur in uobis, & uelle & operari pro bona uoluntate. Deum bonos conatus adiuuare testatur. Omnem enim gratiam semper reportat ad deum, ut nostrum sit uelle, perficere uero dei. Nam quis uincere potest principes ac potestates, rectores tenebrarum harum spiritalia nequicia in caelestibus, nisi solus deus, quos causa inuidiæ inimicos habemus? Indignantur enim nos dici filios dei. Non ergo nouum est quod hodie



tatur, sed ut more solito subditi sint Euangelio, curam
propriæ conuersationis habentes, bona enim conuersa-
tio salutem operatur. ¶ Omnia facite sine murmurati-
onibus & hæsitacionibus, ut sitis irreprehensibiles & sim-
plices sicut filij dei immaculati, in medio nationis prauæ
& peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mun-
do, uerbum uitæ continentes in gloriam mihi in diem
Christi, quia non inuacuum cucurri, nec in irritum la-
borauit. Sed & si labor super sacrificium & ministerium
fidei uestræ, gaudeo & gratulor omnibus uobis. Id ipsum
autem & uos gaudete & congratulamini mihi. ¶ Ut fidei
& operum suorum fructus possit habere, commonet ut
omnia quæ ad disciplinam pertinent Christianam sine
hæsitacionibus faciant & murmuracionibus, quia si ne-
gligenter & in deuote aliquid agitur, ad effectum non per-
uenit, quia in reprehensionem cadit: sed ut omni simpli-
citate operentur quasi filij dei immaculati, ut memores
professionis suæ respondeant, inter diffidentes tam cla-
ri appareant, uita, conuersatione, moribus, quemadmo-
dum sol & luna inter stellas splendore sublimes sunt. Si-
cut enim stellæ apparente sole obscurantur, ita & iniu-
sti & infidi præsentibus fidelibus aut iustis turpes & de-
formati uidentur, ut gloria sit apostoli in aduentu filij
dei, cuius plantatio tales ædedit fructus. Labor enim &
efficacia eius tunc probabitur non esse inanis. Ideoque
& si immolor aut super sacrificium & ministerium fidei
uestræ gaudeo. Si enim oppressus fuerit à perfidis, cur
eos congregauerit suæ conspiracioni, gratulandum sibi
significat, cit enim effectum habere mortem suam. Ma-
gna enim mæsticia est si patiat quis pro eis in quibus
nihil proficit. Quam ob rem gaudere se in illis & eos con-
gratulari sibi debere testatur, ut inuicem participes sint
gaudij communis & plebs & magister idoneus. ¶ Spe-
ro autem in domino Iesu Christo Timotheum in breui
mittere me ad uos, ut & ego bono animo sim, certior de
uobis factus. Neminem enim habeo tam unanimum qui sym-
ceræ circa uos sollicitudinem gerat. Nam omnes quæ sua
sunt

sunt querit, non quæ Christi Iesu. Probationem autem
eius nostis, quod ut filius cum patre mecum seruiuit in
Euangelio. Hunc ergo spero me missurum confestim ut
uidero quæ sunt circa me. Confido autem in domino,
quod & ipse cito ueniam. ¶ Absoluta sunt hæc nec inter-
pretatione egent. Post epistolam enim istam, Timotheum
se missurum significat, per quem ad fidem agnoscat quæ
circa hos agantur. Erat enim apostolo unanimum, quare
& circa eos sollicitior signatur. Non sicut quidam, qui
dum semetipsos commendare uolebant, negligentes erant
de disciplina & conuersatione fratrum. Non enim deuo-
to animo prædicabatur, sed propter propria lucra. Et quia
Timotheus uir erat egregius, dicit, quia probatum hunc
habebant, quia erat cum eo ut filius charissimus deser-
uiens Euangelio Christi. Ideo hunc filium dicit, quia ab
ipso fuerat ordinatus, hunc se præmittere, se quoque in
breui sturum ad uos. ¶ Necessarium uero arbitratus
sum Epaphroditum fratrem & commilitonem meum,
uestrum autem apostolum & ministrum operis mei mit-
tere ad uos, quoniam quidam desiderabat omnes uos &
impatenter sollicitus erat eo quod audieritis illum in-
firmatum fuisse. Etenim infirmatus est prope mortem,
sed deus miseratus est illius: non solum autem eius sed &
mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. ¶ Omnia
hæc manifesta sunt. Epaphroditum enim significat mis-
surum se cum ista epistola ad eos. Inuicem enim de dese-
rio sui mæstia erant infirmitatis eius causa & populus &
Epaphroditus, ut uiso eo recrearentur de recuperata sa-
lute eius, & ille careret sollicitudine quam ut dendi eos
gererat. Erat enim eorum apostolus ab apostolo factus,
dum illum ad exhortationem eorum mittebat ad eos,
& quia uir erat bonus desiderabatur à plebe. Quid er-
go est ut presente apostolo qui mortuos suscitabat, hic
Epaphroditus infirmaretur usque ad mortem? Nunquid
non orauit pro illo apostolus, & non impetrauit ut citius
sanaret? Sed signa infidelium causa sunt. Nam huic non ad de-
terimentum contingit egritudo, sed ad augmentum. Probationes
enim



enim diuersæ sunt credentium. Alius enim per ægritudi-
nem, alius amissione charorum, alius per damnum pecu-
niæ, alius per tribulationes probatur, si in necessitate sta-
bilis inueniatur, auxilium à diuersa parte non querens,
ut augmentum faciat meritorum. Non ergo contempta
est postulatio apostoli, sed melius prouisum ei pro quo
petebat. Quid autem illud est, ut cum de excessu iratum
in alia epistola non contristari debere admoneat, in hac
autem contristandum se, si exisset Epaphroditus de cor-
pore significat? Tristiciam se si exisset habiturum dixerat
super tristitiam quam habebat de infirmitate eius. Erat
enim necessarius ecclesiis. Nam ad Thessalonicenses: Vi-
dete autem, ait, ne contristemini de dormientibus, sicut
& cæteri qui non habent spem: Se autem sic tristem futu-
rum dixerat de excessu Epaphroditi, quia solatium eius
& auxilium requirebat: nõ tamen ut quasi perditam lu-
geret. ¶ Sollicitus itaq; misi eum, ut cum illum uideri-
tis iterum gaudeatis & ego meliore animo sim. Affecti-
onem habuisse Epaphroditum & plebem Philippensium
significat, quem uidentes iterum in læticiam excitarent
se, & apostoli animus lætaretur, quia meliori animo sit
qui ad charos suos mittit reuisendos. ¶ Excipite ergo
illum in domino cum omni gaudio & huiusmodi in ho-
nore habete, quia propter opus Christi usque ad mortem
accessit in interitum tradens animam suam, ut suppleret id
quod ex uobis deerat circa meum officium. ¶ Quan-
quam in diuidua esset charitas Epaphroditi & plebis: ta-
men etiam ab apostolo commendatur, ut chariorem il-
lum faciat, maxime propter hos qui forte tam chari nõ
essent circa eius affectum. In omni enim plebe diuersitas est.
Hinc est unde & prælium eius memorat quod non dubi-
tauit propter Euangelij emori, hoc est, nõ est deterritus
minis & pressuris infidelium, sed persistit in exhortatio-
ne fidelium, ut impleret quod deerat plebi in traditione
iuxta dispensationem apostoli. Qui ergo à morte nõ re-
trahit animam suam, in interitum hanc tradit iuxta ut
Matth. 16 tam præsentem, sicut & dominus dixit: Qui enim uolue-
rit

rit animam suam saluam, facere perdet eam. Perditio
hæc interitus est, quia secundum mundum qui animam
suam tradit pro Christo amittit eam: in futurum tamen
conseruabit eam.

CAPVT III.

Reliquum fratres mei gaudete in domino,
eadem scribere uobis mihi quidem non est
pigrum, uobis autem necessarium. ¶ Ostendit
solicitudinem suam quam gerit circa
profectum illorum, quia impiger est ad scri-
bendum eis quæ necessaria sunt utilitatibus
illorum. ¶ Videte canes, uidete malos operarios, uide-
te concisionem. ¶ Hos designat qui inuidentes gentibus
prauitate colloquutorum suorum euerterant Galatas, sua-
dentes eis ut circumciderentur. Quos omni genere uitan-
dos & spernendos docet, quasi canes qui primum obla-
trant, de hinc morsu suo male operantur in carnem.
¶ Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu deo seruiamus
& gloriamur in Christo Iesu & non in carne fiducia ha-
bemus, quanquã ego habeam fiduciam & in carne. Ma-
nifestum est, quia credentes ipsi circumcidunt cor suum, ut
amputata erroris nebula aspiciant & agnoscat dominum
creaturam, hoc est, spiritu deo seruire & gloriari in domi-
no Iesu Christo, qui legem spiritus dedit, ut carnis glori-
a exinaniretur. Apostolus tamen etiam hanc fiduciam
habebat, ut si uellet gloriaretur de carnis circumcisio-
ne, sed sciens uacuum esse hanc gloriam repudiavit eam.
¶ Si qui uidetur considerare in carne, ego magis circumcisio-
nem octauæ diei ex genere Israël, tribu Benjamin, Hebræ-
us ex Hebræis, secundum legem pharisæus, secundum æmu-
lationem persequens ecclesiam, secundum iusticiam que
in lege est conuersatus sine querela. Que mihi lucra fue-
runt, hæc arbitratus sum propter Christum damna. ¶ Quan-
tum ad legis culturam pertinet, & ad iusticiam eius ser-
uandam, & ad studium hæresis pharisæorum, & iuxta ze-
lum traditionis paternæ in persequendo ecclesiam, hic pa-
rem nõ habuit. In cæteris enim erant consortes eius, qui
similiter



similiter essent natura Iudæi. Sed quæ lucra uidebantur iuxta humanum sensum, comparatione Christi inuenta sunt damna. Quare damna, nisi quia iam tēpus non erat ut lex seruaretur? Inania enim erant hæc omnia & impedita ne accederetur ad gratiam, & quia hæc sunt carnalia, nostra uero spiritalia. Ideo autem de tribu se dicit Beniamin, ut genus suum extolleret super hos qui de patriarchis concubinarum Iacob filijs ducūt originem, aut propter illos qui erant profelyti. Vnde dicit: Ego magis circumfisionem octauū diei ex genere Israël, ut ostenderet primum se esse inter Iudæos, sed hoc se contemnere propter spem promissam à Christo, Hebræi tamen propter Abraam dicti sunt. Immutata est enim litera propter sonum, ut non uocaretur Abrei sed Hebræi, ut apud ueteres cum diceretur Medie, & esset absurdum, immutata est litera ut diceretur meridie. Si enim origo ex Abraam est, ex ipso trahi debet & nomen, non ex Heber qui sexta generatione cœpit genus hominum, ipse est pater fidei, ex ipso & nomē & lingua Hebræa. Prima enim lingua quæ erat sine nomine, cum huic redditur, ex eo nomen accepit. Nam nulla causa est ut ex Heber trahat nomen. Abraam tamen Chaldæus fuit non tamen Hebræi Chaldæam linguam habent. ¶ Verum quidem & omnia arbitror damnū esse propter eminentem scientiā Christi Iesu domini mei, propter quem omnia damna duxi & arbitror stercora ut Christiū lucritaciam & inueniar in illo, non habens meam iusticiam quæ ex lege est, sed illam quæ per fidem Christi, quæ ex deo est iusticiam super fidem ad cognoscendum eum, ut uirtutem resurrectionis eius & communicationem passionum eius, conformans me morti ipsius si quomodo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis. Cum superius de genere Abraæ & de lege & de iusticijs eius & meritis obsequantium loqueretur: Hæc omnia detrimentum deputas ad comparationem promissionū saluatoris: Nunc addit nō solū hæc, sed & omnia damnū esse propter eminentiam

tiam, inquit, scientiæ Christi Iesu domini mei. Post legē & iusticias eius quæ erūt hæc omnia, nisi ut ipsi uitæ corporis animæq; antepnatur agnitio Christi? Si enim sic ut dicit ad Colossenses: in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, cuncta quæcunque sunt nullius momenti ducenda sunt ut ad excellentiam sapientiæ & scientiæ huius peruenire contingat. Sufficit ergo imò exuberat iusticia quæ ex fide est, non ex lege, ad salutem quæ est ex cognitione Christi, gratia dei indulta est. Cognitione enim mysterij incarnationis & passionis & resurrectionis eius perfectio uitæ est & thesaurus sapientiæ. Vbi em̄ sapientia & uita, quia uita non est ubi stulticia est. Denique Salomon: Stultus ait in risu agit mala. Qui enim intelligit sui causa, Christum hominem factū & passum & uicta morte resurrexisse, contemptis & spretis omnibus hunc sequitur, cuius præsidio uidet se à morte liberatum, quærens causas ad promerendum eum, ut uel in aliquo illi uicem possit reddere, ut adhuc maiora cōsequi mereatur promissa in resurrectione. ¶ Non quod iam acceperim aut iam iustificatus sim aut iā perfectus sim: sequor autem si comprehendam in quo & comprehensus sum à Christo. Quoniam in tota epistola gaudere se testatur in eis & laudat obedientiam eorū & fidē ne forte quasi homines inflatiōe eo quod iā digni essent extollerēt, nunc per suam personā adhuc deesse ad iustificationem implendā, aperta uoce declarat, ut cōtendant addere in operibus bonis. Si enim hic qui tāta prædixit dignitate est, adhuc deesse sibi ad perfectionē cōfiteatur, quanto magis hi intelligerēt elaborandū sibi esse, ut iustificationū merita adipiscerentur. Ideo subiecit: Sequor autē, inquit, ut cōprehendam in quo & cōprehensus sum à Christo. Dum enim errore æstu mentis fluctuaret de uia domini diffidens, misericordia dei quasi fugientē gratiam Christi cōprehendit eum in uia, euntē ad cōturbandam & affligendā ecclesiam, ad hoc ut donū dei addiscretet & gratiam quā resutabat, & sciret pro hac etiā mori lucrum esse, ideoq; non se posse obesse credentibus sed

Colo.

Prouer. 10

sibi



sibi se non crederet, qui rem salutarem per ignorātiā insequēbas. Ad hoc ergo cōprehēsus est, id est, a prāscientia dei requisitus inuentus est & didicit mysterium Christi, ut in omni uita augmentum faciēsis meritorum, cōprehēdat destinatum prāmium, promeritus eum quem didicit sui causa occisum. ¶ Fratres, ego me nō arbitror comprehendisse adhuc: unum autem, quæ quidem retro sūnt obliuiscens, ad ea autem quæ ante me sunt extendēs me, secundum destinatum sequor ad palmā supernæ dei uocationis.) Hoc est quod supra dixit, quia ideo laborare se significat, ut quotidie in melius proficiat semper extendens se ad potiora, ut illa quæ retro acta sunt obliuiscens, meliora scētēs, non quia mala sunt, sed quia parua sunt ad meritum collocandum: in melius autem proficiendum ut ad destinatum cæleste prāmium occurratur. Causa enim tam admirabilis & inuisibilis prāmij nō leuiter utiq; certandum esse pronunciat. ¶ Quotquot ergo perfecti sumus hoc sentiamus.) Superius perfectū esse se negat, sed iuxta promissum ut adhuc addatur ad meritum: ad comparationem autem cæterorum qui res diuinas negligētius curant perfecti dicendi sunt, qui adhibita sollertia perfectionis iter ambulāt. Hoc ergo sentiendum est ut in melius proficiatur. ¶ Et si quid aliter sentietis, id quoq; deus reuelauit.) Hoc dicit ut si quid ad culturam melioratē conuersationis excogitauerint, de existiment donum esse ne per hoc insarentur. ¶ Verum tamen ad quod peruenimus ut idē sapiamus & in eo ambulemus.) Ne qua hinc orietur præsumpcio, & putaretur quod a deo non erat reuelatum, ideo subiecit dicens: Ad quod peruenimus ut idē sapiamus, hoc est, nō extra regulam disciplinæ sapere in cōuersatione fidei, sed hoc sapere quod commune sit & modestum in Euangelij ueritate. ¶ Imitatores mei estote fratres, & cōsiderate eos qui sic ambulant, sicut habetis formam nostram.) Vult illos sollicitos esse, ne prauorum hominū subtilitate capiantur, & norare unumquēque qualiter conuersetur & doceat, ut his iungatur, in quibus sensum magistrī sui agnouerint

agnouerint. ¶ Multi enim ambulant quos sæpe dicebam uobis, nunc uero & sens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis est interitus, quorum deus uenter est, & gloria in confusione illorum qui terrena sapiunt.) Hos quos significat, e numero eorum sunt, qui Galatas euerterant. Cum dolo enim ambulātes Ecclesias subuertebant, sub nomine Christi iudaismum colendum prædicantes, quasi ubi Christus promissus sit. Quos cum dolore & lachrymis memorat, quia saluti credentium obstitēbant de cibis edendis & non edendis, quæstiones mouentes, quasi salus in esca sit, aut uenter deus, quem iuxta legem mundis eis delectari putabant, gloriantes in pudendis circumcisīs: Hoc est terrena sapere. Qui autem spiritalia sapit in fide, in charitate gloriatur. Ad locum autem hunc non pertinet, ut quæstus causa aut gula dixerit, quorum uenter deus est. ¶ Nostra autem conuersatio in cælis est, unde & saluatorem expectamus cōminū nostrum Iesum Christum, qui transfigurauit corpus humilitatis nostræ, conforme corpori gloriæ suæ secundū operationem suā, qua possit etiam subijcere sibi omnia.) Spiritualia curantes in cælis agere dicuntur, cum ipsi adhuc sint in terris: quā mali principes & ptates cū sint adhuc ip si in firmamento, conuersatione tamen in terris sunt. Christianorum ergo actus in cælis sunt, ubi & spes salutis eorum est, qui est Christus, quem omnis fidus expectat ad trāsfigurationem corporis carnis, ut quod ex humo est, indutum spiritali ueste, conforme efficiat aduentu maiestatis suæ corpori gloriæ suæ, iuxta operationem suam, id est secundum uirtutem suam, qua possit subijcere sibi omnia, hoc est, quia per resurrectionē mortuorū & immutationem in gloria apparebit uirtus domini manifestata, comprimens omnes principes & potestates, ut manifestet deus & dñs esse omniū. CA. III.

Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi gaudium meum & corona, sic stete in domino dilectissimi.) Commonet ut in eadem fide perseuerent. Gaudium enim eius constantia illorum ad



præfens est, & in futurum corona. Discipulis enim in agone uictoribus dignus erit corona magister. ¶ Euthodiam rogo & Syntychem obsecro idem sapere in domino, & te rogo germane compar adiuua illas, quæ laborauerunt mecum in Euangelio cum Clemente & cæteris, qui sunt mihi participes operum, quorum nomina sunt in libro uitæ.) Euthodiam Syntychem ad prudentiam amplexandam horratu adiuuatibus quos memorat, ut sicut in operibus Euangelij profecerat, proficeret & in scientia & sapientia dei, quos omnes merito fidei in libro uitæ haberi pronunciat. ¶ Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete.) Lætus Apostolus in operibus & fide eorum, ad cumulandam alacritatem suam, exoptat illos in hoc studio proficentes in domino semper gaudere, hoc est enim quod iterat, ut se uera affectione gaudere in illis ostendat. ¶ Modestia uestra nota sit omnibus hominibus, dominus prope est, nihil solliciti sitis, sed per omnia oratione & prece cum gratiarum actione postulationes uestre innotescant apud deum, & pax dei quæ exuperat omnem mentem, custodiat corda uestra in Christo Iesu.) Nunc exemplo eorum alios uult lucrari. Cum enim modestia eorum manifestata fuerit, id est rationabilis conuersatio, lucebunt opera eorum, & non deerunt qui imitentur bonum illorum, ut non solum propriorum gestorum, sed & aliorum augmentum consequantur, ut sicut dictum est: Labores fructuum suorum edant. Quando enim fructus operum suorum alios acquirit ad opus bonum, labores eorum qui acquisiti sunt, proficiunt eis, quorum exemplo bona opera imitari cœperunt. Dominus ait, prope est, nihil solliciti sitis, hoc est præparatos esse debere, & uigilare in oratione & prece, deo gratias agentes, seposita mundi sollicitudine illud sperare & ante oculos habere, quod dominus repromisit, unde & gratias ei agendas docet. Domino enim imminente, sollicitudo seculi cessat. Ut quid enim sollicitus ut de re cito peritura, ac per hoc postulationes uestre notæ, inquit, fiant apud deum. Quæ noticia assidue sit, & uigilantia orationis.

orationis. Tunc demum munitioibus pacis suæ, quæ omnem exuperat mentem, ait, custodiat corda uestra in Christo Iesu. Hoc ideo dixit, quia cum deo qui habet pacem, non timet omnem mentem aduersam. Tutus enim est pax dei omnino diligens deum in Christo Iesu. Quis enim non metuat eum, quæ scit dei esse amicam? ¶ Reliqui fratres, quæcumque sunt uera, quæcumque magnifica, quæcumque iusta, quæcumque amabilia, quæcumque laudabilia, si qua uirtus, si qua laus disciplina, hæc cogitare quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis in me, hæc agite, & deus pacis erit uobiscum.) In conclusione, quæ reliqua erant ad imitationem perfectionis exponit, ut ea quæ non solum in uitu perationem non cadunt, uerum etiam laude digna sunt, & cogitantes & agentes secuti formam Apostoli, deum pacis habeant secum. Deus noster uere deus pacis est, quæ non rogatus quasi potens, non timidus quasi infirmus, ad pacem hortatur, intantum, ut & peccata in se commissa concedat, cum possit utique terrore manifestata potentia, & ineffabilis magnitudinis sue etiam inuitos non ad pacem cogere, sed ad subiectionem. Sed huiusmodi pax mundi est, non dei, cuius ipsa natura pax est. ¶ Gaudius sum autem in domino magnifice, quod tandem aliquando restorulistis, ad hoc, ut pro me sentiat in quo sentiebatis, occupati enim eratis.) Nunc alacritatem suam prope se factam ostendit, quia in quo negligetiores facti fuerant, adhibita solertia opus pristinum iterarunt, memores facti Apostoli sui, ut fructus suos ad eum mitterent eodem in horreo celesti, ubi neque tineæ, neque rubigo exterminant. ¶ Non quasi propter penuriam dico. Ego enim cognoui in quibus sim sufficiens esse. Scio & abundare & humiliari, in omni & in omnibus imbutus sum, & saturari & esurire & abundare & penuriam pati, omnia possum in eo qui me confortat.) Non se sui causa in hoc eorum opere gaudere, sed in profectu eorum ipsorum se ante omnia contentum deo adiuuante testatur, ut neque de penuria contristeretur, neque de abundantia exultaret, sciens quia & abundantia frequenter extollit, & tolerata penuria diuitias



calesies acquirit: horum tamen opera in se benigna de-
clarat multorum enim necessitatibus profuit. ¶ Scitis au-
tem & uos Philippenses, quia in principio Euangelij, cū
profectus sum à Macedonia, nulla mihi Ecclesia commu-
nicauerit in ratione dandi & accipiendi, nisi uos soli, quia
& in Thessalonica semel & iterum uobis meis misisti:
non quia munus quaeram, sed requiro fructum crescen-
tem in rationem uestram. Hęc idcirco commemorat, ut
audientes in memoria & laude esse opera sua, non dubi-
tent illa accepto ferri apud deum, sed magis studium fi-
dei adhibeant. ¶ Percepi autem omnia, & abundo: reple-
tus sum acceptis ab Epaphrodito que à uobis missa sunt
odorem bonę suauitatis, hostiam acceptabilem placen-
tem deo. Non ociose commonet debere fieri, & horra-
re quod factū proficitur, nisi quia aut negligentius aut mi-
nus copiose, sicut solitum erat ab eis fieri, factum uideba-
tur, ut reminiscerent priorum operum, scirent se minus
fecisse quàm ceperant. Licet enim nō improbet factum,
sed significat deuotiores illos ante in opere hoc fuisse,
sed tamen gratum esse, & accepto ferre deum quasi sacrifici-
um placendum. Deniq; dominus ait: Facite elemosynā,
& ecce uobis omnia munda sunt. Quam gratum ergo
opus est ut omnem maculam hominis & sordes emun-
det. ¶ Deus uero meus impleat omne desiderium uestrū
secundum diuitias suas in gloria in Christo Iesu. Ideo
discereit dicens: Deus meus, ut secundum ea que præsta-
bat meritis eius, auxilia adessent, & desiderijs eorum in
copia magnitudinis bonitatis sue in gloria Christi Iesu.
Gloria est enim Christi Iesu, cum dei nutu Christianorū
implerentur desideria secundum euangelicam disciplinā.
¶ Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum.
Amen. Hic non discreuit, sed generaliter ait: Deo & pa-
tri nostro. Deus propter timorem, pater autem honoris
causa, & quia ab ipso est omnis origo. Ipse enim dixit in
Malachi: Si de ego sum, ubi est timor meus?
& si pater ego sum, ubi est honor meus? ¶ Salutate omnē
sanctum in Christo Iesu. Hunc salutate in Christo Iesu,
qui

Lucæ. 11

Malachi. 1

qui se sanctificat, ut Christo dignus habeatur, qui dixit:
Sancti estote, quoniā ego sanctus sum dominus deus ue-
ster. ¶ Salutant uos qui mecum sunt fratres. ¶ Salutato
fratrum solacium inuicem præstāt, quasi imagines enim
exhibet diuulforum. ¶ Salutant uos omnes sancti, ma-
xime qui de Cæsaris domo sunt. Hos significat propen-
sorem affectum habere circa eos, qui de domo Cæsaris
sunt, istos & potiores supra memoratis ostendit fratri-
bus, quia hos sanctos appellat. ¶ Gratia domini nostri
Iesu Christi cum spiritu uestro. Quoniam de saluatoris
persona quaestiones oriuntur, hic ut soliditatem in eo di-
uinitatis approbet, tutionē glorię eius spiritui nostro
exoptat.

Leuit. 19

DIVI AM-

BRO SII MEDIOLANENSIS EPISCO-

pi commentarij in epistolam beati Pauli
ad Colossenses.

P R A E F A T I O.

Colossenses pseudoapostoli euertere nitēbātur, ut
post prædicationem Epaphræ, siue Archippi phi-
losofichis disputationibus irretirent simplicita-
tem mentis eorum, ne spernerent rationes elementorū,
quibus quasi gubernatur uita humana. Idcirco hos Apo-
stolus hortatur per epistolam, & admonet ne alicui præ-
ter Christum aliquam esse spem putarent & deciperen-
tur.

C A P V T I.



AVLVVS Apostolus Christi Iesu per uo-
luntatem dei, & Timotheus frater, his qui
sunt Colossis sanctis, & fidelibus fratribus
in Christo Iesu gratia uobis & pax à deo
patre nostro. Caput epistolæ solito more
scribit ad eos, in quo & sanctis & fidelibus
& fratribus literas se ordinare prosequitur, quibus exoptat

Gf 3 tat



370 COMMENT. D. AMBRO.

tar dei gratiam manere per Christū. ¶ Gratiā agimus deo patri domini nostri Iesu Christi semper pro uobis orantes, audita fide uestra in Christo Iesu & dilectione, quam habetis in omnes sanctos propter spem quę reposita est uobis in cælis, quam ante audistis in uerbo ueritatis euāgelij, quod peruenit ad uos, sicut & in uniuersum mundum.) Quoniam dignum habuit deus credere istis filium suum, gratias ei refert in orationibus suis. Deinde propter charitatem quam habebant in sanctos, fidi quia pro hac spes firma est apud deum, qua remuneraturus creditur credētes & diligentes se inuicē autore Christo, cuius nomen peruenit ad omnes gentes, ut multiplicentur in fide eius. ¶ Et est fructificans & crescens, sicut & in uobis, ex qua die audistis & cognouistis gratiā dei in ueritate, prout didicistis ab Epaphra dilecto conseruo nostro, qui est fidelis pro uobis minister Christi, quę etiā notā fecit nobis uestrā dilectionē in spiritu.) Exemplū cæterarū gentiū hos crescere, & fructū uitale facere, alacri sermone prosequitur, ut ex eo quod dei gratiam perceperunt proficerent, & numero & opere adiungentes fidei suę, qui fierēt fratres eorū in Christo. Exemplo enim bonorū operū illorū attracti sunt multi, teste illis Epaphra, qui eis ministravit gratiam Christi uice Apostoli, quam statim imbibierunt ut potū spiritalem in dñi charitate, quę non in carne est, sed in spiritu. ¶ Idcirco & nos ex qua die audiuius, nō cessamus pro uobis orātes & postulātes, ut impleamini agnitione uolūtatis eius in omni sapientia & intellectu spiritali, in hoc, ut ambuletis digne deo ad omne placitum in omni opere bono.) Audiens Apostolus deuotam, ac prōptā uolūtātē illorū circa fidē Christi, orat pro eis, ut propensius agnita uoluntate dei, rationabili opere expererent deuotionē, quā audita fide Christi didicerant, ne tam fida mentis edificatio & robur fidei, dum inconsulte aliquid imperite cōficeret, laboris sui fructū amitteret. Hoc em̄ libet accipere pro fertur, quod deuoto sit animo & prudenter. ¶ Fructificantes & crescentes in agnitione dei, in omni uirtute robus

IN EPIST. AD COLOS. 471

bur capientes secundū potentiā glorię eius, in omnem patientiā & longanimitatē cū gaudio gratias agentes patri, qui uocauit uos in partē sortis sanctorū in lumine, quę liberauit nos a potestate tenebrarū, & trāstulit in regnū filij charitatis suę.) Incrementū operū eorū cū scientia uult fieri, ut non ignorent fidei suę spem. Tunc em̄ firmi & stabiles sunt, si aduertant quę pro fide promissa sunt, & quanta sit potentiā glorię maiestatis dei in patientia, ut longa expectatione iustineat humanū genus, quod inreuerentia sua non solū negligit creatorē, uerū persequitur amantes eum, ut & ipsi similiter patientes sint, ut suppetēt, probra & maledicta infidelium, uel si illata fuerit presura, expectātes iudiciū dei, nec dubitantes de eo, magis autē gaudentes in promissa uita cū gratiarum actionibus deo, qui dignatus est aduocare & inducere gentes in promissionem Iudæorū, quę est lumen æternū, id est ueritas perpetua. Liberati enim de cōditione tenebrarū, hoc est eruti de inferno, in quo tenebamur a diabolo tã ex proprio quã ex dilecto Adā, qui est pater omnium peccantium, trāslati sumus per fidem in regnū celestie filij dei, ut ostēderet nobis deus quo amore diligit nos, quando attolens nos de imo tartari, inducit in cælos cum uero filio suo. Iam enim omnes credentes, qui fixa mente deuoti sunt, exeuntes de seculo duce dextre partis angelo inducuntur in cælum, quod ante deuitam, mortem cōcessum non erat. ¶ In quo habemus redemptionem remissione peccatorum.) In huius filij sui regnum transtulit nos deus, per quem nos redemit & manumisit. Remissio em̄ peccatorum liberos facit, ut liberati debitis, teneri obnoxij nō possint. Nā sine fide Christi nullus egressus de inferno est, quia abligatus peccatis, exire ianuas tartari non potest. ¶ Qui est imago dei inuisibilis.) Inuisibilis dei imago uisibilis esse nō potest, alioquin nec imago. Quod enim inuisibile est, pingi nō potest: nec enim uisibilis potest inuisibile uidere. Aut em̄ corpus est quod uidetur, aut figura, aut aliqua informata substantia, quam fert acies oculorum, totum tamen corpus est. Deus autē, qui ab his



omnibus alienus est, quomodo potest imaginem habere inuisibilem? Sed ideo sic dicitur, ut talis filius intelligatur, qualis est pater: ut quia de ipso est, & nihil distat ab eo in diuinitate naturæ, imago eius dicat & forma, ne alius deus à perfidis crederetur, quamuis nomine ipso hoc cõtrahatur. Ideo em̄ uerus dei filius dicitur, ut de ipso esse credatur. Sed propter malam intelligentiam etiam hoc additum est, ut imago eius dicatur, ut cum apparet, licet in figura humana, aut certe in igne, ut ad Moysen, non ipse pater intelligatur esse, sed filius: & per id quod imago eius dicitur, nihil ab eo distare credatur. Vnde dicit ad Philippum: Philippe qui me uidet, uidet & patrem: quomodo tu dicis: Ostende nobis patrem? Non credis, quia ego in patre & pater in me est? Hec est uitas & substantialitas patris & filij, ut inuicem sint, ut qui uidet filium, uideat & patrem. Nunc uideamus quomodo uisus fit filius, ut perinde intelligamus qua ratione Philippus uidendo filium, uideat & patrem. Intellectu certe opere diuinorum uiderunt filium, non carnalibus oculis. Quæ operatus est filius, dixit esse patris, ut unitatem uirtutis ostenderet. Eodem genere uisus est & à Jacob, unde nomen accepit Israël, id est homo uidens deũ. Propter hoc ergo imago dictus est inuisibilis dei, ut ipse esse intelligeretur, qui per intellectum uisus est deus: patrem aut̄ nunquam ullo modo apparuisse, sicut dictum est in Euangelio: Deum nemo uidit unquam. ¶ Primogenitus uniuersæ creaturæ. Ante omnem creaturam genitum filium nõ creatum testatur, ut seerneret natiuitatẽ eius à creaturæ factura. Et ut hoc penitus clarescat, subiicit. ¶ Quia in ipso condita sunt omnia in cælis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso condita sunt. Non solum in eo magnificentum & gloriosum significat Christum, quia anteq̄ fierent omnia, natus est, sed & in ipso dicit omnia cõdita, hoc est, ut omnium potentia in eo esse credatur, & de eo perfecta dum omnia fiunt per ipsum, hoc est caput esse totius creaturæ, quia ab ipso

Ioan. 14

Ioan. 1

ipso ut sint esse cõperunt. Ideo autem quæ ab ipso facta sunt, per ipsum facta dicuntur, quia ad hoc natus est, ut faceret creaturam, hoc est fecisse in eo & per eum. Nec enim sibi natiuitas sua proficit, sed nobis, quia nõ eguit nasci, qui in his erat, quomodo sit unicus dei patris & filij, quomodo ipse nouit, quæ ingenta sunt dei patris. Erat em̄ in deo, qui processit de deo, ita ut unus esset deus: ac sic fit, ut neque diminutio sit patris, neq̄ profectus filij dum nascitur. Ea ut apertius tradat quæ & quanta sit potentia filij, ostendit quæ per ipsum sunt: id est, throni, dominationes, & principatus, ac potestates, ut perinde omnino minus nihil in eo esse credatur quàm est in patre. ¶ (Et ipse est ante omnes) Ante omnes sic est, quia hic solus de deo patre natus est, de ingenta utiq̄ substantia dei. Hæc autem uirtute eius, quam per generationem habet à patre substerunt, non ut communio eis substantiæ sit cum eo, sed ex nihilo nutu dei patris filio agente cõperunt. ¶ (Et cuncta in ipso constant.) In ipso cõstãt quia sine eo nihil sunt. Nisi enim huic fuerint subdita, errore deuia, quasi perditiõni sient obnoxia. ¶ (Et ipse est caput corporis ecclesiæ.) Ecclesiæ caput est Christus, si tamen omnes unũ sentiant cælestes & terreni, ut sint ecclesiæ, hoc est unius fidei. Si quo minus, truncati capite, hoc est, omnium corporum, totius corporis, id est, à creatore suo seiuñcti, amõtia quadam & uanitate bacchantur. ¶ (Qui est principium primogenitus ex mortuis ut fiat in omnibus ipse primatũ tenens.) Quoniã omnia per ipsum sunt per ipsum denuõ negligẽtia q̄dã facta caduca reformanda fuerũt, ne ad iniuriã eius pertineret si opus eius per alterum instauratum fuisset, ut quomodo ante omnes natus est, sic iterum ante omnes primus esset ex resurrectione mortuorum reddita pristina uita. Ante omnia enim natus est de deo, ut cuncta crearet quæ non erant: iterum autem accepta carne de uirgine natus est, ut peccatum quod ex uirgine Eua inrauerat in mundũ aboleret. Natus ergo & mortuus resurrexit, ut quæ primum fecerat postea iterum recrearet, quia per errorem



Ioan. 5

suerat uelut mortua, ut semper in omni uita sit primus & princeps. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare.) Plenitudo in ipso est & manet, quia omnia potest semper, ut nihil exceptum sit quod non per eum possit praestari, ut & faceret & reformaret, & lapsa erigeret & mortua uiuificaret. Vnde ait: Sicut habet pater uitam in semetipso, ita dedit & filio uitam habere in semetipso. Sicut enim pater suscitatur mortuos & uiuificat sic & filius quos uult uiuificat. Nec enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Quid tam iustum, nisi ut horum quae fecit per illum ipsi daret iudicium ut omnis plenitudo diuinitatis habitet in ipso, per id quod diximus, omnem illum potestatem in se habere, hoc est, deum esse perfectum, qui enim haec omnia non habet non est deus. ¶ Et per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue quae in caelis sunt siue quae in terra.) Hoc est quod supra memorauimus, quia ut ea omnia quae fecit per illum restauraret, cum errore quodam discrepare coepissent ab inuicem nec non & ab auctore: Est enim adhuc error in carnalibus caelis, humiliavit eum incarnando illum, ut homo factus ostenderet ac doceret, quomodo possint ea quae in firmamento sunt & super terram reconciliari creatori. Quod ut ad perfectum perduceret occidi se passus est propter homines, ut quos apud superos doceret, exeuntes hinc a morte secunda teneri non possint, ut doctrina eius fructum haberet primae institutionis, & omnia facta per ipsum uiuerent in ipso quasi in auctore, sicut Petrus fatetur in Actis apostolorum. ¶ Et uos quondam alienatos & inimicos consiliorum eius in operibus iniquis: nunc autem reconciliatos in corpore carnis eius per mortem, exhibere uos sanctos & immaculatos & irreprehensos in conspectu suo.) Quale donum dei sit erga gentes, memorat: ut ostendat eos debitores, & quidem multum, in gratiarum actionibus dei: qui cum inimici essent consiliorum eius, quibus decreuit uisitare genus humanum per famulum suum Moysen, cuius doctrinam & potestatem non receperunt, deuorant idolis

idolis suis: imo opibus iniquis, adorauerunt eam suam quae fecerunt, misericordia autem & prudentia dei regnauit eos gratis deo gratiam consequerentur, redirent ad eum in conscientia munda: ut in die iudicii dum nihil erroris in ueteris inueniretur in his, accorporaretur creaturae illius, quod prodesse humano generi incarnatus homo factus est, ut in carne sua uinceret mortem. ¶ Quae quidem perseveratis in fide fundati, stabiles & immobiles a spe Euangelii quod audistis quod praedicatum est in uniuersa creatura quae est sub caelo. Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro uobis, ut suppleo reliquias praesurarum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia.) In tribulationibus quas patiebatur exulare se fatetur, quia profectum suum uidet in fide credentium. Non est enim inanis tribulatio, quando eum pro quo patitur acquirit ad uitam. Quas passiones Christo dicit inferri, cuius utique doctrinam persequuntur, ut perfidos grauet impietatis suae crudelitate, & fidelibus dei praedicet charitatem, cuius nunc filius usque iniurias patitur pro nobis. Nunc igitur intelligi uult qua causa scribit ad eos, cum dicit: Si tamen perseveratis in fide fundati, ut scirent tunc prodesse sibi passionem Christi, si in accepta fide manerent. Idcirco enim omnipotentia magnitudinis quanta sit Christi, & quam infinita ab initio declarauit, ut doceret in ipso solo spem ponendam, quia ipsius sunt omnia, & quae nihil sine ipso potest uiuere neque in caelis neque in terris. Ante omnes enim est & cuncta ipsi constant, quia in omnibus ipse primatum tenet, ut si quis alicui elementorum aut angelorum uel potestatum deorum se debere esse putet, errare se sciat. Hic enim unus est filius dei, caput omnis principatus & principum, cuius Euangelium praedicatum est in toto mundo, incipiens a Moysen qui dixit Iudaeis. Quia prophetam uobis suscitabit dominus deus uester ex fratribus uestris, tanquam me ipsum audietis. Erit enim qui cumque non audierit prophetam illum exterminabitur de plebe: Vnde dominus ait Iudaeis: Quia Moyses de me

Deut. 18



de me scripsit. Itaque hic unus audiendus est & colendus
sine ad hunc æstimadus est quisquam, quia qui caput te-
net, reliquam partem subiectam habet. Nam qui se sub-
iectis humiliter, totus errat, quia non tenens caput trun-
cus est, ex quo totum corpus continetur ad uitam. ¶ Cuius
factus sum ego minister secundum dispensationem dei,
quæ data est mihi in uos, ad implendum uerbum dei in
mysterio quod absconditum fuit à seculis seculorum &
à generationibus.) Ministrum factum se esse Euangelij
inter gentes à deo per Christum cum fiducia loquitur, ut
mysterium coeptum à domino per idoneum, & efficacè
seruum possit impleri, quod ignotum fuit à seculis. ¶ Nunc
uero declaratum est sanctis eius, quibus uoluit deus de-
monstrare quæ sint diuinitatis mysterij dei in na-
tionibus, quod est Christus in uobis spes gloriæ quæ nos
annunciamus.) Mysterium quod latuit à seculis modo
reuelatum esse asserit, id est, tempore apostolorum ostē-
sum quia & gentes admittendæ essent sine circumcisio-
ne carnis ad fidem Christi, promissus erat iudæis. Prius
enim ante prædicationem fidei circumcidi mādātum est
gentiles si uoluissent ad legem accedere: Nunc autem mi-
sericordia dei ita ut sunt, suscipi iussi sunt ad fidē. Quod
indignum putabatur iudæis, ut Christus in quo spes erat
iudæorum, etiam gentes participes faceret gloriæ suæ.
¶ Monentes omnē hominem & docentes in omni sapien-
tia ut exhibeamus omnem hominē perfectum in Chri-
sto, in quo laboro certās secundum operationem ipsius
quæ operatur in me uirtute.) Hanc dicit ueram esse sa-
pientiam quæ est in disciplina dominica cum agnoscentur
Christus, quod se ipsum apostolus magna cum cura age-
re testatur, ut erudiens omnem hominem in hac sapien-
tia, consummatum eum exhibeat deo in intellectu Chri-
sti, ut mysterium natiuitatis ex deo, & natiuitatis ex Ma-
ria, & totius operis eius cælestium & terrestrium assequit.
Cuius rei certamen cōtra p̄fidos habere se loquitur, ad-
iuuantibus signis uirtutum ut per hæc uita infidelitatis
comprimatur. Qui enim uerbis subtilitate quadam dia-
bolicæ

bolicæ uersutiæ ausus est cōtradidere, pudore correptus
necessè est ut cedat uirtuti.

CAPVT II.

VOLO enim uos scire quantum pro uobis
& pro his sollicitudinem habeam qui La-
odiciæ sunt, & quotquot non uiderunt fa-
ciem meam in carne, ut cōsolationem ac-
cipiunt corda eorum cum fuerint instru-
cti in charitate, in omnes diuitias plenu-
dinis intellectus, ad agnitionem mysterij dei in Christo
in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ abscon-
diti. Non se minus sollicitum pro his quos in carne mi-
nime uidit quàm de illis erat quibus præsens prædica-
bat testatur, ut scirent nō minore affectu diligi se ab eo,
quia eos non uiderat, quàm cæteros apud quos erat dili-
gebat, ut foueret animos eorum in charitate, & prompti
fierent per epistolam, agnitionem acciperent sacramen-
ti dei in Christo, aduertentes has esse sapientiæ & scien-
tiæ diuitias, si agnoscat Christus in deitatis suæ pleni-
tudine adorandus. Omne igitur mysterium sacramenti
dei in Christo est. Hic est enim unus in quo omnis creatu-
ra nisi sperauerit, peribit, ut omnium potentia in eo sit,
ut qui cognoscit istū, cunctorum quæcunque sunt cogni-
tionem uideatur habere. Nec colendus alius præter hūc
requiratur, quia omnium potentiarum uirtus in eo est.
Ex ipso enim habent omnes. Unus enim cū sit, omnia po-
test: Quare & caput omnium dicitur, ut per ipsum omnes
subsistere uideantur. Digne ergo omnes thesauri sapien-
tiæ & scientiæ in eo dicuntur absconditi. Omnis enim sci-
entiæ ratio totius creaturæ supernæ & terrænæ in eo ut
sit, oportet, qui omnium eorum caput est, siue angelorū,
siue solis, siue lunæ, siue stellarum aut cæterarum rerum
omnis scientiæ peritia in autore illorum est, ut qui hunc
agnoscit nihil ultra requirat, nec sapientiam nec uirtu-
tem quia agnouit eum in quo perfecta uirtus perfectaq;
sapientia est. Quid enim alibi se purauerit inuenire, ple-
ne in hoc & abunde inueniet. Nam quid sapientius Salo-
mone



mone, quid prudentius Daniele, quibus idcirco deus præteritis sapientiam dedit, ut notum faceret infidelibus totius se sapientie esse autorem? Denique Nabuchodonozor dicit Danieli, admirans super sapientiam eius: Vere deus uester ipse est deus uiuus, & aperies mysteria. Quod quidem omnem incredulum latet, in Christo omnem esse sapientiam & scientiam, quia non legunt in Euangelis astrologiam, non in apostolo geometricam, non in propheta arithmeticam, nec musicam, quæ idcirco despecta sunt à nostris, quia ad salutem non pertinent, sed magis mittunt in errorem & auocant à deo, ut dum his studet ratiocinationum disputationibus curam animæ suæ non habeant. Quæ enim tam uera sapientia est nisi cognouit se quod prosit, & despexisse quod obstat? Obest enim quia impedit animam ne curam sui agat. Non immerito ergo qui Christum agnouit, inuenit thesaurum sapientiæ & scientiæ, agnouit enim quod et sit utile. Hoc dico, ut nemo uos circumueniat in subtilitate sermonis. Nam & si corpore absens sum sed spiritu uobiscum sum gaudens & uident ordinationem uestram, & supplens id quod deest utilitati fidei uestræ.) Commonet ne in malorum colloquijs & asturia iniquitatis sensus eorum traducere tur, quia sapientes mundi arte quadam & minutis disputationum irretire gestiunt simplicium animas, ut ratione mundanarum rerum abstrahant eos ab spe quæ est in Christo. Vnde apostolus spiritu scilicet adesse dicit, ut reuerentiam eius ante oculos habentes abstinerent se ab huiusmodi hominibus. Si enim spiritus Helisæi prophete uidit fraudem Giezi euntis ad Naaman Syrum, ut acciperet sub nomine eius quæ illi mandata non fuerant, & descendente prompto animo Naaman ei plus dedisse quam fuerat postulat, quanto magis ea quæ dixit posseterat in spiritu uidere? Maior enim gratia fuit in apostolis quam in prophetis. Et ut promptiores illos faceret circa traditionem Euangelij, gaudere se dicit in dispositione conuersationis illorum, ut scientes unde deo placeatur, in eo fierent firmiores, per quod digni effecti ad utilitatem

litatis profectum, fidei suæ addiscerent sensum. Quæ admodum enim accepistis Christum Iesum dominum nostrum in ipso ambulate, radicati & edificati in ipso & confirmati fide sicut & docti estis ambulantes in illa cum gratiarum actione.) Hoc monet & hortatur, ne deuotio eorum minueretur & recederent à fide quam fuerant assecuti, & prauis fabulis euerfi aliter Christum acciperent quam didicerant. Multi enim corruptores fidei circūibat ad seducendos simplices dolose, & cum simulatione annunciantes Christum, quos euitari monet magna cautela, ut stabiles & firmi supra fundamentum trinitatis spe futurorum gratias uberes agerent super misericordiam dei. Videte ne quis uos deprædetur per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa huius mundi, & non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.) Philosophiam dicit terrenam, per quam solent seduci, qui cupiunt prudentes iudicari in mundo. Hęc argumentis & subtilitate minutiarum quorundam componitur, quasi physicas inuestigauerit rationes, quædam habens admixta quæ hortamenta sunt bonæ uitæ uel documenta, aliquando de mensuris, nec non de numeris, aliquando de elementorum qualitibus & quantibus ordinata. In cuius disputationibus qui inciderit uix & raro euadet. Detinetur enim uerisimilibus causis, & commenticijs rebus, nihil tam uerum æstimans quam conspicitur & intelligitur in elementis. Et quia quæ ad præfens sunt & cernuntur oculis suauia & oblectabilia uidentur, aliquantos seducunt qui spiritalem rationem despiciendam & ridendam putant desperatione futuri, omnem uim astris assignantes, carnali rationi obnoxii, ne grauius credenda sint sustolli in cælum posse uel leuia uenire ad terras, aut aliquid corporeum sine rerum admixtione generari, repugnantes potentie ac prouidentie dei. Sciunt enim legi in diuinis ueteribus Hebræorum uoluminibus multa gesta per Moysem que humana ratio non capit, simili modo & in nouis libris facta à domino



80 COMMENT D. AMBRO.

aut per apostolos que tractatus carnalis prohibet credi. Hanc ergo traditionem uel philosophiam fallacē & inane appellat, quia non à potētia dei ordinata est, sed ab imbecillitate ratiocinationis humanæ, quæ potentiam dei intra scientiam suam coartat, ne aliter credatur face re quàm carnalis se continet ratio, qua singulis elementis diuinitatis diuersitatē deputant ad culturam, ut obli gent animos imperitorum ne se ad deum uerum exten dant. Quam ob rem cauendam monet traditionem istā, quia mundi cultrix est, non dei qui unus est, nec ad Christum sed à Christo abstrahit in quo perfectio diuinitatis est. Omnia enim quæ habet pater dedit filio cum illi in plenitudinis genuit diuinitate corporaliter, ut quia ipse caput est, creatura autē eius corpus est, quicquid putatur posse cælestis creatura, hoc totū plene in Christo esse credatur, ut nullus arbitretur quēquam colendum. Quicquid enim in aliquo magnum putauerit, plus in illo inueniet, quia omnes ex ipso habent sicut ex capite membra, ipse autem plenus est semper. ¶ Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis.) Plus significat credentibus dari quàm potest in elementis comprehendēdi, quia qui in Christo est, repletus est diuinitatis abundantia quam elementa non habent. Denique in credentibus spiritus sanctus inhabitat quod elementis concedi non potuit, quia indignum erat & incongruū, ut inuisibilis habitaret in substantia uisibili, & incorporeus in his quæ sensibilia sunt. Audiant ergo & ueniant cultores eorum & credant in Christo, ut fiant maiores eorum quos nunc colunt. ¶ In quo etiam circumcisi estis, circumcisione nō manufacta, in expoliationem corporis carnis in circumcisione Christi, unā cum illo sepulti in baptismo in quo & simul surrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illum ex mortuis.) Hi circumcidiūtur in Christo qui amputata totius traditionis humanæ cultura Christo iungūtur corde non carne circumcisi, id est, in spiritu non in carne seruientes, ut à terrenis ad cælestia, ab humanis ad diuina, & ab errore conuertantur

I NEPIST. AD COLOS. 481

uertatur ad ueritatem, capiti & auctori suo copulati per charitatem. Cum quo & sepulti sunt in baptismo, resurrexerunt autem per fidem dei, in quo credunt quod exēplo Christi resuscitabit illos ex mortuis. Illic enim homo uetus deponitur & nouus assumitur: Peccatis moritur, ut uiuat iusticiæ. Elementis abrenunciatur, ut Christo societur, resurrectionis futuræ tenens pignus exemplo saluatoris qui resurrexit ex mortuis. Hęc igitur commo net ut perseuerent in abrenunciatione pompæ & præstigijs satanæ. Qui idcirco elementorum suadet culturā, ut à deo auocet & participes apostasiæ suæ uolens efficer homines, Quia enim sub nomine suo culturam suade re non potest: horretur enim ipso nomine, sub alterius nomine suam conatur implere uoluntatem. ¶ Et uos cū mortui essetis in delictis & præputio carnis uestræ, conuiuificauit simul cum illo donans nobis omnia delicta, deleto chirographo quod aduersum nos erat decreti quod contrarium erat nobis, & illud tulit de medio & affixit cruci, exuens principatus & potestates ostendit in auctoritate triumphans illos in idipsum.) Mortuos dicit gentiles fuisse. Primum quidem quia legem quæ ad testimonium data est creatoris & ad uitia condemnanda recipere noluerunt. Deinde impietatis peccatorum suorum causa indigni erant uitæ, ideoque discreuit hos à iudeis, quos qui fuerint inimici dei unius, iudæi uero in unius dei confessione degentes adueniente Christo addiscunt mysteriū dei, quod expectabant ad iustificationem suam, ut in eo quod subreptum illis fuerat, quia impossibile est esse sine peccato, acciperent remissionē. Unde post causam gentilium inducit & iudæos dicens: Donans nobis omnia delicta, ut post specialē subijceret & generalem, quia cunctis donauit omnia delicta. Sed quia sicut dicit dominus. Cui plus donatum fuerit amplius debet diligere, idcirco commonet gentes, ut considerantes causas malorum suorum, & qualem gratiam acceperint à deo in Christo, tota deuotione solliciti sint circa obsequium eius, à quo à diuersa mortis pena sunt liberati. Quomodo ergo do

Luca. 7

Hh nauit



COMMENT. D. AMERO.

nauit nobis omnia delicta. Deleto, inquit, chirographo quod erat aduersarium nobis. Et quid est & quantum est delere, subiecit dicens: Et illud tulit de medio. Sic ergo de leuit cum tulit de medio. Sic autem tulit de medio, cum affixit ait cruci. Affigere autem cruci, hoc dixit esse spoliare principatus & potestates publice & detriumphare illos in Christo: Hæc sicut uidet obscura sunt, ac per hoc adhibita cura dilucidanda sunt. Hoc est præsidium dei quod per significantiam diuersarum causarum exponit apostolus. Multa enim acta memorat ut genus hominum ad indulgentiam perueniret, ut non solum propria remitteret nobis delicta, sed & illud tolleretur peccatum, quod ex Ada erat præuaricatione, quod appellauit chirographum in decretis, quod nos à mortuis surgere non sinebat: quia si non & hoc tulisset de medio, exiit hinc qui acceperat remissa, illic teneretur apud inferos. Porro autem ideo omnia delicta concessa sunt, ut resurgerent à mortuis. Quia enim ex peccato mors, sublato peccato fit resurrectio mortuorum. Quod quidem fieri minime potuisset, nisi peccatum affixisset cruci. Dum enim non peccando saluator uincit peccatum, quod hominem tenebat obnoxium, insuper & occiditur ab eo innocens, si crucifigitur peccatum. Deuictum enim peccatum mortificatum dicitur. Crux enim non saluatoris mors est, sed peccati. Innocens enim sic qui occiditur, reos illos facit, à quibus occiditur. Peccatum autem principes & potestates intelligamus, quorum studio peccauit primus Adam. Ad autores enim referendum est nomen hoc, quorum mortem in expoliatione significauit. Mors enim ipsorum hæc est, quia uicti à saluatore dum expoliantur animabus, quas tenebant in captiuitate, mortificantur. Rei enim facti sunt, quia cum hac autoritate animas tenerent quia peccauerant, ipsi inuenti sunt amplius peccatores, dum illum, qui illos non peccando uicerat, occiderunt. Et sic iuste expoliati sunt, sicut dixit publice, id est, in cruce, quod est palam detriumphari à deo in Christo. Ille enim detriumphatur, qui palam uincitur, & spolia eius publicantur.

IN EPIST. AD COLOS. 489

publicantur. Ostenditur enim omnibus prostratus, qui ceteris insultabat. Decretum autem quod dicit, non est hoc quod pagani fatum appellant, quia illud non omnibus contrarium afferunt: quia quosdam dicunt ex hoc felices, alios infelices. Hoc enim decretum omnibus dicit fuisse contrarium. Sententia enim erat cunctis aduersa hominibus. ¶ Nemo enim iudicet uos in cibo, uel in potu, aut in parte diei festi, aut in neomenijs, aut in sabbato, quod est umbra futurorum, corpus autem Christi. Quoniam omnis spes uitæ in Christo est ac fiducia, nulli superstitioni aut legi subiacere nos debere præcepit, quam obrem perstrepentes, aut aliquid quod ad fidem Christi non pertinet susurrantes contemnendos, ipsum autem solum sequendos, per quem deuicta mors est, & reddita resurrectio mortuorum. Quidam enim Iudeorum solent iudicare fidelis, quod ea quæ interdicit per Moysen sunt, edant de cibus, cum omnia deus munda fecerit. Indigni autem iudicati Iudei de his edere, prohibiti sunt à melioribus. Solent iterum reprehendere nos, quia dies festos eorum spernimus, aut quia initia mensium non obseruamus quæ neomenias uocant, maxime autem quod dies sabbatorum non custodimus, ut ocio & epulis cum luxuria transigantur: quod magis ad offensam pertinet, quam ad gratiam. Hæc autem omnia sunt corpus Christi, quia elementorum per effectus sunt uocabula. Hinc est unde in Euangelio dicit: Dominus est enim, inquit, filius hominis etiam sabbati. Per ipsum enim omnia, quæ quidem sic data sunt per Moysen, ut umbra essent uel figura futurorum, ut apparente ueritate figura cessaret. Sicut enim absente imperatore imago eius habet autoritatem, præsentem non habet: ita & hæc ante aduentum domini tempore suo obseruanda fuerunt, præsentem autem carent autoritate. Nunquid aliquis uicem domini agens, ipso præsentem dominatur? Si præfectorum uicarij præsentibus eis priuati sunt, quanto magis serui præsentem domino etiam ipsi in obsequio debent uideri? ¶ Nemo uos deuincat uolens in humilitate animi & superstitione angelorum ea



quæ uidet, extollens se frustra, inflatus mente carnis fug
& non tenens caput illud, ex quo omne corpus per com
pagines & coniunctiones subministratum & compagi
natum crescit in augmentum dei.) Quod superius sub
nomine philosophiæ cauendum monuit, nunc apertius
docet obseruandū ab his, qui terrenæ sapientiæ stude
ntes, hæc colenda asserunt, quæ obtutibus adiacent uel ap
parent, ut horum detentæ culturis animæ sub firmamē
to obligatæ teneantur, ne se supra firmamentum tendāt
ad superiores celos, ad deum omnium adorandū. Quod
opera efficitur inimici, ut semper animas super terras
humiliatas detineat, ubi se scit semper de cælis deiectum
futurum iusto iudicio dei, religionem simulans, cum sit
maximū sacrilegium. Insantur enim motum peruiden
tes stellarum, quas angelos uocat, nō autoritate diuina,
sed superstitione humana, quæ ad nihilum proficit nisi
ad damnum, nolentes tenere fidem Christi, qui omniū
creator & dominus est. Ex ipso enim omnes originem
habent, quare & corpus eius dicuntur, si tamen agnoscat
cum. Ad ipsum enim cōuersi reedificantur, compagina
ti fide eius, subministrante Euāgelio adunantur cuncta
quasi membra corporis in charitate Christi, ut augmen
tum faciant deo. Cum enim redeunt ad illum, qui per er
rorem deseruerant illum, minuentes copias diuitiarū
eius, dum denegant eius se esse, crementum faciunt deo,
quia ex perditis acquiruntur deo. Rursum de Iudæis dī
cit, quæ & ipsi sub elementis seruiunt non elementis. Hoc
loco de paganis. ¶ Si ergo mortui estis cum Christo ab
elementis huius mundi, quid tanquam uiuentes in hoc
mundo decernitis? Omnis qui baptizatur in Christo,
moritur mundo. Cunctis enim superstitionum errori
bus abrenunciat, ut solam colat fidem Christi. Amotis
enim quæ naturali iusticiæ accidunt, relinquuntur disci
plina data à deo, per quā uiuitur deo, per spem quæ est
in Christo. Moritur autem his, quibus subiectus fuerat
per errorem, dum negat illos quos præsumpserat esse.
Et ita fit, ut per inimicitiam abrenunciationis inuicem

sibi

sibi mortui dicantur, homo & elementorū cultura. Mun
dum enim dicens, errorem carnis significat. Omne enī
quod uidetur, carni deputatur. Hinc est unde & Ioannes
apostolus: Nolite, inquit, diligere hunc mundum, neque
ea quæ in hoc mundo sunt, id est, neque elementa, quibus
compactus mundus est, neque errores, quos humana acin
uenit traditio, diligamus, sed solum Christum, qui mor
tuus est pro nobis, ut corpori suo nos sociaret ex perdi
tis. Qui ergo consepulti sunt Christo, mortui sunt ele
mentis, ut nihil curent ex his. Superna enim didicerunt
tenenda, quæ possunt uitam donare perpetuam. Hæc enī
nec præsentem dant, & impediunt ne apprehendantur fu
tura. Qui autem post baptismum ambigit de aliquibus,
putans quædam de ueteribus ueneranda, uiuere se osten
dit elementis, quæ decernit colenda, aut dubitat cōtem
nenda, hic remanebit intra circulos mūdi, alienus à deo
quia ueteri indutus homine, carnalia transire non pote
rit. ¶ Ne tetigeritis, ne gustaueritis, ne conti est auer
tis, quæ sunt omnia in interitū & corruptionem per abu
sionem secundum præcepta & doctrinas hominū.) Pro
hibet omni genere ab spe mundanorum, quia inanis est,
ne colant, ne assentiant, ne cogitent, quia quæ promit
tunt, corruptionis sunt. Vltus enim culture ipsorum inte
ritum generat, quia præcepta & doctrinæ nō dei, sed ho
minum sunt, in quibus uana spes est: quippe cum aduer
sus creatorem inuenerit hæc error humanus, ut prohi
bens ab unius dei fide, multorum deorum superstitionē
inducat. ¶ Quæ sunt rationem quidem habentia sapi
entia simulatione religionis, & humilitate animi, ad ue
xationem corporis non in honore aliquo ad saturitatē
& diligentiam carnis.) Hinc se sapientia rationem ha
bere putant, quia traditioni humanæ nomen religionis
applicat, ut religio appelletur, cum sit sacrilegium: quia
quod cōtra autorem est, sacrilega mente inuentum est.
Nomen ergo fingit, ut falsa quæ sunt, possit uera asserere,
& humanas mentes in terra humiliat, ne se erigāt ad
superna: aut terrena colentes, excidant à supernis cæle
stibus



486 COMMENT D. AMBRO.

stibus, & obsint corpori, cuius caput Christus est secundum primæuæ rationis facturam. Hinc enim grauati non poterunt sursum iungi capiti suo, ut instaurentur in illo, & honorati effecti quasi prima parte corporis truncati, totos se dantes mundo ad sensum carnis explendum. Sagina enim carnalis sensus traditio humana est, quæ hoc dicit sufficere, quod carnis tradidit prouidentia. Rationem enim uidetur habere sapientiæ iuxta carnem, quia ex elementis est omnis corporalis natiuitas: ac per hoc non esse incongruum inquit, his inclinari, quorum gubernaculis humanum regitur genus, ut his se subiciat quæ uidet mundi clarissima, nec requiri debere spiritalia: ga his solis, inquit, ducibus uti concessum est, & per hæc rationem negligit autorem.

CAPVT III.

SI enim cõsurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, ubi Christus est ad dexteram dei sedens. Hos cum Christo resurrexisse asserit in baptismo, qui super cælestia cogitant, ubi sedes est Christi, ubi deus pater filio suo tradidit dexteram, ut regnet & iudicet, iudicis enim in sinistra sedere non est. Resurrectio tamen duas habet formas, ut primo animo de terris resurgat ad cælos, deinde recepto corpore resurgat raptus obuiam Christo. Quæ sunt sursum sapite, non ea quæ super terram. Super pernorum cælorum, qui æterni sunt, habitacula nos petere exhortat, ab his autem oibus quæ in firmamento sunt, & in firmamento dissimuladũ. Quisq; enim his se superstitionibus occupauerit, impedimentum patietur. Non enim poterit hæc transcendere, quibus se inclinauit ut dominis. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Apud mundi sensum mortuus Christus uideretur, & discipuli eius, dum confiteri uiderentur illi his omnibus. Idcirco carnalibus ac mundanis abscondita est uita Christi & suorum in deo, extra mundum in regno eius cælesti, in quo uiuunt. Cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum illo in gloria. Vita

IN EPIST. AD COLOS. 487

Vita nostra Christus est, quia legimus in Actis apostolorum hunc esse uitæ autorem, qui à perfidis non creditur futurus iudex. Cum autem aduenerit in uirtute cælesti, & uisus fuerit esse quod minime credebatur, tunc apparebunt cum illo etiam qui crediderunt in illum, & manifestabitur omni perfidia, quia uiuit cum suis in gloria. Hæc consolatio fiduciam spei parit, ut securi de futura uita omnia postponentes, Christum sequamur. Mortificate ergo membra uestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam, & auariciam, quæ est idolorum seruitus. Quonia omnia simul peccata corpus esse in epistola ad Romanos significat, idcirco singula delicta describens, membra ea appellat, ut post acceptam ac seruatum euangelicam de saluatoris plenitudine rationem, bonæ uitæ operam daret, abstinens se ab omni turpitudine, & desiderio malo, quo possint peritæ diuinæ fructum non amittere. Multa enim obesse scire ueri rationem, & minime illam factis prosequentibus affirmare. Hinc est unde & dominus inter cetera ait: Qui autem, inquit, scit uoluntatem domini sui, & non paruertit ei, uapulabit multis. Auariciam tamen idololatriæ comparauit, ut nihil illa scelestius demonstraret. Sub uno nomine duo pessima & impia genera designauit, & quæ omni ratione monet fugienda. Primum enim & pergrauè crimen est idololatria. Quid enim tam perniciosum, tamque funestum, quam ad iniuriam creatoris dei, lignis & lapidibus uel alijs metallis honorificentia eius nomen tribuere, cum ipsi non patiantur, ut seruus nomine dñi nuncupetur: quem non natura utiq; sed quædam conditio subiicit seruituti? Aliud eorundem crimine est auaricia, non dispar malicia, sed diuersum in nomine. Unde ad Timotheum ait: Radix enim omnium malorum est auaricia. Omnia enim capax est delictorum, ut auaricia sua quod impossibile est impleat desiderium semper, semper bibens & semper sitiens. Non immerito ergo sub uno nomine utriusque malum ostendit. Penes enim uno explentur opere, quia sicut idololatria uni deo auferre nititur gloriam, ne quod eius peculiare

Lucæ. 12

1. Tim. 6

Rh 4 est



est, solus habeat nomen diuinitatis sibi soli condignum
ita & auaricia in dei se res extendit, ut si potest fieri unus
& solus creaturam eius sibi usurpet, quam deus omnibus
fecit. Vnde dicit deus per prophetam: Meum est aurum,
& meum est argentum. Viraq; igitur deo est inimica, am-
ba enim deo abnegant quæ eius sunt. ¶ Propter quæ
uenit ira dei. Malorum memoratorum causa uentura
dicit iudicium dei, ut uindictetur in hos qui contempto
deo & lege eius, interdita sequi maluerunt. ¶ In qui-
bus & uos aliquando ambulastis, cum uiueretis in illis.)
Quantum illis beneficium præstitit gratia dei per Ie-
sum Christum, non tacet, ut gratulentur euasisse se iram
quæ uentura est repente super infideles totius terræ, &
tales semetipsos præbeant, ut parere possint præceptis ei,
à quo à morte secunda sunt liberati. ¶ Nunc uero depo-
nite & uos hæc omnia, iram & indignationem, animi ma-
liciam, blasphemiam, turpiloquium de ore uestro non
procedat. Nolite mentiri inuicem. Exuite uos ueterem ho-
minem cum actibus eius, & induite nouum, qui renouat-
ur in agnitionem secundum imaginem eius qui condi-
dit illum, ubi non est Græcus & Iudæus, circumcisio &
præputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber, sed omnia
& in omnibus Christus.) Nunc ab his prohibet quæ mi-
nora peccata uidentur, ne forte quia superius quæ gra-
uiora sunt, mortificanda mandauit: hæc admittenda, aut
quasi non periculosa, non fugienda putarent, simul etiã
ut exuti ueterem hominem, id est tam uerbo quam actu
& incontaminatos se uident, noui facti in Christi p agni-
tionem ueritatis, quæ olim lauit: modo autem manife-
stata est per nouã legem credentibus, ut similes fiant ima-
ginis eius qui creauit illos. Imago hæc in conuersatione
bonæ uitæ intelligenda est, sicut dicit ad Corinth. in epi-
stola prima 15. cap. Quemadmodum portauimus imagi-
nem eius qui de terra est, ita & portemus imaginem illius
qui de cælo est. Ipse est ergo creator hominis, cuius ima-
ginem portare uos iubet in sanctitate & bonis operib;
quæ de filij dei agnitione descendunt, Nemo enim potest
bonam

bonam & mundam habere uitam, nisi habeat cui hanc
exhibeat, à quo si non præmium, certe uel laudem expe-
ctet. Sed apud deum & laus & præmium sperantur, quia
non patitur dei iusticia eum, qui carnis uita licerit, nõ
coronari. In hac itaq; agnitione nullus ut indignus exci-
pitur, quasi non mercatur accedere ad fidem Christi.
Omnes enim accedentes unum fiunt, deleti quid fue-
rint, & scripti quod esse ceperint, ut quia unius fidei sunt,
in eo ipso unius sint & meriti, ut quos fides iungit, non
possint discerni, propter quod diuersi natura & gentes siue
conditione sunt. Omnia enim & in his omnibus Christus
est. Quia enim cuncta membra eius sunt, omnia Christus
est, ut dum una confessio eorum est, de spe eius in omni-
bus Christus, & sic omnia corpus eius sunt, ut professio eor-
um & natura concordet. Alia est tamen imago hæc,
quam de agnitione Saluatoris dicit creari, & alia imago
ad quam factus est primus homo. Ista enim imago est &
in scemina, cum agnoscit eum qui se creatur, & obtempe-
rans uoluntati eius, abstinet à uita turpi, & actu peruer-
so. Illa autem imago in solo uiro est, sicut idem dicit in
epistola ad Corinth. prima cap. 11. Vir quidem non de-
bet uelare caput suum, cum sit imago & gloria dei. Si au-
tem & mulier non uelaret caput, esset & ipsa imago dei.
Sed incongruū erat ut facta uiro subiecta diceretur esse
imago dei. Nam & in Gen. primo cap. ita ait: Et fecit de-
us hominem, ad imaginem dei fecit eum, ut sicut deus un-
us est, unus ab eo fieret homo: ut quomodo ex deo uno om-
nia, ita ex uno homine genus esset super faciem totius
terræ. Vnus igitur unum fecit, qui unitatis eius haberet
imaginem. Et ipse in uiro & muliere est similitudo my-
sterij patris & filij Barbarum tamen ab Scytha segregauit,
sicut seruum à libero: non utiq; in Christo, in quo om-
nes unum sunt, sed in morum feritate, & gentis imma-
nitate. Peiores enim hos Barbaris intelligi uoluit, anteq;
credant, cum Græcorum libri iusticiam eorum prædi-
cent, quam duce natura sequebantur. Instantum magni
apud eos peccatum furti habebatur: quod Græci magna
Hh 3 cum



cum industria, inquit, & doctrina iustitiae semitas inuestigarunt, hos naturaliter apprehendisse collaudat. Sed quomodo degenerant omnia, postea magis uituperabiles esse cœperunt, quam fuerat ante laudabiles. Postq̄ enim mulieres eorum lege uiri uti cœperūt, quas Amazonas primitus asserunt appellatas, totam Asiam contra naturam subsicientes, sic contigit, ut & uiri canum more rabi di efficerentur, immanes, syluestres, inculti, plus q̄ Barbari instantū immutati, ut carne humana uescenda imbuerentur. Quid mirum, cum & ipsi Romani longe alij fuerint q̄ nunc sunt. Nam & mulieribus eorū castitatis causa uini usus incognitus fuit, sicut nunc aqua. Instantū em̄ uigebat disciplinæ autoritas, ut subiectum uas non faceret quod uolebat. ¶ Induimini ergo ut electi dei sancti & dilecti uiscera misericordie, benignitatem, humilitatem, sensus mansuetudinem, longanimitatem, præbetes uobis inuicē patientiam, & donates alius alij, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Christus donauit uobis, ita & uos facite.) Vt lucrum possint habere, ad hæc eos facienda hortatur, quæ meritum collocant apud deum. A peccatis autem abstinere timor facit, uertur enim ne mala faciens, pœnis subdatur. Hæc autem quæ nunc facienda monet, ad profectum pertinent meritorum: ex uoluntate em̄ fiunt, non ex necessitate. Qui ergo ab illicitis se abstinet, habet laudem: qui uero à licitis temperat, & laudem habet & præmiū. ¶ Super hæc aut̄ omnia charitatē, quod est uinculum unitatis, & pax dei in cordibus uestris exultet, in qua & uocati estis in uno corpore, & grati estote.) Quia enim omnium maior est charitas, huic magis studendū hortatur. Tunc enim omnia, quæ supra mādauerat seruanda ad effectum prælegis. Tota enim mente operatur, qui de amore aliquid operatur aut facit. Hypocrisis & simulatio nō est in charitate. Quare & Ioannes apostolus: Timor, inquit, nō est in charitate. Qui enim timet, perfectus non est. Perfecta em̄ dilectio foras mittit timorem. Vnde & dñs amarissimè maluit

1. Ioan. 4

maluit q̄ timeri. Hæc est enim quæ cōplectitur unitatē, hæc quæ omnes unū corpus facit, hæc est quæ uerā habet pacē, quā corde puro custodit. Potest em̄ pax dici, & non habet charitatē: charitas enim semper secū habet pacē. ¶ Verbū Christi habitat in uobis abunde in omni sapientiā docētes, & monētes uosmet ipsos psalmis, hymnis, canticis spiritalibus, in gratia cātantes in cordibus uestris deo.) Hæc meditanda monet semper, quæ sonent Christi. Hęc in corde habenda, quæ deo patri semper gratias referat, ut uox canora illi seruiat, illū laudet psalmus, hymnus extollat. Et huic soli notū sit, qui occulta peruidet mentis, à quo speratur & præmiū. In cordibus illi cantari mādauit, ne fauore hominū fieret, & fructum amitteret. ¶ Omne quodcumq̄ facitis in uerbo aut in opere, omnia in noīe dñi Iesu, gratias agentes deo, & patri p̄ ipsum.) Quoniam supra in corde deum laudari, & illi gratias referri præcepit, nunc tam in uerbo quam in opere totius cōuersationis nostrę nomen domini Iesu laudari & exaltari hortatur, ut cum uerba nostra bona sunt, magnificetur dominus Iesus, cuius magisterio inuituperabiles sunt discipuli. Tūc enim ueras gratias agimus deo per ipsum, si modum præceptorum eius custodiamus. ¶ Mulieres subditæ estote uiris, sicut oportet in domino.) Ita præcepit mulieres subditas esse debere uiris, sicut mandauit deus in cætera, dicēs ad mulierem: Et ad uirū tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur, ut ipso ritu & disciplina timeat uirū suum quasi dominū, ex quo cepit esse. ¶ Viri diligite uxores uestras, & nolite amari esse ad illas.) Rigorem uirilis legis emollit, ne potestate qua præualet, nimius quis sit in dominatu uxoris: sed debet respicere & affectum, quia mulier caro eius est, ne plus illā humiliās exacerbet, & cōtraria cogitet. ¶ Filij obedite parētibus p̄ omnia, hoc em̄ placet deo.) Nō pōt aliud placere deo, nisi qđ iustum & pium est. Tunc possunt filij deū habere pro patre, si debitā honorificentiā repēdāt parētibus, circa obsequiū illoꝝ faciles, & in cōtēptu difficiles, sciētes filij nō q̄ aduē

Gen. 3



aduersus parentes prouidere. ¶ Patres nolite ad iram prouocare filios uestros, ne pusillo animo fiant. Modestos præcipit patres debere esse filiis, ne coartari ab eis, delinquant in illos, & deum offendant quod nolunt. Ira enim inconsiderata res est, intantum, ut aliquando nec sibi parcat qui irascitur. Debent enim recordari partes quia fuerunt & ipsi filii, considerare autem filii quia tuturi sunt patres, ut æquo liberato consilio utriusque partis, & filii subiecti sint, & patres modesti. ¶ Serui obaudite per omnia dominus carnalibus, nõ ad oculum seruientes, quasi hominibus placetes, sed in simplicitate cordis timentes dominum. ¶ Quoniam deo aliter seruire non potest quàm puro corde, occulta enim præuidet animos, sic & hominibus præcepit seruire debere. Qui enim ad oculum seruit, in occulto aliud facit: qui enim ex animo talis est foris qualis & intus. Si ergo in obsequio fuerit fidelis, promerebitur dominum. Quia ipse dixit: Qui in minimo fidelis est, & in magno fidelis est. Si enim ei qui ad præsens uindicat, fidelis nõ fuerit, qui fieri poterit, ut illi fidem exhibeat, quem post mortem audit iudicaturum? Idcirco in domini carnalis causa iustum uult esse seruum & obsequentem, ut possit & in dei rebus & fidelis esse & obsequens. Si enim in præsentem idoneus fuerit ubi scit nulla esse nisi corruptibilia præmia, quanto magis propensor erit in dei deuotione, quem scit fidelibus immortalia daturum præmia? ¶ Quicquid facitis, ex animo operamini ut domino, non hominibus, certi quod domino recipietis retributionem hereditatis dñi Christi, cui seruitis. Qui enim inique gerit, fert id quod gessit inique, & non est personarum acceptio apud deum. ¶ Ut promptos illos in obsequio & fide faciat, mercedem illos bonorum operum accepturos promittit a deo in regno Christi. Quod ut probatum sit & acceptum, sic illos uult obsequi, sicut domino a quo mercedem expectant. Aut si inique egerit, nõ solum hominem offendit, sed & deum, quem in admissa fraude carnalis domini contempnit. Si autem bene egerit, non erit apud deum seruus hominis

minis quasi despectior, sed remunerabitur quasi liber inter homines: seruus autem Christi, quod dignitatis est nomen.

CAPVT IIII.

Domini quod iustum est & æquum, seruis præbete, sciētes quod & uos dominum habetis in cælis. Ne domini temporales superbia extollantur, præsumentes de domino natu, mitigat & cohibet animos illorum, ut adhita consideratione humani generis animaduertat autorem deum, non seruos & liberos, sed omnes ingenuos condidisse. Sed hoc mundi iniquitate factum est, ut dum alter alterius fines inuadit, tunc captiuos ducit ingenuos. unde & manu capti dissi sunt a ueteribus, inde mancipia. Hic casus & conditio etiam nunc apparet, alij redimuntur, alij remanent serui. Apud deum autem hic seruus habetur, qui peccauerit. Denique peccati causa Cham seruus audiuit, cui sententię ueteres assensere, ita ut desinirent omnes prudentes esse liberos, stultos omnes esse seruos: quia prudens abstinet a peccatis, ut hic ingenuus sit qui recta sequitur: seruus autem, qui per stultitię imprudentiam subiicit se peccato. Unde & Cham propter stultitiã, quia risit nuditatem patris stultus, seruus est appellatus. Ostēdit ergo dominus, quia nõ ueri sunt domini, sed quasi per imaginē: corporum enim nõ animorum sunt domini. Solus enim dominus & autor rerum inuisibilis deus tam corporibus quàm animis dominatur: ut hæc considerantes, iusta ab eis exigant seruitutia, talia utique qualia & a se exigi uolunt a domino comuni. Nam cum ipsi nõ ut dignum est deo seruiant, quę non negant omnium potestatem habere, cuiusque quotidiana dona per ministeria creaturę humanis uisibus exhiberi: a paribus suis, non dicam fratribus, tam grauiã exigunt seruitutia, ut ferri nõ possint, non potentes in animo, quia & ipsi uelint nolint serui fiant, & uiderint cuius meriti. ¶ Orationi instate uigilantes in illa, orantes simul & pro nobis, deus aperiat nobis ostium uerbi ad loquendum



quendum mysterium Christi, propter quod etiā uinctus sum, ut manifestem illud prout oportet me loqui.) Iam prudentibus mysterium domini Christi in cuitandis uitijs peccatorum orationi instandum ostendit, ut meritis crescant deficientibus tentationibus aduersarii. Quos intantum dignos habet, ut iudicet eos etiam se posse precibus adiuuare, ad adserendum audaſter Euangelium, ad quod manifestandum legationem acceperat. ¶ In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus redimetes. Sermo uester semper in sale gratia sit cōditus, ut sciatis quomodo oporteat uos singulis respondere.) Quoniam necesse est ambulare nos inter infideles, & colloquia miscere causa cōuersationis mūdānā, hoc est quod commonet, ut cum sapientia sit ipsa cōuersatio propter scandalum gentilium, ne occasionem accipiant per nos blasphemandi, & incitentur ad perfequendum. Quid em̄ opus est loqui cū eo, quem scias intractabilem, & obstinatā mentis paratum ad contumeliam faciendam? Ideo hęc monet, ut oportuno & loco & tēpore, magistra modestia, religionis uerba promantur, aut si periona talis in medio est, quæ perſtrepat, reticendum. Aliter enim cū potentibus mundi, aliter cum mediocribus, & aliter cum humilibus agendum est. Aliter iterum cum mansuetis, aliter cum iracūdis, quibus cedi oportet, hoc est redimere tempus. Cum enim insidiant dominicis uerbis, & furenti temporis audacia cedis, iniurias infesti temporis lucrifacis. Nam si caput, id est rex assentit, corpori est libertas loquendi uerba dei cum mansuetudine, ut prouocentur ad bonum, perſtrepentibus tamen & animosis ad conuitia semper cedendum. Vincis enim dum cedis. ¶ Quæ circa me sunt, omnia nota faciet uobis Tychicus dilectus frater, & fidelis minister, & conseruus in domino, quē misi ad uos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa uos sunt, & cōsoletur corda uestra cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui est ex uobis: omnia quæ hic sunt, nota faciet uobis.) Ad hoc se dicit fratres misisse, ut inuicē sibi nota fierēt quæ agerētur ab inuicē. Quāuis superius

superius dicat spiritu se presentem apud eos, & uidere quæ agerent, internuncijs tamen opus est. Solicitor em̄ fiet quis quando uidet ad se uenire ad considerandā cōuersationē suā. Plus em̄ uereſ, si speculetur se uideri quæ agat. Nam cū deus omnia uideat, & sciamus omnia illi nota esse, quia non tamen uidemus nos uideri ab eo, cōtraria facimus. ¶ Salutatur uos Aristarchus comes captiuitatis meæ, & Marcus confobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandatū, ut si uenerit ad uos, excipiat illū, & Iesus qui dicit iustus, qui sunt ex circuncisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi solatio fuerunt.) Hic Aristarchus bonæ cōuersationis ac meriti uidetur, qui deuotione dominica particeps, & focus laboris Apostoli designatur. Marcum autē ut cōmendat quid sit non tacet, ut cum laudabilis uiri Barnabæ affinis addiscitur honorabilis habeatur. Addit & Iesum, quem iustum nomine uocari appellat. Quibus solis testimoniū perhibet quia hi ex circuncisione adiutorio fuerunt ei, assentientes, & participes sententiæ eius, ut tam circūcidi ulterius non debere prædicarent, ideo participes illos dicit suos in regno dei. Circūcidendum autem esse, & sabbata & neomenias seruandas prædicare, nō spiritale est, sed terrenū. ¶ Salutatur uos Epaphras, quæ est ex uobis seruus Christi.) Chariorē illis facit epistolā, quando ei, qui ex ipsis est, testimoniū reddit. ¶ Semper sollicitus pro uobis in orationibus ut sitis perfecti, & abunde expleti in omni uoluntate dei. Tam salutaria se illis exoptare testatur, ut illū qui ciuis illorum est, & affectu unanimitatis charissimus participem suæ deuotionis in profectū eorū ostendat. ¶ Testimoniū enim adhibeo illi, quia habet multū laborē pro uobis, & pro his qui Laodiceæ sunt & Hierapoli.) Ut sollicitos eos salutis suæ faciat, aliorū uigilantia quanta sit pro his ostendit. Solicitor em̄ quis sit pudore, quando in causa sua alterum uiderit laborare. ¶ Salutatur uos Lucas medicus charissimus, & Demas.) Verū charissimus Apostolo fuit Lucas, quia oīa postponens, postolos securus est semper, qui & Euāgelium & Actus apostolorū



COMMENT. D. AMBRO.

apostolorum scripsisse perhibetur. ¶ Salutate eos qui sunt Laodiceæ fratres, & Nympham, & domesticam eius Ecclesiam.) Quoniam simili modo & pro his qui Laodiceæ sunt, sollicitus erat, in eorum epistola hos salutandos monet, Nympham chariorem existimās, cuius & domum salutat. Tam enim deuota uidetur fuisse ut omnis domus eius signo titulata esset crucis. ¶ Et cum lecta fuerit apud uos hæc epistola, facite ut & Laodicensium Ecclesie legatur, & Laodicensium uos legatis.) Quia generales sunt institutiones Apostoli, & ad omnium profectum scriptæ epistolæ, idcirco etiam Laodicensibus epistolam hanc legi præcepit, ut per hanc quid agendum sibi esset, addicerent: & Colossenses ut eorum legerent iuxta sensum supradictum. ¶ Et dicite Archippo: Vide ministerium quod suscepisti in domino, ut illud impleas.) Præpositum illorum per eos ipsos commonet, ut sit sollicitus de salute ipsorum. Et quia plebis solius causa scribitur epistola, ideoque non ad rectorem ipsorum delinquitur, sed ad Ecclesiam. Post enim Epaphram, qui illos imbuuit, hic accepit regendam eorum Ecclesiam. ¶ Ipsa enim salutatio mea manu Pauli, memores estote uinculorum meorum. Gratia uobiscum.) Ut confirmet epistolam manu sua scriptam dicit, memorans ut in mente habeant exitus eius, quos patiebatur pro salute gentium, & tales se præberent, ut non ferrat agre pati pro his iniurios.

DIVI AMBROSI

BROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI

commentarij in epistolam beati Pauli
ad Thessalonicenses.

PRAEFATIO.

UT horum, id est Thessalonicensium exemplo alios exhortetur ad fidei incrementa, istos laudat eo, quod in accepta gratia permanentes, ad profectum

IN EPIST. AD THESSAL. 499

etiam præmij aucti sunt meliora sectando, ut & ad profectum tenderent, & eorum uirtutibus quæ sita dignitas ceteros prouocaret. Tantæ enim fidei imbiberunt spiritum, ut spe futurorum etiam ciuium suorum Macedonum persecutiones illas pro nomine Christi deuoto animo paterentur. Ut horum ergo meritum, & suam ex eorum profectu læticiam literis signet, ita scribit ad eos.

CAPVT I.

PAULVS & Syllanus & Timotheus Ecclesie Thessalonicensium in deo patre, & in domino Iesu Christo gratia uobis & pax.) Trium quidem episcoporum nomina literæ continent, sed sensus & uerba solius Apostoli sunt. Quia enim communi gaudio exultant in profectu illorum, ex consensu ad plebem epistola scribitur in exultatione dei patris, & domini Iesu Christi pacem & gratiam his exoptans. ¶ Gratias agimus deo semper pro omnibus uobis, memoriam testri facientes in orationibus nostris, sine intermissione memores operis fidei uestre & laborum charitis, & expectationis domini nostri Iesu Christi coram deo & patre nostro.) Quoniam omnia bona à deo sunt, idcirco ei primum gratias referunt in profectu illorum, qui dignatus est non solum donum suum dare hominibus sub peccato constitutis, sed in filios hos adoptare, simul adiuuans eos ad omnia excruciantia toleranda, ut digniores fiant. Quæ ob rem meminisse horum dicunt se in orationibus suis, eo quod crebresceret in opere fidei cæteris Ecclesijs, ut nutu dei perficerent opus ceptum, prompti in studio charitatis & patientiæ, & spei aduentus domini ante deum, qui dignatus est filium suum incarnare pro salute humana, Placitum enim dei est, si proficiatur in Christo. ¶ Scientes fratres dilecti à deo electionem uestram, quia Euangelium nostrum non fuit ad uos in uerbo solum, sed & in uirtute & in spiritu sancto, & plenitudine multa, sicut scribis quales fuerimus in uobis uestri causa.) Humiles se fuisse inter eos significant, ut illis formam darent

Ii mansuetudi



100 COMMENT D. AMBR.

mansuetudinis, non quod defuerint quæ ad fidem illos hortarentur magna, quia doctrinæ euangelicæ robur uirtus præstabat signorum & prodigiorum in spiritu sancto, id est, non in phantasia, sed in ueritate plenitudinis, ut nulli necessitati deesset auxilium, sed superabundans gratia uideretur & in doctrina, & in conuersatione, & in ægris curandis, ut perfectum opus spiritus sancti apparet in Thessalon. Ecclesiis, ut in nullo se minores uidentes Iudæorum Ecclesiis, gauderent in dono dei, qui participes illos facere dignatus est promissionis Abrahæ. ¶ Eius uos imitatores nostri facti estis, & ipsius domini suscipientes uerbum in pressura multa cum gaudio spiritus sancti, ita ut fueritis uos exemplum omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia.) Cupidi credulitatis probra & iniurias à ciuibus suis passi, tolerarunt fiducia futurorum. Vnde æmuli dicuntur apostolorum, & ipsius domini, quia & dominus eadem passus est à Iudæis, & Apostoli sequentes fidem dei persecutiones passi sunt gaudentes, quia digni habiti sunt pro nomine domini contumelias pati, scientes pro his magna fore præmia re promissa. Idoneus enim seruus probatur, quando pro amore domini sui inimicos eius offendit. Cuius rei memores gauisi sunt spe promissionis in pressura. Itaque magna exhortatio est ad profectum, cum similes illos factos dicit, & Christi & apostoli, ad formam præbendam cæteris credentibus illis in locis, quibus fama illorum ambulabat. ¶ A uobis enim diffamatus est sermo domini non solum in Macedonia & in Achaia, sed in omnem locum uestra quæ est ad deum processit.) Tale est hoc, quale & illud ad Romanos, cum dicit: Quia fides uestra prædicatur in uniuerso mundo Sed in his amplius, quia non solum fides, sed opus fidei illorum peruenit in omnem locum. ¶ Ita ut non necesse habeamus nos aliquid eloqui. Ipse enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad uos, & quomodo conuersi estis ad deum ab idolis seruendum deo uiuo & uero, & ad expectandum filium eius de cælis, quem suscitauit à mortuis Iesum, quem eripuit

IN EPIST. AD THESSAL. 101

eripuit nos ab ira ueniente.) Sic peragrassæ dicunt famam introitus sui & conuersationis eorum cum prædicatione Euangelij, ut nõ esset necesse ea dicere, Superflua ea est fari, quæ nota sunt: Ad omnes enim in circuitu peruenerat, ita ut & annuntiarent cæteris, quæ deuotione susceperant apostolos. Et quia ad omnia quæ audierat ab eis, fuerant promptiores, relinquentes deos mortuos: expectarent autem Christum de cælis, quem humane salutis causa mortuum audierant, & resurrexisse de uicta morte, & cum carne assumptum in cælos, ministra nube ad confusionem prudentium mundi, qui consideratione habita mûdanorum, carnis naturam, quæ grauis est, putant non posse fieri ut suscollatur in cælos. Hoc effectus fuit spiritus sancti, ut erubescant terrigenæ prudentes.

CAPVT II.

IPSI enim scitis fratres introitum nostrum ad uos, quia non inanis fuit, sed ante passi, & contumelijs afflicti, sicut scitis in Philippiis ex certa libertate ausi sumus in deo nostro loquendo ad uos Euangelium dei in magno certamine.) Hanc perituram quam nunc memorat, passus est in Philippiis, cum Sylla propter spiritum Pythonem, quem à puella eiecerat, quod iam suo loco dictum est. Cui pressuræ non cessit, sed fortior inuentus est, dum audeat prædicare, nec loqui timeret, spe utique promissi præmij, ut & hi securi essent in persecutionibus, gaudentes propter futuram mercedem. Signum ergo deuoti & fidelis prædicatoris hoc dicit esse, si in pressura loqui uerbum dei nõ timeat, inane illum significans, qui terrore præsentis formidinem patitur prædicandi: Qui enim securus est de promissa spe, non cedit ut coronetur. ¶ Nam exhortatio nostra nõ ex fallacia neq; ex inuidicia, neq; in dolo, sed sicut probati sumus à deo, ut crederetur nobis Euangelium, ita loquimur, non ut hominibus placentes, sed deo, & qui probat corda nostra.) Hoc propter pseudoapostolos dicit, qui dolo & fallacia prædicabant non missi, ut



circūuenirent gentes ad seruiendum legi factorum. Iste autem electum se & missum prædicare multis probat rebus, quia & in pressuris fortior inuentus est, & in conuersione irreprehensibilis, ut nihil esset in hoc quod minus deo uideretur dignum prosequentibus signis. Quidam enim quæstus causa Christum prædicabant fauori hominū seruientes: quia & in arguendo remissiores erāt quippe cum nec autoritas esset: & in tribulatione infirmi, quia non ex corde, sed in fallacia erat sermo eorum. Omnis enim qui aliquid sine spe agit, orta tribulatione succumbit. Nec enim unquam in uerbo adulationis conuersati sumus sicut scitis, neq; in occasione auariciæ, deus testis est. Nunc aperit quod supra significauit, cum dicit: Non in occasione auariciæ, deum dans testem, quia istud ex corde faciebat, non hypocrisis, quasi contemnēs pauca, ut forte plura offerentur. Unde & ipsos conuenit scientes ac probantes quia nulli fuerat adularus. Pseudo enim apostoli formā auariciæ dari sibi optabant, ut ipsa occasione, dum ueros apostolos omnia illata uidēt accipere, possint ipsi sine inuidia simpliciores homines deprædari. Nec quærentes ex hominibus gloriam, neq; a uobis, neq; ab alijs, cum possemus honori esse, ut Christi apostoli. In tantum grauat pseudoapostolorum causam, ut se abnuere dicat, cum liceret illi obsequia requirere, ad comprimendos eos, quibus nec facultas erat, nec pudor, & tamen honorem sibi poscebant, se enim potius quam dei doctrinam commendari uolebant. Apostolus autem qui gloriam non ad præsens, sed in futuro requirebat, se humilem faciebat, ut dei prædicatio exaltaretur. Sed suimus paruuli in medio uestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos, ita desiderantes uos cupimus impartiri uobis, non solum Euangelium dei, sed etiam animas nostras, quia charissimi nobis facti estis. Tantum affectū habere se circa illos ostēdit, quē quia uerus est, nō uerbis magis quam rebus probatum uult uideri: potest enim in uerbis latere fallacia, ut his exhortationibus prouocati, omnem sensum suum in dilectione haberent

berent apostoli. Meminitis enim fratres laborem nostrum & fatigationem, nocte & die operantes ad hoc, ne quem uestrum grauaremus. Hoc est quod dicit in Actis apostolorum: Omnia, inquit, quæ mihi & his qui sunt mecum, fuerunt necessaria, laborauerūt manus istæ. Unde & in alia epistola, dicit: Qui non laborat, nec manducet. Et hoc contra pseudoapostolos, qui ut ociosi manducarent, prædicatores se fingebant esse. Ut ergo exemplū daret quemadmodum gubernanda sit uita Christiana, & simulatores proderet, labori insistebat humano, offuscās pseudoapostolos, propterea quia qui labori insistent ad malis cogitationibus declinant, occupantes animum suum & a piaculis prohibentes. Prædicauimus uobis Euangelium dei, uos testes estis & deus quā sanctē & iuste & sine querela uobis qui creditis facti sumus sicut scitis, quomodo unumquemque uestrum ut pater filios obsecrantes uos & consolantes ad hoc, ut ambuletis digne deo, qui uocat uos in suum regnum & gloriam. Manifesta sunt hæc. Cōmonet enim illos quō crediderint se prædicantem, & qualem eū fuerint experti, & quæ præcepta dederit eis, ut digni fierent deo, qui in los uocauit de terris ad cælos, ut exuscitet læticiam illorum. Ideo & nos gratias agimus deo sine intermissione, quod cum accepissetis a nobis uerbū auditus dei, suscepistis nō ut uerbum hominum, sed sicut est uere uerbū dei, quod & operatur in uobis qui credidistis. Deo gratias referunt, quæ aperuit sensus illorum ad recipiendum Euangelium suum. Gloria enim prædicantium est, quando audientes facile credūt. Tanta enim deuotio repperit uerbū ut, pbarēt se intellexisse dei esse doctrinā. Vos enim fratres imitatores facti estis Ecclesiæ dei, quæ sunt in Iudæa, quæ sunt in Christo Iesu, quia eadem passi estis & uos a cōtribulibus uestris, sicut & ipsi a Iudæis, qui & dominum interemerunt Iesum, & prophetas, & nos persecuti sunt, & deo nō placuerunt, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui ut ualentur, ad hoc ut suppleant peccata sua semper, sed præuenit ira dei super eos usque



ad finem.) De impietate atq; crudelitate queritur dis-
fidentium Iudæorum, qui non solum suæ salutis inimi-
ci sunt, uerum etiam aliorum prohibentes ne credant, &
salui fiant, ab initio parricidæ uel domino enim commu-
ni parcere debuerant, qui conseruis & propofitis suis nõ
pepercerunt, ut repleantur peccata eorum intantum, ne
aliquando misericordiam consequi mereantur. Ideo
Thesalonicenses à ciuibus suis eadem passos dicit, imita-
tos patiētiam sanctorum, & domini nostri Iesu Christi,
cuius sceleris autores inducit Iudæos, ut & quanta glo-
ria digni sint qui pro nomine domini patiuntur, & quæ
ultio infestis & infidis præparata sit, dinoscatur. ¶ Nos
autem fratres desolati à uobis ad tempus horæ, facie nõ
corde, abundantius festinauimus faciem uestram uidere
in multo desiderio. Quapropter uoluim⁹ uenire ad uos,
ego quidem Paulus & semel & iterum, sed impediuit nos
Satanas.) Non animo, sed corpore diuulsos se dicunt ab
eis. Charitas enim non diuiditur nec separatur, sed pro-
pter maiorem instructionem etiam faciem eorum cupe-
re se dicunt uidere. In rebus enim diuinis deficiunt arti-
culi comprehendere, quæ possunt dici. Nec enim sufficit
dies stilo his, quæ una hora possunt depromi, ut non di-
cam quædam esse mystica religionis nostre, propter car-
nales sensus ne scandalum patiantur, facile publicari nõ
debeant: quia non omnibus dicenda sunt omnia, sed pro-
uius cuiusque captu moderanda sunt dicta, aliter rudi-
bus, aliter fundatis. Idcirco præsentia corporis requiri-
tur, quia sic perficitur ueritas charitatis. Quàmuis enim
charitas nõ diuidatur, desiderium tamen facit absentia
corporis. Deniq; osculis & amplexibus animorum exple-
tur uoluntas. Cui rei impedimento asserit fuisse Satanã,
qui etiam apostolis obuias manus tēdebat, ne ueritatis
ratio hominibus panderetur. Accendebat enim perfido-
rum mentes, ut eos uerberibus ac uinculis detineret, ne
loquerentur uerbum dei. Dixerunt enim maiores Iudæ-
orum apostolis: Nonne præcipientes denunciauimus uo-
bis, ne loqueremini in nomine Iesu ulli hominum? Sed
quia

Acto. 5

quia quod non est à deo, stare non potest, dissoluunt im-
pedimēta Satanæ. ¶ Quæ est enim nostra spes, aut gau-
dium, aut corona gloriæ, nõnne uos coram domino no-
stro Iesu in aduētū eius? Vos enim estis gloria nostra &
gaudium.) Manifestum est, quia perfectio discipulorū
gaudium & corona magistrī est. Hi enim sunt qui labo-
res fructuum suorum edituri sunt, fructum enim magi-
stri discipulus est obediens, cuius dum bona conuersatio
proficit magistro, fructus sui ædet laborem. Labor
enim discipuli in opere bono, coronam dat magistro iu-
dice Christo.

CAPVT III.

IDCIRCO iam non tolerantes, optimum duximus
ut Athenis soli delinqueremur, & misimus Timo-
theum fratrem nostrum, & participem operis dei in
Euangelio Christi, ad hoc, ut & uos confirmet & depre-
cetur pro fide uestra, ne quis moueatur in his pressuris.
Ipsi enim scitis, quia ad hoc positi sumus. Nam & cum
apud uos eramus, predicabamus uobis passuros nos pres-
suram, sicut factum est, & scitis.) Desiderij supramemo-
rati causas expressit. Idcirco enim præsentem esse apud
eos uolebant, ut animos eorum firmarent, ne quis ex his
scandalum pateretur de pressuris apostolorum, ut quæ
tanta signa facerent, aliquando infirmarentur, ita hu-
miliati, ut uerberibus & uinculis subijcerentur. Ad quam
rem excusandam, Timotheum missum testatur, idoneū
doctorem, qui ostenderet hinc merita crescere Christia-
nis, si pro nomine domini passi, gratias agant, à quo hu-
ius rei mercedem expectant, simulque preces deo funde-
rent, ut stabiles essent. Quam persecutionem idcirco se
passuros prædicauerant, ut per id quod præscientiam
huius rei habere se protestarentur, posse se effugere, &
declinare has iniurias approbarent: sed quia spes ma-
gna in his est, ideo illatas sufferre quidem libenter.

¶ Ideo & ego non tolerans amplius, misi ad hoc,
ut cognoscerem fidem uestram, ne quomodo at-
tentauerit ille tentator, & inanis fiat labor noster.)



Illud propter quosdam dicit, qui possint sedaci astutia
Satanæ. quia in omni plebe est pars firma & infirma, quo-
rum causa sollicitus erat, ne amitteret fructum credulita-
tis eorum. Et quia diutius passus non est, nescire se quid
certius ageretur circa illos, misit Timotheum episcopum
à se creatum, à quo posset certum scire. ¶ Modo autem
cum uenisset Timotheus ad nos à uobis, & annuncia-
set nobis fidem & charitatem uestram, & quoniam memo-
riam nostri habetis bonam, semper desiderantes nos ui-
dere, sicut & nos uos, ideo consolationem sumus adepti
fratres in uobis super omni necessitate & pressura nostra
per uestram fidem, quia nunc uiuimus, si uos steteritis in
Christo.) Declarauit cur alacri sermone scribat ad eos.
Ideo enim nuncio ueniente, & firmitatem deuotionis il-
lorum in fide & dilectione Apostoli declarante, lætus fa-
ctus de communi concordia, scribit ad eos, securum ha-
bens fructum fidei, & bonæ conuersationis eorum. ¶ Quā
enim gratiarum actionem possumus referre deo de uo-
bis super omni gaudio, quo gaudemus propter uos corā
deō nostro noctū dieq; abundantissime orantes, ut uide-
amus faciem uestram, & suppleamus quæ desunt fidei ue-
stræ.) Nihil dicit tam dignum, quod sufficere possit ad
compensationem acquisitæ salutis gētium. Et quoniam
prouexerant se perseverantia fidei, & actu uitæ melioris,
magis ac magis cupit eos uidere, ut ea quæ ad perfectio-
nem illorum pertinēt ediscant sacramenta scilicet rerū
spiritualium, quæ facile publicari non debent, ut scirent
quis & quā immensus est quā iudicem sperabāt. Aliud
est enim fidem accipere, & aliud expositionem fidei. Al-
tera enim disputatio est de natura patris & filij, & alia
de personis. Pater ingenuus est, filius uero genitus. Quā-
tum ad personas pertinet, diuersum uidetur, cum sit in-
diuidua unitas naturæ. Unitas enim non in persona est,
sed in substantia. Spiritus autem sanctus nō degener pu-
tetur, quia tertius ponitur. Qui ergo de secunda perso-
na non ambigit, admittit & tertiam. ¶ Ipse autem deus
& pater noster, & dominus noster Iesus Christus dirigat
uitam

uitam nostram ad uos.) Integro ordine iter suum dispo-
ni postulat: primum à deo patre, quia ab ipso sunt omnia:
deinde à domino Iesu Christo, per quem sunt omnia, ut
uirtus atq; prouidentia patris & filij aduentum eius cō-
mendet, ut acceptabilis fiat audientibus se, & impedimē-
ta diaboli soluerentur ad dirigendum iter eius. ¶ Vos
autem dominus multiplicet, & abundare faciat charita-
te in inuicem in uos, & in omnes, sicut & nos in uos, ad
confirmanda corda uestra irreprensā in sanctimonia
coram deo & patre nostro in aduentu domini nostri Ie-
su Christi cum omnibus sanctis suis.) Ut gaudium suū,
quo de eis gaudet, cumulet in omnibus bonis, multipli-
cari illos exoptat, ut ueniens ad eos, plus inueniat in eis
quod laude dignum sit, quā à Timotheo audierat, ut
irreprehensibiles inueniantur cū sanctis in charitate dei
patris, & aduentu domini nostri Iesu Christi, cum cōpe-
rit ante tribunal eius examinatio singulos approbare.
Deum uocat propter terrorem maiestatis eius: Patrem
uero propter benignitatem, qua dignatur credētes sibi
adoptare in filios, quod in aduentu domini manifesta-
bitur.

CAPVT IIII.



Quod superest itaq; fratres, rogamus uos, &
obsecramus in domino Iesu, ut quemadmo-
dum accepistis à nobis qualiter oporteat
uos ambulare & placere deo, sicut & ambu-
latis ut abūdetis magis.) Hoc est quod su-
pra dixi, quia ad cumulādum gaudium suū
crefcere illos uult in bonis opibus secundū mādata apo-
stolica. ¶ Scitis enim quæ præcepta dederim uobis per
dominum nostrum Iesum Christum. Nam hæc est uolun-
tas dei sanctificatio uestra, abstinere uos à fornicatione,
scire unumquemq; uestrum suum uas possidere in sancti-
monia & in honore, non in passione desiderij, sicut & gē-
tes quæ ignorant deum, ut ne quis supergrediatur, neq;
circūueniat in negotio fratrem suum, quoniam uindex
est dominus de his omnibus, sicut & prædicauimus uo-
bis,



COMMENT. D. AMBRO.

bis, & testificati sumus.) Quāuis laudet eos in tota epistola, tamē commonet ne aliqua surreptione ad illicita deducantur, ut incurrant uindictam, quam ultricem malorum didicerāt, scientes hoc deo placere, si corpora sua intaminata custodiant, sed & cum fratribus simpliciter agant, ne similes gentibus inuenti, adoptionis nomine abdicentur. ¶ Non enim uocauit nos deus in immunditiam, sed in sanctimoniam. Quapropter qui spernit hæc, non hominem spernit, sed deum, qui dedit spiritum sanctū in uos.) Vt fortius astringat ad ea quæ docet, dei interponit personam, dicens: Non hominem spernit qui præterit præcepta, sed deum. Quem ideo dicit spiritum sanctum nobis dedisse, ut sancte uiuamus: quia in corpore subdito peccatis, non habitat spiritus sanctus. ¶ De affectione autem fraternitatis non habemus necessitate scribendi uobis, ipsi enim uos à deo docti estis, ad hoc, ut uos inuicē diligatis. Nā & facitis illud in omnes fratres p. uniuersam Macedoniā.) Etiam hoc cū facere illos laudat, cōmonet tamē ut propensius hoc agāt. Quos em̄ ab ipso deo doctos dicit, promptiores esse debere in fraterna dilectione significat. Propter multā em̄ charitatē deus miseratus est nostri, cuius imitatores effecti, non immerito adoptatos nos ostendimus à deo in filios. ¶ Horrāmur autē uos fratres abūdare magis, & eniti gescere, & uestriū negociū agere, & opari manibus uestris, sicut uobis præcepimus, ut honeste ambuletis ad eos q. foris sunt, & nullius desiderii sit uobis.) Itē hortatur eadē, ut data opa abundent bonis actibus. Vt em̄ significet uere hoc esse qd. placet deo, se frequenter hoc monet. Iustitiæ em̄ uia tenenda est, ut ad misericordiā iure ueniat, ut qui sunt inferiores substantia, manibus laborent, ut ipsā intentione tollātur à uulgari inquietudine, & à praua cogitatione, ut disciplina eorū etiā ab infidelibus lauderetur, & prouocari ad fidem possint. ¶ Nolumus autem uos ignorare fratres de his qui dormiunt, ne cōtristemini, sicut & ceteri qui spem non habent. Nam si credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, sic & deus illos qui dormierūt

IN EPIST. AD THESSAL. 909

per Iesum adducet cum eo.) Manifesta est ratio, quia si resurrectio creditur mortuorum futura, non sunt lugendi qui cum signo crucis exeunt. Lugendi autem uerē sunt infideles, qui hinc transeūt in gehennam, ut ediscāt uerum esse quod credere noluerunt. Fideles autē resurgēt ad gloriam, ut qui in seculo stulti habitū sunt propter fidem, uideantur prudentes. Prouiderunt em̄ sibi gloriam. Hi sunt qui per Iesum, id est sub spe fidei huius exeutes, adducuntur cum eo in aduentu eius, ut ab hominibus uideantur. Cum ramen ipse defuncti excessum lugendum prohibeat, ipse a tibi dicit: Ne tristitiam habere. Sed iam suo loco solutum est. ¶ Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, quia nos qui uiuimus, qui subrelictī sumus in aduentu domini, non præuenimus eos qui dormierūt, quia ipse dominus in iussu & in uoce archangeli, & in tuba dei descēdet de cælo, & hi qui mortui sunt, in Christo resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, unā cum illis rapiemur in nubibus obuiam domino Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Quare consolamini uos inuicem in his uerbis.) Sensem domini loqui se profitetur cum dicit: Hoc uobis dicimus in uerbo domini. Vt enim fidam spem & ratam gloriam resurrectionis sanctis promissæ demonstrat, ordinem ipsum quomodo futura sit, exponit, nutu iudicis Christi sancto spiritu intumante: ut ipsa spe, qui charos suos præmiserunt, non doleant, addicentes quia in aduentu domini priores resurgent qui in Christo moriuntur. Ipse enim Christus dominus uoluntate patris quasi primus angelus dei cum exercitu cælesti, sicut continetur in Apocalypsi Ioannis apostoli, descendet de cælo ad gerendum bellum nomine dei contra antichristum. Quo extincto, iussu eius resurgent mortui. Hoc est ergo in tuba dei descendere, nomine dei bellum gerere. Est enim, ut ipse dixit ad Iesum filium Naue, dux & princeps exercitus domini, propter quod archangelus dicitur. Cum autem in tuba dei descēdet, deus est, quia utriusq. continent scripturæ, sicut in Exodo, quem angelū in flamma apparuisse Moysi legimus,

Philip. 2

Iosua. 2

statim



COMMENT. D. AMBRO.

statim ipsum in subiectis esse deum cognoscimus, id est filium dei, dicente eadem scriptura: Ecce accedens, inquit, Moyses, auertit se, quia non potuit considerare in faciem dei. Deus ergo est, quia filius dei uerus est. Dux autem & princeps ideo, quia caput omnium est, quia per ipsum omnia. Resurgentibus ergo primis, qui in Christo mortui sunt, deinde nos qui uiuimus, rapiemur una cum illis uanulis nubibus obuiam Christo in aera, ut cum domino oes ueniant ad praesentem, & quos occiderat, uideat uiuos: quia sicut domino famulatae sunt nubes, ita & his quos fratres suos dignatus est appellare. Et sic semper cum domino erimus. In ipso enim raptu mors proueniet, & quasi per soporem, ut egressa anima in momento reddatur. Cum enim tollentur, morietur, ut perueniens ad dominum, praesentia domini recipiant animas, quia cum domino mortui esse non possunt. Hac spe consolari inuicem iubet eos, qui adhuc more gentili charorum suorum excessum purabant legendum.

C A A P V T V.

DE temporibus autem & momentis fratres non est necesse uobis scribi. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies domini ut fur noctu sic ueniet. Cum dicit pax & firmitas, tunc repente eis superueniet interitus, quemadmodum dolor partus praegnantis, & non effugient. Hoc est quod in Euangelio dominus locutus est dicens: Vigilate, quia nescitis horam quia dominus uester ueniet. Et iterum: Si quis uobis dixerit: Ecce hic Christus, aut ecce illic, nolite credere. Subito enim & ex insperato apparebit sicut coruscatio apparet ab oriente in occidentem, habens secum militiam exercitus dei patris ad perditionem antichristi, & satellitum eius. Cum enim securi fuerint perfidi de regno diaboli, interfecit sanctis, Enoch & Helia, & laeti de uictoria inuicem sibi mittentes munera, sicut dicit Apocalypsis: Tunc illis subito ueniet repentinus interitus. In aduentu enim suo Christus hos oes disperdet, ut uidentes sancti qui euaserint, glorientur.

¶ VOS

IN EPIST. AD THESSAL. 1^{ra}

¶ Vos autem fratres non estis in tenebris, ut uos dies ille tanquam fur comprehendat. Omnes enim uos filii luminis estis & filii diei, non estis noctis neque tenebrarum. In tenebris ignorantiam significat & mendaciam, in die autem scientiam & ueritatem. Idcirco Christianos non in tenebris esse dicit, gentiles autem uel incredulos Iudaeos filios tenebrarum, quia cultores sunt mendaciam. Quamobrem fideles securos esse debere significat, quia non ignorant futurum aduentum domini, sed expectant solliciti ut ueniat: qui autem ignorant diffidentes de eo, repente illos comprehendet improvidos, & interficiet. ¶ Igitur non dormiamus sicut & ceteri, sed uigilemus & sobrii simus: hi enim qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur, nocte sunt ebrii. Nos autem qui dieti sumus, sobrii sumus, induti thoracem fidei & Charitatis & galeam spem salutis, quia non posuit nos deus in iram, sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis, ut siue dormiamus siue uigilemus, simul cum eo uiuamus. Propter quod exhortamini inuicem & edificate alterutrum, sicut & facitis. Apertum est quod dicit. Commonet enim ne securi de nomine saluatoris, negligenter agamus, ideoque tribus propugnaculis nos muniri debere, id est fidei, & spei, & charitatis. Dum enim fides manet, spem excitat: spes autem necessaria sollicita est de promissione, nec dormit, charitas autem deuotum offeret deo. Nihil enim aduersum admittit charitas. Idcirco enim mortuus pro nobis dominus Iesus, et resurrexit, ut siue uigilemus, hoc est uiuamus, siue dormiamus, id est moriamur una cum illo aeterna uita fruamur. Hoc est quod supra dixit quia fideles in aduentu domini, iam mortui quam uiui obuiam tollentur domino & sic semper uiuent cum eo. In hoc meditandum docet, ut inuicem se in eo aedificent sensum. ¶ Rogamus autem uos fratres, ut cognoscatis eos qui laborant in uobis, & praesunt uobis in domino, & monent uos, ut illis summissi honorem habeatis in charitate propter opera ipsorum. Pacem habete inter uos.) Hoc est quod dicit & in alia 1. Tim. 5 epistola



COMMENT. D. AMBRO.

Prouer. 10

epistola, presbyteros duplici honore honorados, qui laborant in uerbo & doctrina. Potest enim pigere eum, qui per inopiam patitur, exercitium facere quod profit audientibus. Quid enim prodest honorem sine fructu habere? aut quid magnum est offerre ei carnalia, qui tribuit spiritualia? Sicut enim diuitiae negligentiam pariunt salutis, ita egestas dum saturari quaerit, a iusticia declinat. Hinc Salamon, nec nimis diuites se petit fieri, nec egestosum. Hoc ipsum tamen in charitate fieri debere, ut honorificentia sacerdotis non de timore magis sit, sed de amore, ut etiam illi proficiat qui facit. Res enim quae sponte non fit, ad effectum non peruenit, quamuis ad praesens proficiat fumentis, nihil tamen proderit in futuro danti. Et quia dissensio multa generat mala, pacificos eos esse hortatur. ¶ Rogamus autem uos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, opitulamini infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini in inuicem & in omnes. Semper gaudete in domino, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Haec est enim uoluntas dei in Christo Iesu in uobis. ¶ Quonia necesse est quosdam in plebe esse immodestos, quosdam autem pusillanimes, hoc est timidos, quosdam uero fide infirmos, ideoque hos qui modesti sunt & magnanimes & fide fundati hortatur cum prece, ut his consulant, ut possint proficere susferentes eos, ne si retributio fiat malorum, peiores se fiant. Idcirco nihil aliud quam bonum sectandum horrae non solum in causa fratrum, sed & in omnium. Possunt enim bonis operibus attrahi infideles ad credulitatem, ex qua semper gaudeatur in domino, hoc est in bonum, orandum autem sine intermissione. Sedulae enim preces prouocant animum iudicis ad dandam misericordiam. In omnibus uero actibus bonis, deo gratias agendas quae hanc tribuit doctrinam in Christo Iesu domino nostro. ¶ Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Omnia autem probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete uos. ¶ Hoc dicit, ut non facile alicui per

IN EPIST. AD THESSAL. 19

per spiritum loquenti, interdicitur. Extinguitur enim incipientis loqui seruator contraditione sopitur, ne forte non intelligentes dici ab eo spiritualia, iniuriam faciant spiritui sancto, & peccent per ignorantiam, neque aliquem qui quasi scripturas reuelet non audiri patienter debere, sed omnia dicta examinari & sic iudicari, ne forte gratia datam fratri dum respuunt auctori repugnent. Omnia ergo quae dicuntur probanda monet, & quicquid sobrie & bene dictum fuerit retinendum. Quaecumque enim apostolorum & ipsius domini dictis congruunt, ea bene dicta habenda sunt & retinenda, ab his autem quae inimica fidei uidentur abstinendum. Solent enim spiritus mundi fallaciter, quasi per imitationem dicere bona, & inter haec subinducere praua, ut per haec quae bona sunt accepto ferantur & mala, ut quia unius spiritus dicta putantur, non discernantur ab inuicem, sed per id quod licitum est commendetur illicitum, auctoritate nominis non ratione uirtutis. Solent enim sub apostolorum nomine & ipsius domini nefanda docere & aduersa, ideoque omnia probanda monet, quia non possunt eloquia domini esse diuersa. Hinc est unde & Ioannis apostoli epistola. Nolite, inquit, omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt: quia si multa bona dicat, in aliquo autem quod fidei aduersum est promat, sciatur non esse spiritus sanctus. Nihil enim erroris in spiritu sancto poterit reperiri. Sed aut per exercitium eloquii quaedam spiritualia, quaedam uero carnalia, quia omnis error carni deputatur, aut certe commento quodam astutiae bona fingit, ut his inserat mala, sicut supra memorauimus. Quem admodum in Montano & Priscilla & Maximilla prophetis Cataphrygarum, spiritus mundi imitatione quadam boni simulant, ut per multa uerisimilia, necnon & uera, mentiretur se esse spiritum sanctum. ¶ Ipse autem deus pacis sanctificet uos per omnia perfectos, ut integer spiritus uester et anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. ¶ Deus pacis Christus est. Ait enim: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Quippe

1. Ioan. 4



Quippe cum omnia quæ habet pater filij sint, hunc sanctificare nos oportet apostolus, ut nos illustrer pietate clementiæ suæ, & omne uotum nostrum dirigat in perfectione, ut integer sit spiritus datus nobis. Turc enim integer est si bonæ uitæ studeamus, animam habentes mundam & corpus sine querela, ut totus homo sit perfectus. Potest enim corpus mundum esse & anima inquinari per malum cogitatum, ideòq; spiritum in homine mundum dicit esse debere. Si autem mala uita uel cogitatio intercedat, non erit integer spiritus, quia deserit hominē peccatis obnoxium. Dum enim dissentit anima & corpus, quāuis sine sensu sit, alieni ab illo efficiuntur, & perdēs eos non erit integer spiritus. Ad hoc enim datur homini, ut maneat & sit quasi caput eius. Integer ergo nō erit quia perdit membra, dum recedit ab eo homo ea agens quæ odit spiritus sanctus. ¶ Fidelis est deus qui uocat uos, qui & faciet. Fratres orate pro nobis.) Fidelem deū dicit in promissis suis, ut securi de præmio recte uersentur. Et quia qui recte uiuunt iuxta euāgelium, facile poterunt impetrare quæ postulant, idcirco orare eos pro se hortatur. Facile enim multi impetrant quod desiderant. ¶ Salutate fratres omnes in osculo sancto.) Sancta oscula sunt in salutatione Christiana, cætera carnalia sunt, quia quicquid sine Christo sit, carnale est, ac per hoc & mortale. Qui enim autorem uitæ contemnit in morte est. ¶ Adiuro uos per dominum ut legatur epistola hæc omnibus fratribus.) Astringit eos, ut solliciti sint ad legendam epistolam cunctis fratribus, ut cognoscant & laudes & admonitiones suas per quas fiant perfecti. ¶ Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum.) Sic illos in bonis operibus uult proficere, ut gratia domini nostri Iesu Christi per maneat in eis in æternum.

DIVI

DIVI AMBROSII

MEDIOLANENSIS EPISCOPI
commentarij in epistolam beati Pauli
ad Thessalonicenses II.

PRAEFATIO.

Quoniam in prima epistola ad Thessalonicenses data, inter cætera etiā de aduentu domini quædam scripsit, & de resurrectione sanctorum: Nunc aliam scribit ad hos in qua significat licet obscure, nec enim posset aperte scribere, de abolitione regni Romani, & de antichristi apparentia & damnatione, & de quorundam fratrum inquietudine.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS & Syluanus & Timotheus ecclesie Thessalonicensium in deo patre nostro & Christo Iesu, gratia uobis & pax à deo patre & domino Iesu Christo.) Solemnibus uerbis scribit ad eos. Solito enim more sermonum caput continetur epistola, & idem ipsi tres sunt quorum nomine scribitur sicut & prima epistola. ¶ Gratias agere debemus deo semper de uobis fratres sicut dignum est, quoniam superexcreuit fides uestra & multiplicatur charitas uniuersiuusq; omnium uestrum in uos inuicem.) Deo se debitores de horum profectu in gratiarum actione profitentur, & ut non qualecunq; esse debetum ostenderet, sicut dignum est ait, ut pro tam infinito dono satis magnas gratias referendas deo testarentur. Post acceptam enim primam epistolam meliores esse quæ fuerant perstiterunt, ita ut in eo copiosi & abundantes uiderentur, quod post domini & dei deuotionem habemus mandatum, ut diligamus nos inuicem. ¶ Ita ut nos ipsi in uobis gloriemur in ecclesijs dei pro patientia uestra & fide, in omnibus perfectionibus uestris & pressuris

Kk fts



COMMENT. D. AMBRO.

ris quas sustinetis in exemplum iusti iudicij dei, in hoc ut digni habeamini regno dei pro quo & patimini.) Gloriam esse suam in horum conuersione & persecutione toleranda testatur, intantum ut apud ceteras ecclesias exempla eorum proferantur, ut imitatione eorum crescant in deuotione passionum pro Christo, ut mereantur consequi quae promissa sunt sanctis in die iusti iudicij dei, cuius amore mundum spernere non dubitarunt. Ipse enim pressurę exempla sunt futurorum meritorum in his qui pariuntur ad gloriam, in illis autem qui persequuntur ad perditionem. ¶ Siquidem iustum est apud deum retribuere eis qui uos deprimunt pressuram, & uobis qui pressuram sustinetis requiem nobiscum, in reuelatione domini Iesu de caelo cum angelis uirtutis eius in igne flammarum dantis uindictam in eos qui non nouerunt deum, & in eos qui non obaudiunt euangelium domini nostri Iesu Christi, qui poenas soluent in interitum aeternum a facie domini & gloria uirtutis eius. Quoniam exemplum iusti iudicij dei apparere dicit, siue in bonos siue in malos, idcirco subsecutus ait: Siquidem iustum apud deum, ut reddat unicuique secundum opera sua. Quid tam iustum ut qui in seculo bonos deprimunt & extorres faciunt persecutionibus, in futuro eadem patiantur quae faciunt, illi autem ut sint in requie cum ceteris sanctis, qui de magna tribulatione uenientes regnum accipient eternum in aduentu domini de caelo, cum coeperit uenire cum caelestis exercitu suo, & ministro igne ad dandam uindictam in paganos qui ignorant deum patrem esse Iesu Christi, & Iudeos qui dicunt se deum scire, non credunt euangelio Christi quod dedit illi pater deus ut traderet seruis suis. Quos omnes praesentia domini & gloria maiestatis eius ignis exuret, ut debitas reddant poenas interitus in eternum, semper sentientes non tamen penitus deficientes, ut ipsa poena illos quodammodo generet semper quo consumantur. ¶ Cum uenerit clarificari in sanctis suis & mirificari in omnibus qui crediderunt, quia fidem habuit testimonium nostrum super uos in die illa aduentus domini.) Dupliciter continet sensum. Adueniet enim punire malos & glorificare bonos. Ipse enim clarus & mirabilis

IN EPIST. AD THESSAL. 377

bilis uidebitur in eos qui credunt exemplo & fide apostolorum, cum fuerint coronati, testimonium reddente illis euangelio in die domini. Seuerus autem apparebit incredulis cum aeternis poenis coarrari coeperint. Corona enim discipulorum magistri est gloria, & ueritas eius incredulorum est poena, quia quod praedicabatur non crediderunt. ¶ In quo & oramus semper pro uobis, ut uos dignos habeat uocatione sua deus noster & impleat omni placito bonitatis & opere fidei in uirtute, ita ut clarificetur nomen domini Iesu Christi in uobis & uos in ipso secundum gratiam dei & domini Iesu Christi.) Gaudio addit & preces, ut quia deuoti sunt, dignes deus adiuuare eos, ut perficiant opus coepit ad claritatem domini nostri Iesu Christi, ut persecurantia discipulorum testimonium sit magistrum ad gloriam. Autoritas enim magistrum in discipulorum est fiducia, cum se in accepta gratia faciunt digniores.

CAPVT II.

Rogamus autem uos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi & nostrae congregationis in idipsum, ne facile moueamini a sermone uestro neque conturbemini, neque per spiritum, neque per uerbum, neque per epistolam tamquam a nobis missam, quasi instet dies domini. Ne quis uos seducat ullo modo, quoniam nisi uenerit defectio primum, & reuelatus fuerit, homo ille peccati filius perditionis qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostendens seipsum quasi sit deus. Obsecrat eos ne leuiter & facile de aduentu quasi imminentis domini opinionem reciperent, & talia mandata, ut etiam si per spiritum aliquis uelut propheta fuerit locutus credi ei non debeat, neque sic pertractatum, aut per epistolam nomine forte apostolorum scriptam, assensum tribuendam. Solent enim tergiversatores, ut fallat sub nomine clarissimi uiri epistolam fingere, ut autoritas nominis possit commendare, quod per ipsum receptum non possit. Hoc ideo ne ipsa perturbatio dum incauti inueniretur possint seduci, ad adorandum diabolum



Ioan. 3

Ium qui idcirco hæc iactabit, ut sub saluatoris nomine apparens ac fallens sanctos, uelit se adorari, ut decipiat credentes in Christum. Sed ut locum aut occasionem fallendi quam se putat habere non habeat impudentissimus satanas, tempus & signa aduentus domini designauit, quia non prius ueniet dominus quam regni Romani defectio fiat, & appareat antichristus qui interficiet sanctos, reddita Romanis libertate sub suo tamen nomine. Sciens enim uenturum dominum ad se comprimendum, nomen eius sibi usurpabit, & ut regnum eius uerum esse uideatur, attrahet secum qui simul cum eo pereant, ita ut in domo domini in sede sedeat Christi, & ipsum deum se asserat non filium dei. Vnde in euangelio ad Iudæos dominus ait: Ego ueni in nomine patris mei, & non me recepistis, si alius uenerit in nomine suo illum accipietis. Quamobrem ex circumcisione, aut circumcisum illum uenire sperandum est, ut sit Iudæis credendi fiducia illi. Itaque cum Thessalonicensibus scribit Apostolus, docet omnes in re huiusmodi cautos esse debere. ¶ Non meministis quod me adhuc apud uos agente, hæc dicebantur uobis: Et nunc quid derineat scitis, ad hoc ut reuelatur ille in suo tempore. ¶ Hoc superesse dicit ut reuelatur ille qui ante dominum uenturus est, ut iam speretur & dominus uenturus, quod supra quasi sub uelamine factus est, dicens: Nisi prius uenerit defectio, quam regni Romani abolitionem superius intelligendum memorauimus, ut cum defecerit & uenerit antichristus, tunc aduentus domini imminere credatur. ¶ Nam mysterium iam operatur iniquitatis tantum ut qui nunc tenet teneat, quousque de medio fiat. ¶ Mysterium iniquitatis & a Neptone inceptum est, qui zelo idolorum & apostolos interfecit, instigante patre suo diabolo, usque ad Diocletianum, & nouissime Iulianum, qui arte quadam & subtilitate, ceptam persecutionem implere non potuit, quia desuper concessum non fuerat. His enim ministris utitur satanas, ut interim sub turba deorum ad seducendos homines unius ueri dei manifestatione illudat, quamdiu steterit regnum Romanum

Romanum, hoc est, quod dixit: Donec de medio fiat. ¶ Et tunc reuelabitur ille iniquus quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illuminatione presentie suae. Cuius est aduentus secundum operationem satanae, in omni potestate & signis & prodigijs mendacij. ¶ Post defectum regni Romani apparituum antichristum dicit, sicut memoratum est. Nouissimo enim tempore sciens diabolus imminere sibi interitum, deficiente autem regno Romano, & ille de caelis mittetur deorsum proiectus in terram, sicut dictum est in Apocalypsi Ioannis apostoli: subornabit sibi in quo & per quem signa quaedam uirtutis permisso iusti dei faciens, se commendat ut adoretur, quasi sit deus. Inhabitabit enim, ut sicut filius dei diuinitatem suam homo natus uel factus signis ac uirtutibus demonstrauit, ita & satanas in homine apparebit ut uirtutibus mendacij ostendat se deum, sicut supra dictum est. Reuelatio uero mysterij iniquitatis hæc est. Cum enim apparuerit antichristus, cognoscetur ipse esse quasi eorum deus, quos prius nutu eius ut deos coluit uulgus, quorum sit ipse primus aut summus, quod signorum uirtutibus faciet credibile. Ideo portenta mendacij dixit, quia hoc se uult credi per signa quod non est, ut decipiat quos circumuenturus est. Quod sanctis ideo predictum est, ut sciant quid caueat. ¶ In omni fallacia iniquitatis his qui pereunt, pro eo quod dilectionem ueritatis non susceperunt, ad hoc ut salui fierent. ¶ His dicit fallaciam iniquitatis prodigiorum eius proficere, qui perituri sunt. Quia enim ueritatis charitatem spreuerunt per quam saluari potuerant apostolis predicantibus, traditi sunt diabolo, nolentes enim saluari deferuntur a deo. ¶ Et idcirco mittit illis deus operationem erroris in hoc ut credant mendacio, quatenus iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. ¶ Operatio erroris est falsis fidem committere, ut qui claritatem luminis diem esse consentire noluerunt, putent tenebras diei dici debere, ut possint propensiori delicto rei facti sine contradictione damnari ueritatis inimici, fautores autem



iniquitatis. ¶ Nos uero debemus gratias agere deo semper de uobis fratres dilecti à domino, quia assumpsit uos deus à principio ad salutem in sanctificatione spiritus & fide ueritatis, in quam & uocauit uos per euangelium nostrum. ¶ (Acquisitione gloriæ domini nostri Iesu Christi.) Hoc loco prescientia dei personat, qui scit omnium mentes ante natiuitatem eorum. Nec enim latet illum qui credituri sunt: idcirco à principio scit hos fideles fore qui credentes augmentum fidei faciunt non detrimentum. Sanctificati enim per fidem ueritatis euangelij filij dei acquiruntur ad augmentum gloriæ corporis Christi, sicut in alia epistola ait: Ut crescant, inquit, omnia in incrementum dei. Quicumque enim deserto diabolo confugiunt ad fidem Christi, augmentum faciunt deo in corpore Christi, qui prius fecerat detrimentum. ¶ Itaque fratres siate & tenete traditiones nostras quas didicistis, siue per uerbum, siue per epistolam nostram. ¶ Ut prescientia dei maneat in salutem illorum, idcirco in traditione euangelij standum, ac perseverandum monet, ut solliciti sint, ne desidia & ocio torpentes in operibus dei, non impleant quod ceperunt. Sic enim prescit credere & posse manere si crebra admonitione pulsentur. ¶ Ipse autem dominus noster Iesus Christus, & deus pater qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam & spem bonam in gratiam, & soletur corda uestra & stabiliat in omni opere & uerbo bono. ¶ Quoniam pater & filius una uirtus unaque diuinitas & substantia est, ideoque non dubitauit primum dominum nostrum Iesum Christum nominare: deinde deum patrem nostrum, dignatione eius non ueritate nature, qui intantum dilexit nos ut filium suum daret pro nobis, deum pro hominibus, pro seruis dominum, pro adoptiuo filium uerum, ut mors eius uita nostra fit, & resurrectio eius iustificatio nostra. Secundus autem aduentus eius requies uite nostræ, & gloria in æternum, ut ista spes consolatio sit presertim pressurarum, per quã fundati crescerent in bonis operibus & doctrina.

CAPVT III.

Quod



Vod reliquum est fratres orate pro nobis, ut uerbum domini currat & clarificetur, sicut & apud uos, & liberemur ab iniquis & nequam hominibus. Non enim omnipotens est fides. De cætero orandũ hortat, ut dignetur deus doctrinã suam infatigabili cursu dirigere & transfundere per os apostoli sui in aures audientium, & ut cõpesceret & sedaret malorum hominum seditiones qui diffidunt ueritati, & loquendi fiducia cresceret apostolo ad eius fructũ & cõuersionẽ multorum. ¶ Fidelis autem deus qui stabiliet uos & custodiet à malo. ¶ Quoniam deus fidelibus & bonæ uite hominibus auxiliũ suum non defuturus: in necessitate promissit, ad cõfirmationem illorum, hi autem tam in fide quã in opere emuli erant bonorum, idcirco fidelem deum dicit in promissis eius, quia prouidentia eius esset circa eos. ¶ Confidimus autem in domino de uobis quoniã ea quæ præcepimus & facitis & facietis. ¶ Propter quod mereri illos, ut dei defensione tutos præstari cõsideret, idcirco ea quæ illis præcipiebat in nomine domini fieri ab illis & futura esse non dubitabat. ¶ Dominus autem dirigat corda uestra in dilectione dei, & expectatione Christi. ¶ Hoc illis exoptat à deo quod non ambigit posse præstari, ut in dei charitate cor eorum, proficeret ad expectandũ aduentũ domini, ut contempto seculo desideret aduentus eius qui seculũ uicit. ¶ Denuncia mus uobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi discernere uos ab omni fratre intemperanter ambulante, & non secundum traditionem quã acceperunt à nobis. ¶ Quoniam in omni plebe non omnes obedientes sunt uerbo doctrinæ, non legis, sed sui placitũ & cõsilium sequentes, propter hoc declinãdũ ab his præcepit, ut cognoscant semetipsos errare. ¶ Ipsi enim scitis quæadmodũ debeat imitari nos, quia non intemperanter uiuimus apud uos, neque gratis panẽ edimus à quoquã, sed in labore & fatigatione nocte die operantes, ad hoc ne graues esse mus cuiquam uestrum, non quia non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus uobis ad imitãdos nos.



COMMENT. D. AMBRO.

Non illos dicit ignaros operis & laboris sui, quem sedulo exitu operabatur, ne pane indigeret alieno, ut exemplum daret eis ad imitandum illum. Neque enim reprehensibile esset si panem ab his reciperet ad corporis curam, qui animis illorum escam spiritalem praebebat, quae etiam corpori immortalitatem cum gloria procuraret. Tunc etiam exerta potest esse libertas, si semetipsum quod uentris causa aut pecuniae nulli subijciat suo pane contentus, maxime quod ad laudem magis proficit, si cum liceat & sit sumendi potestas contineat. Hic talis prodesse potest audientibus se. Reuerentiam enim habebunt rigoris huius, & ea quae ab hoc mandantur praetermitti non poterunt. ¶ Nam cum essemus apud uos, hoc praecipiebamus uobis quod si quis non uult operari nec manducet. Non solum uerbis docebat, sed hortabatur & factis. Idonei enim magistri est si ea quae uerbis docet, operibus expleat. Tunc enim addiscentes uera esse sciunt quae audiunt, si negligi illa non uiderint a doctore. Quamuis enim manifeste uera esse non ignorentur quae docentur, tamen si negligi ceperint a magistro, difficile proficient audientibus. Magis enim opera suadent quam uerba. Quam ob rem magis praemiis remunerandi sunt, qui negligentibus magistris de solis uerbis proficiunt, tam in opere quam in sensu. Forma enim erat his qui mediocrius uel tenuis erant substantiae in plebe, ut discerent quatenus libertatem suam non amitterent. Unde & Salomon: Raro, inquit, inferes pedem ad amicum tuum, ne saturatus tuus oderit te. Qui enim frequenter ad alienam mensam conuenit, ocio deditus aduleter necesse est pascenti se, cum religio nostra ad libertatem homines aduocet. Ideoque si quis, inquit, manducare spernit, cesset a labore, ut quia nullus sine cibo potest uiuere det operam laborandi, ut arbitrio suo uiuens deum possit habere propitium. ¶ Audiuimus enim quosdam ambulare inter uos intemperanter nihil operantes, sed curiose agentes. Qui ociosi esse desiderant id agunt quatenus occasio nascatur, qua introitum suum desiderabilem faciant domibus diuitum ambulantes

Prouer. 25

IN EPIST. AD THESSAL. 523

tes, gesta & opiniones uerborum subtiliter colligunt, scientes quid de quo uelint audire, ut libenter & requisiti pascantur. Quod factum ualde abhorret disciplina dominica. Horum enim uenter deus est, qui tanta cura necessaria prouident. ¶ His igitur huiusmodi denunciatus & exhortatur in domino Iesu Christo, ut cum quiete operantes suum panem manducent. ¶ Ut eis facilius suadeat, interposito nomine domini Iesu Christi, exhortatur eos ut obaudiant quid eis sit utile. ¶ Vos autem fratres nolite deficere in beneficiando. Quod si quis non obaudit uerbo nostro per epistolam hunc norate, & nolite cum eo conuersari, ut reuerentia confundatur. Non uelut inimicum existimetis, sed monete consilijs ut fratrem. ¶ Propter quod superius unumquemque suum panem manducare debere praecipit, ne forte quidam illorum occasionem parcitatis & inhumanitatis captarent, ideo statim subiecit: Vos autem, inquit, fratres nolite de fatigari benefacientes. Neque enim in reprehensionem uenit qui humanus in largiendo est, sed hic qui cum possit laborem ferre, ocio uult uitam agere. Quem si epistolae autoritas non corrigit, norandum hunc nec conuersandum cum eo praecipit, ut confusus qui ab omnibus eustatur subijceret se praecipit apostoli, quod tamen sine iracundia & contumelia uult fieri, ut patienter declinetur ab eo: ita tamen ut si res attulerit loqui cum eo, monendum illum, ut patiat se corripere, nec ultra praecipit apostoli contemnenda: familiaritatem quoque tamdiu cum eo non habere, quod iam obaudiens fiat. Nam si ad iracundiam contumeliam laceffatur, peior se fiet. Incitatur enim ad contumeliam, & incipit erratum suum uelle defendere, post autem erubescere emendare se, ne quod prius excusabat postea fateri uideatur. ¶ Ipse autem deus pacis det uobis pacem semper in omni loco. Dominus cum omnibus uobis semper. ¶ Quod suum est bono uoto illos profequitur quasi clarissimos filios, optans semper cum illis pacem manere quae est dux ad uitam aeternam. Cum his enim dominus se esse promissit qui fuerint pacifici. ¶ Ipsa

KK 5 salutatio



salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola, ita scribo.) Propter interpolas & adulteratores scripturarum, semper se manu sua in omni epistola sua salutationem subscribere testatur, ut sub nomine eius epistola accepto ferri non possit quae non fuerit manu eius subscripta. ¶ Gratia dñi nostri Iesu Christi cū omnibus uobis amen.) Hęc salutatio manu apostoli cōscripta est, qua gratiā dñi nostri Iesu Christi optat esse cū eis amē.

AD DIVI AMBROSII

BROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI

commentarij in epistolam beati Pauli ad Timotheum. I.

PRAEFATIO.

Timotheus filius fuit mulieris Iudææ fidelis, patre Greco, cuius causa paruulus circumcidi nō potuit. Qui studio matris suæ sacras literas didicit, quibus operam dans bonam sibi uitam instituit. Hunc Apostolus cum uoluisset assumere, sciens idoneum fore dispensatorem euangelicæ ueritatis, causa Iudæorum cōpulsus est circumcidere eum instantibus eis, ut qui matre Iudæa natus esset, incircuncisus assumi non deberet ad magistrum propter testimonium generis. Hunc ergo iam creatum episcopum instruit per epistolam quomodo deberet ecclesiam ordinare.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVVS apostolus Christi Iesu, secundum imperiū dei & saluatoris nostri Christi Iesu spei nostræ, Timotheo germano filio in fide, gratia, misericordia, pax a deo patre & Christo Iesu dño nostro.) Patris & filij imperio apostolum se factum ostēdit, ut in deo patre salutem & Christo filio eius spem prædicaret ut quia nemo negat salutem esse in deo, nec quisquā dubitaret

bitaret spem esse in Christo Iesu, quem a mortuis excitatum exemplum huius spei dedisse cognosceret. Hoc modo scribit Timotheo ut securus esset de sua ordinatione, quia imperio patris & filij electus esset ad docendū. Quæ uerum filium appellat, sed in fide, sicut dicit ad Corinthios: In Christo enim Iesu, inquit, per euangelium ego uos genui. Hęc uera & firma generatio est quæ nescit occasum, nescit morbos & pestilentiam, & quæ ignorat famem & sitim: Dicit autem in regno dei nullius egere, quia futura est dono dei immortalitas gloriosa in regno dei & Christi, quorum gratiam & misericordiam & pacem exoptat cum isto manere. ¶ Sicut rogauit te subremanere Ephefi cum irem in Macedoniam, ut denuncies quibusdam, ne aliter doceant, neque intendant fabulis & genealogijs infinitis, quæ quæstiones præstant magis iudificationem dei quæ est in fide.) Filius a patre rogari nō debuit, sed propter charitatis affectum & ut illi formam humilitatis ostenderet, obsecrat episcopus cōepiscopum suum ne pateretur Iudæos aliter populum iij ab apostolo tradebatur docere, ne oblectarentur fabulis quas narrare consueuerunt Iudæi de generatione suarum originum de Abraam & Isaac & cæteris patriarchis, & de circumcissione & his quæ postea tradita sunt a Moyses, ne circumuenirentur ad hec colēda quæ carnaliter data fuerāt. Quid enim opus est generationum quas constat esse infinitas per traducem facere mentionem, & quid & quatenus factum est sub uno quoque eorum, & non potius compendio per fidem salutem quæreres. Inde enim quæstiones oriuntur, cū quid & quādo & quō, & quare factū est tractatur, quæ res impedit salutem. ¶ Finis autē præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona & fide nō simulata, a quibus quidam errantes conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ dicunt, neque de quibus affirmant.) Quoniam omnium maior est charitas, hanc finem esse dixit, id est perfectionis cōsummationem omnium præceptorum, si tamen ex corde puro sit & bona cōscientia.

Vera

1. Cor. 4



COMMENT. D. AMBRO.

Vera enim charitas non potest malam uitam habere, nec simulatam fidem habere, in quibus omnis lex impletur, & propheta. Quidam autem Iudaeorum mysterium legis ignorantes & prophetarum, quia usque ad Christum seruanda sunt tradita, errauerunt, putantes praedicatione Christo & legem factorum in Neomeniis & circuncisione & fecis discernendis seruari debere. Idcirco in uaniloquio dicit eos conuersos, quia uolebant docere quae ignorabant. ¶ Scimus autem quia bona est lex si quis ea legitime utatur, certum habens hoc quod iusto lex non est posita, iniustus uero & inobsequentibus, impijs & peccatoribus, sceleratis & prophanis, patricidis & matricidis & fornicatoribus, homicidis, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periurjs, & si quid aliud sana doctrina aduersatur quae est secundum euangelium gloriae beati dei, quod creditum est mihi.) Bonam esse legem quae per Moysen data est non negat, ita tamen ut sensus legem & qua causa data sit, qui praedicatione Christo deservit illam ex parte qua lex factorum appellatur, circa dilectionem autem dei utatur ea, asserens & affirmans quae a saluatore dicta sunt in lege & prophetis. Hic enim legitime utitur lege, qui potest discernere ea quae ad tempus data sunt ab his quae perpetua sunt, & quae ad Christi pertinet sacramentum, seruari iam in futurum non oportere, quasi uenturus credatur qui iam uenit. Si enim omnia locis suis accipiantur bona sunt, si quo minus mala erunt asserenti peruerse. Peccare est enim unaquaeque minime locis suis exponere. Praeterea quia iustis lege non opus est, id est his qui accepta remissione peccatorum iustificati sunt, ne iam uiuant sub lege a qua liberati sunt domino dei per fidem Christi, ut de caetero seruata lege naturae, quae creatoris cognitionem recepit & non peccari hortatur, iudicij diem expectent, in quo iusti remunerandi sunt custodientes legem naturalem, quam si humanum genus ducere habuisset, lex in literis per Moysen data non esset. Sed quia contemptui ducta est quasi nullius esset auctoritatis

IN EPIST. AD THESSAL. 527

toritatis, scriptura firmata est, ut sciretur quod seruanda esset & propter tempus praesens, & quia requisiturus est in futurum qui illam firmavit, a quibus neglecta, & a quibus seruata est. Itaque non solum propter malos actus & uitia corporis legem datam dicit, sed & propter perfidiam qua spernebant creatorem, ut bene uiuere addicerent & gratias agerent conditori. ¶ Et gratias ago enim qui me confortauit Christo Iesu domino nostro, quod fidelem me existimauit ponens in ministerium qui prius eram blasphemus & persecutor & contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci nondum credens, Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione quae est in Christo Iesu.) Propter quod omnis incredulus infirmitatem animi patitur, confitetur carnali ratione ne credat spiritali, idcirco se Christo gratias dicit agere, quia apparatus maiestatis eius, imbecillitate mentis suae roborauit. Quia impossibile putabat esse quod de domini potestate & gemina natiuitate & resurrectione & spe praedicabat. Confirmatus autem talis uisus est qui dignus esset ac possit esse dispensator sacramenti dominici, ut ea uera per legem firmaret, quae prius amore legis incredibilia iudicabat, & in persecutionibus gauderet quas prius quasi iuste credentibus inferebat, dolens quia fecerat, laetus quia patiebatur. Tantam enim spem didicerat in eo quae ante negabat, ut plus gauderet in patientia quam prius exultauerat in perseguendo. Non enim malitia hoc agebat, sed errore, cui facile potest cum resipiscit ignosci. Qui autem scit uera esse quae negat, hic non errore hoc agit, sed maleuolentia, huius incurabile uulnus est. Inuidia enim concipitur falsum appellare quod scit uerum. ¶ Humanus sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus sum ego. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me ostenderet Christus Iesus omnem magnanimitatem & patientiam & exemplum eorum qui credituri sunt illi in uitam aeternam.) Quid tam gratum, tam iocundum quam peccatoribus indulgen-



COMMENT. D. AMBRŌ.

indulgentiā prædicare? Quis enim sine peccato est, ut hoc munus nõ cum omni gratiarũ actione suscipiat, deũ autõrẽ huius præferens & collaudans in Christo? Qui ut hominem peccatis ablueret, de cælestibus ad terrena descẽdens, carnem peccati accepit, terrenis se admiscuit ut eĩs cælestem efficeret. Mori se passus est, ut illum morte erutum paradiso redderet immortalẽ. Quis hæc bñficia nõ in infinitum extollat quæ deus præstitit homini, dñs seruo, cõditor creaturæ: ut plus esset adhuc in beneficijs humanis, q̃ cum fecit quæ non erant, postea q̃ fecit. Etenim relictus ab his & cõtemptus & cõtumelijs appetitus, addit ad bñficia non requisitus, ut gratiores esset, & plus præferendus dum reparat q̃ cum fecit, ut õnderet unũ se esse qui hæc omnia possit. Igitur sic Christus præsidium tulit homini, ut puritatem suam non uiolaret, nec amitteret potestatem. Hominem enim se nasci uoluit, pro certo habens carnis contactu minime se uiolari. Conuersationẽ humanæ se miscuit, sciens peccatis se corrumpi non posse. Occidi se passus est nõ nescius mortẽ sibi dominari nõ posse, sed eam sua opprimere potestate. Hæc ergo gessit, ut omnia se posse doceret. Humilitas enim ista non ad diminutionem eius proficit, sed ad gloriam, & non solum eius, uerum etiã in ipsam credentium. Dignitas est enim seruum esse potentis. Cum ante apostolũ multi utiq; credidissent Iudæorum ex his qui dñm occiderunt, Apostolus tamen ut se humiliet adhuc dolens de sua incredulitate: primũ se omnium peccatium uocat. Quĩ enim præ cæteris sacramento se imbuuit saluatoris, propius ad cognoscendã magnificentiã eius, accedens accusat se magis quã tantum boni tarde agnouit, nec ultro sed misericordiam eius quem prius ut hominem mortuum æstimabat. Hæc accusatio eius est, laus uero saluatoris q̃ ad exẽplum ceterorum credentium, persequentem se uocauit ad gratiã, ut per patientiã suam & magnanimitatem in eo ostenderet cæteris, qui inimico tam beneuolus extitit qualis esset futurus ad se decurrentibus. ¶ Regi autẽ seculorũ immortalĩ inuisibili soli deo honõr & gloria in secula seculorũ

IN EPIST. AD TIMOTH. 529

lorum, amen.) Hæc ad dei patris personã pertinent, quẽ immortalẽ ideo solum & inuisibilẽ appellat, quia omnis immortalitas ab ipso est, ut ipsi soli magis cõpetat in ueritate, quia quisq; immortalis est, non a se hæc habet, sed ab illo. Simili modo & in euangelio legit dñõ dicente: Quia nemo est, inq̃t, bonus nisi unus deus. Et iterũ ipse dicit: Bonus homo de bono thesauro profert bona, nemo tamen nisi unus deus bonus est, quia ipse fons bonitatis est, ex quo cæteri porantur ut boni sint. Ipse est & inuisibilis solus deus, quia nulli unquam uisus est. Omnia enim agit per filium, quem idcirco uisum dicimus, ut licet aliter q̃ est apparuisset tamen illum significemus. Honorificentiã ergo & gloriam deo patri in ueritate pronunciat, cuius pietate & prouidentia Christus liberauit peccatores ex morte. ¶ Hoc præceptum cõmendo tibi fili Timothee, secundum præcedentes super te prophetias ut milites in illis bonã militiam habens fidem & bonam conscientiam, quã qdam repellentes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus sunt Hymæneus & Alexander, quos tradidi satanæ, ut discant non blasphemare.) Postq̃ dei patris & Christi filij eius quæ & quanta beneficia sint circa peccatores homines memorauit, qui cum essent puniendi, non solum ignouit eis, sed & iustificauit & in filios sibi adoptauit, quo ordine populum disciplina ecclesiastica imbueret in subiectis ostendit, commonens ut memor electionis sue sanctus Timotheus ad id quod prædestinatus est impleat. Prædestinatus est enim quãdo ad hoc ab apostolo assumptus est, ut ordinaretur dignus iudicatus futurus episcopus, ut impleret militiam euangelicã in fide & pura conscientia. Qui enim fideliter docet, nõ potest malam habere conscientiam, Tunc enim fidem exhibet prædicationi si se abstinat a contrarijs omnibus, quia exẽplo bonorũ operũ multos laceffit ad credulitatẽ, fidentes de spe prædicationis. Nã q̃ fidẽ spernit, pculdubio malæ est cõsciẽtiæ. Aut enim hypocrita prædicat, aut apertus blasphemus, sicut erant Hymæneus & Alexander, qui deserentes fidem naufragi facti sunt, id est

Marc. 7.
Mar. 12

audi



nudi ueritate, aut priuati uita. Quid est enim ueritas nisi uita? Quos tradidisse se dicit sathanæ, ut emendarentur causa blasphemiarum. Traditio autem hæc est, quia commotus Apostolus blasphemis eorum, sententiam protulit in eos. Diabolus autem qui ad hoc paratus est, ut auersos a deo accipiat in potestatem, audita sententia corripit eos, ut intelligerent hac causa se pœnis astringi, quia blasphemauerant. Hinc est unde in euangelio dictum est, inter cetera: Iam noli peccare, ne quid tibi deterius contingat, ostendens causa peccati aliquando infirmitates inferri corporibus. Et quia ministro diabolo fiunt, declarauit dominus dicens inter multa: Hæc autem cum sit filia Abrahæ quam alligauerat sathanas decem & octo annis, non oportuit solui a uinculo die sabbati?

CAPVT II.

EXhortare ergo primum omnium fieri deprecationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & pro omnibus qui in sublimiori loco positi sunt, ut placitam & quietam uitam degamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum & acceptum est coram saluatore nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri & in agnitionem ueritatis uenire. Hæc regula ecclesiastica est tradita a magistro genitum, qua utuntur sacerdotes nostri, ut pro omnibus supplicent: Deprecantes pro regibus huius seculi ut subiectas habeant gentes, ut in pace positi in tranquillitate mentis & quiete deo domino seruire possimus: Orantes etiam pro his quibus sublimis potestas est credita, ut in iusticia & ueritate gubernent rem publicam, suppeditate recedat læticia. Panis enim confirmat cor, & uinum lætificat mentem. Postulantes uero pro his qui in necessitate uaria sunt, ut eruti & liberati, deum collaudent in columitatis autorem: Referentes quoque gratiarum actiones pro his quæ nobis quotidie dei prouidentia præstantur ad uitam, ut in his omnibus pariter collaudetur deus: ex quo

Ioan. 5

Luca. 13

Psal. 103

quo sunt omnia, & filius eius per quem sunt omnia, ut sopitis omnibus quæ huic imperio infesta & inimica sunt in affectu pietatis & castitatis deo seruire possimus. Perturbatio enim & captiuitas, nec pietatem seruat, nec castitatem. Unde enim pius qui nudus est, & unde castitas ubi potestatis suæ non est? Ut hæc ergo seruari possint, quies necessaria est, ut placira deo reddantur obsequia, qui omnes homines saluos uult fieri & cognoscere ueritatem. Hæc est, inquit, uita æterna, ut cognoscant te solum & uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Si deus utique qui omnipotens dicitur omnes homines saluos uult fieri, cur non impletur eius uoluntas? Sed in omni locutione sensus est, conditio latet. Unde dicit Petrus apostolus: Omnis scriptura indiget interpretatione. Uult enim deus, omnes saluos fieri, sed si accedant ad eum. Non enim sic uult ut nolentes saluentur, sed uult illos saluari si & ipsi uelint. Nam utique qui legem omnibus dedit, nullum excepit a salute. Nunquid non medicus, idcirco proponit in publico, ut omnes se ostendat uelle saluare: si tamen ab ægris requiratur? Non est enim uera salus si nolenti tribuatur, nec gaudere potest in percepta salute qui inuitus, si tamen fieri potest accepit medicinam, ut non dicam, quia medicinæ effectum habere non potest, nisi ad illam æger animum commodauerit, quia hæc medicina non est corporalis, sed spiritalis, quæ neque dubis proficit neque inuidis. Fides est enim quæ dat salutem, quam nisi mens tora susceperit uoluntate, non solum nihil proderit, sed & oberit. Fidei etenim gratia hanc habet potestatem ut deuotis sibi diuinam inuindat medelam, inde uotis uero conferat morbum quem totus homo intereat. ¶ Unus enim deus, unus & mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Dei & Christi unam significat esse uoluntatem in saluandis hominibus: Unde deum patrem, quia ab ipso est omnis autoritas, unum esse fatetur, & unum mediatorem dei & hominum Christum Iesum. Missus enim a patre factus arbiter reconciliauit deum & homines, reformando eos ad agnitionem eius. Quia enim unus est

Ioan. 17

2. Pet. 1



COMMENT. D. AMBRO.

pater & filius, non persona sed in differenti natura, ut ar-
bitratur esset dei & hominum, filius dei assumpta carne ho-
mo natus est, ut mediator dei & hominum homo esset
Christus Iesus, id est non sine diuinitate, quia in deo ho-
mo erat & deus in homine: ut ex utroque esset mediator
& utrumque reconciliaret in se primum hoc fecit. Non enim
poterat unitatem dei custodire mediator dei & hominis
uocari, quasi alius esset deus qui dissidentem hominem
deo in gratiam reuocaret: sed homo qui legem datam non
præteriret factus est arbiter inter eum qui peccauit, & in-
ter illum qui peccare ignorat, ut hic ignosceret, & homo
de cetero in dei fide maneret. ¶ Qui dedit semetipsum re-
demptionem pro omnibus. Cuius testimonium tempo-
ribus suis datum est, in quo postus sum ego prædicator
& apostolus, ueritatem dico non mentior, magister gen-
tium in fide & ueritate.) Quoniam homo reconciliatus
iam deo obnoxius erat morti infernæ, ne ad deum cui re-
conciliatus erat possit ascendere, saluator ut arbitrium
suum ad effectum perduceret mori se passus est contra
iuram, ut descendens ad inferos mortem de impietate quam
in eo gesserat damnaret, auferens ei quos tenebat, ut de
cetero quisque signum eius haberet ab ea teneri non pos-
sit. Cuius rei testimonium tempore quo resurrexit ostē-
dit. Destructio enim mortis, resurrectio mortuorum est.
Quam spem missus est hic Apostolus gentibus prædica-
re, ut ab eo discerent quæ spes esset in Christo. Hic enim
datus est magister ut fidem doceret & ueritatem. ¶ Vo-
lo itaque orare uiros in omni loco, leuantes sanctas ma-
nus sine ira & disceptatione.) Pacificum animum in ora-
tione esse debere ut ad effectum deducatur oratio. Sanctæ
enim manus sunt, quando cor mundum est, sic tamē
in omni loco orandum præcipit, ut competens locus in-
telligatur, non utique inopportuno aut sordido loco, quip-
pe cum prohibeat dominus uulgo orare, sed hoc mo-
net ne in sola ecclesia putaretur orandum. ¶ Similiter & mu-
lieres in habitu ornato cum uerecundia & pudicitia ornan-
tes semetipsas non tortis crinibus, aut auro aut margari-

tis,

IN EPIST. AD TIMOTH. 519

tis, aut ueste pretiosa, sed quod decet mulieres profiten-
tes pietatem per opera bona.) Humili habitu mulieres
orare debere, non in iactantia. Qui enim uult audiri, in-
clinare se debet, amara se pompa, ut misericordiam deum
prouocet. Habitus enim superbus, nec impetrat nec re-
cta de se facit credi. Quis enim prudentium iactanter or-
natam mulierem non horreat? Quantomagis auctor deus
qui corpus a se liberum factum obligatum metallis ui-
det? Nam humilis habitus bonæ professioni congruit,
ut possit non aliud æstimari quam cernitur. Quæ autem
in domo dei cum pompa se mauult uideri, non utique pro-
pter deum, sed propter homines consequitur quod uult
ut gloriosa uideatur, nihil consecutura a deo nisi macu-
lam. Quanto enim hominibus splendida uidetur, tanto
magis despicitur a deo. ¶ Mulier in silentio discat, in om-
ni subiectione. Docere autem mulieri non permittitur,
neque dominari uiro, sed esse in silentio.) Non solum habi-
tum humilem habere debere mulierem, uerumetiam au-
toritatem ei denegandam & subiiciendam præcipit ui-
ro, ut tamen habitu quam obsequiis sub potestate sit uiri ex
quo trahit originem. ¶ Adam enim primus creatus est,
deinde Eua, & Adam non est seductus: mulier autem se-
ducta facta in præuicationem. Salua autem erit per fi-
liorum generationem, si tamen in fide mæserint & in di-
lectione & sanctimonia cum pudicitia.) Præsertim uirum
mulieri propter quod primus creatus est, ut inferior sit
mulier, quia post uirum & ex uiro creata est. Adhuc & aliud
quia diabolus non uirum seduxit, sed mulierem. Vir au-
tem per mulierem deceptus est, ac per hoc nulla illi con-
cedenda audacia est, sed esse debet in humilitate: quia per
illam mors intrauit in mundum. Salua autem erit, inquit, per
filiorum generationem, si tamen in fide mæserint & cha-
ritate & pura uita. Hos enim filios dicit qui regenerantur
per fidem Christi: quia si in generatione sua pseuerauerint cum his
liberabit resurgens ex mortuis, non quod ab illis liberabit, sed
per illos generationem cum credunt quod destinati sunt in uitam
æternam, peruenitur ad resurrectionem ex mortuis,



COMMENT. D. AMBRO.

& fiet salua credentibus illis, & uitam castam agētibus. Tamdiu enim resurrectio suspēsa est, quamdiu omnes credant prædestinati ad salutem.

CAPVT III.

Vmanus sermo est. Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Quoniam episcopum bonæ uitæ esse oportet: idcirco qui episcopatum cupit bonum opus desiderat. Hoc enim cupiens, bonam uitam appetere uidet, si tamen non ab his declinet que in subiectis habentur, ne ambitione & desiderio pecunie hoc egisse uideatur. ¶ Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse. ¶ Qualis episcopus debeat esse describitur ut nemo episcopatum appetat, nisi fuerit fidus, qui ab omnibus contrarijs abstinere se potest, ut nō indignus sit sua professione. ¶ Vnius uxorem non sit habere prohibitum, ut tamen quis dignus ad episcopatum sit, etiam licita debet spernere propter sublimitatem ipsius ordinis, quia cæteris melior debet esse qui cupidus est sedis illius. ¶ Sobrius, pudicus, ornatum, hospitalem, docibilem, nō obnoxium uino, non uerberatorem, sed modestum, non litigiosum, non asperum, domum suam bene regentem, si istos habetem subditos cum omni charitate. ¶ Talem hominem qui hæc custodiat quæ enumerat bona creari dicit debere episcopum. Hæc enim signa sunt dignitatis episcopalis. Si autem quis potiora sectatus & corpus & animam suam deo dicauerit ne se copulet matrimonio, tantomagis dignus fiet. Ideo enim inferiorem posuit, ut de potiore nemo dubitaret. ¶ Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ diligentiam habebit? Manifestum est, quia tunc potest idoneus rector futurus probari, si prius domū suam recte gubernauerit. Qui enim in minimis fidelis est, & in magnis fidelis est. ¶ Non Neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Verum est, quia rudis in fide solet extolli superbia, maxime si accipiat ordinem. Nouitate enim & pote

Luc. 16

stare

I NEPIST. AD TIMOTH. 515

state inflatur, arbitrans se præ cæteris digniorem. Vidēs enim primo anno natiuitatis collatum in se honorem, putat non magis ad suum, sed ad aliorum profectum se uocatum, quasi beneficium religioni det magis quàm accipiat ab ea, per quam rem elarus incurrit laqueum diaboli. Inuenta enim occasione superbiæ illius satanas precipitat eum. Ideoq; in Salomone legitur: Superbis deus resistit. Vnde & in alia epistola idem Apostolus ait: Qui se putat esse aliquid seipsum seducit. Et dominus: Qui se, inquit, exaltauerit humiliabitur. ¶ Oportet autem eum & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt. ¶ Sensum dominicum secutus ait: Oportet futurū episcopum testimonium bonum habere ab extraneis, quia qui in minimis fidelis est, & in magnis, sicut dicit dominus. Si in alieno mammona fideles non fuitis, quod uestrum est quis dabit uobis, ut hic qui in mundanis rebus & cōuersatione humana fidelis minime inuenitur, dubiū nō sit, quia & in diuinis rebus idoneus nō erit: Si autem hominibus fidem exhibuerit, multo magis deo. ¶ Ne in opprobrium incidat & laqueum diaboli. ¶ Si timorem dei ante oculos non habuerit episcopus, tempori magis se commendans, hunc quasi infidelem & pseudoprophetaam deserit deus, & difformis uidebitur omnibus & maculosus, quia aliter facit quàm prædicat, uerbis suis ipse se accusans, quia deputatus est gregi satanæ. Tunc enim uera se probat prædicare, si ea conetur & gerere. Magna ergo cura eligendus est, qui domum dei regendam accipiat. Si enim terrestrium rerum dispensatores idonei quærendi sunt, quanto magis cælestium? ¶ Diaconos pari modo pudicos, non bilingues, non uino multo deditos, non turpibus lucris uacantes, habentes mysteriū fidei in conscientia pura: & hi autem probentur primū, & sic ministrent sine crimine. ¶ Qui tanta cura diaconos eligendos præcipit, quos constat ministros esse sacerdotum, quales uult esse episcopos, nisi sicut ipse ait, irreprehensibiles: Negocia tamē publica, turpia, uilia lucra nō habentes. Scit enim idēo negociari ut capiant lucra, nec

Gal. 6
Lucæ. 14

Li 3 aliud



aliud profitetur quā gerit. Turpia autē lucra hęc dicē esse, si sub pia professione quāstibus studeatur. Turpis enim deprehenditur, cum se purum ostendat. Post episcopum tamen diaconatus ordinationem subiecit. Quare, nisi quia episcopi & presbyteri una ordinatio est, uterque enim sacerdos est. Sed episcopus primus est, ut omnis episcopus presbyter sit, non tamen omnis presbyter episcopus. Hic enim episcopus est qui inter presbyteros primus est. Denique Timotheum presbyterum ordinatum significat: sed quia ante se alterum non habebat, episcopus erat. Unde & quemadmodum episcopum ordinet ostendit. Neque enim fas erat aut licebat, ut inferior ordinaret maiorem. Nemo enim tribuit quod non accipit. ¶ Mulieres similiter pudicas non studentes discordiē sed sobrias, fideles in omnibus. Quia sanctum pręcepit creaturi episcopum ad aquę & diaconum, non utique disparē uult esse plebem: quippe cum dicat dominus: Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Ideoq; etiā mulieres quę inferiores uidentur, sine crimine uult esse, ut munda sit ecclesia dei. Sed Cataphrygę erroris occasionem captantes, propter quod post diaconos mulieres alloquitur, etiā ipsas diaconas ordinari debere uana presumptione defendunt, cum sciant apostolos septem diaconos elegisse. Nunquid nulla mulier tunc idonea inuenta est, cū inter undecim apostolos sanctas mulieres fuisse legamus? Sed ut hęretici animū suum uerbis non sensu legis astruere uideantur, apostoli uerbis cōtra sensum nituntur apostoli, ut cum ille mulierem in ecclesia in silentio esse debere pręcipiat, illi e contra etiā autoritatem in ecclesia uidentur ministerij. ¶ Diacones sint unius uxoris uiri, filios bene regentes & domos proprias. Qui enim bene ministrauerunt, gradum bonum sibi acquirunt, & multam fiduciam in fide quę est in Christo Iesu. Ea quę minus dixerat de ordinatione diaconatus nunc subiecit. Ostendit etiā istos unius uxoris uiros esse debere, ut hi ad ministerium dei eligantur qui non sunt egressi cōstitutum dei; Homini enim unam uxorem decreuit deus

CUIUS

rum qua benedicatur. Nemo enim cum secunda benedicatur. Qui si filios bene gubernauerint, & domos suas, id est uernaculos aut domesticos, poterunt digni fieri sacerdotio, & fiduciam habere apud deum, ut sciant se posse impetrare quod postulant, iam de cetero se ab usu feminę cohibentes. Veteribus enim idcirco concessum est Leuitis aut sacerdotibus uxores ad usum habere: quia multum tempus ocio uacabant a ministerio aut sacerdotio. Multitudo enim erat sacerdotum & magna copia Leuitarum, & unusquisque certo tempore seruebat diuinis ceremonijs secundum institutum Dauid. Hic enim uiginti & quatuor classes constituit sacerdotum, ut uicibus deseruiret. Unde Abia octauam classem habuit, cuius uice Zacharias fungebatur sacerdotio, sicut continetur in Paralipomenon, ita ut tempore quo non illos contingebat deseruire altari, domorum suarum agerent curam. At ubi autem tempus imminerebat ministerij, purificati aliquantis diebus accedant ad templum offerre deo. Nunc autem septem diaconos esse oportet, aliquantos presbyteros, ut bini sint per ecclesias, & unus in ciuitate episcopus, ac per hoc omnes a conuentu feminę abstinere debere, quia necesse est eos quotidie pręsto esse in ecclesia, nec habere dilationem, ut post conuentum legitime purificentur sicut ueteres. Omni enim hebdomada offerendum est, etiam si non quotidie peregrinis, incolis tamen uel bis in hebdomada, & non desunt qui propē quotidie baptizentur ægri. Nam ueteribus ideo concessum est, quia multo tempore in templo non uidebantur, sed erant pręuati. Si enim plebis hominibus orationis causa ad tempus abstinere se pręcipit, ut uacent orationi, quantum legis leuitis aut sacerdotibus, quos die noctuq; pro plebe sibi commissa oportet orare. Mundiore ergo esse debet ceteris, quia actores dei sunt. ¶ Hęc tibi scribo sperans cito me uenire ad te. Si autem tardauero, ut scias quę ad modū oporteat te in domo dei cōuersari quę est ecclesia dei uiui, colūna & firmamentum ueritatis. ¶ Quantum

Leuit. 19

L1 4 ad



ad scientiam eius pertinebat, hoc erat in eo quod citius illum uisurus esset. Sed quia solet aliud placere deo, cuius providentia ipsi soli cognita est: idcirco ne forte, inquit, tardem, scribo tibi ut scias, quomodo ecclesia ordinata quæ est domus dei, ut cum totus mundus dei sit, ecclesia tamen domus eius dicatur, cuius hodie rector est Damasus. Mundus enim in præuaricatione est diuerso turbatus errore. Ideo illic necesse est dicatur esse domus dei & ueritas, ubi secundum uoluntatem suam timetur. Hoc profitentibus de eo seruis, quod ipse dignatus est edocere, ne forte uerba eius negarentur esse, uirtutibus hæc signauit quæ a nullo alio fieri possunt, ut his infidelitas accusata inexcusabilis pereat. Firmamentum enim ueritatis huius signa sunt & prodigia. ¶ Et quidem omnium confessione magnum est huius pietatis mysterium.) Nullum fidelium admirari negat sacramentum ueritatis in ecclesia prædicatæ, quam pietatem appellat. Magnanimitatem enim & clementiam suam cognoscentibus se diuina tribuit dona, excepta remissione peccatorum quæ hic in præsentem largitur. ¶ Quod declaratum est in carne, iustificatum est in spiritu, uisum est angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in gloria.) Sacramentum mysterij dei quod est Christus in carne dicit manifestatum quod latebat in spiritu. Natus enim homo filius dei qui in secreto erat apud deum, opere & prædicatione declarauit se creaturæ, & hoc est iustificatum esse in spiritu operibus & uirtute, clauis eum qui erat in carne quis esset: deinde apparuisse angelis, non iam in forma humilitatis sed in potestate. Tandem enim aspectu humilis uisus est per carnem, quæ diu deuicta morte resurgeret à mortuis & uideretur maiestatis eius quæ natus ut homo, non erat totus homo, ut agnoscere angeli mysterium, quod prius latuit, declaratum in carne, genu illi stercerentes quasi deo gratias agant, quia didicerunt ueritatem quæ gentibus prædicata est, ut ab errore liberarentur, in quo mundus proficit, ut non damnetur. Ideo enim creditum est mundo dei sacramentum ut

ut perfidia eius ueniam erroris mereri non possit. Sicut dicit dominus de Iudæis: Si non uenissim & locutus eis fuissim peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habebunt de peccato suo, quia quod uelut infirmum & deforme contempserunt, assumptum est in gloria. Post crucem manifestata persona & uirtute sua saluator palam famulantibus nubibus ascendit gloriosus in caelos.

CAPVT IIII.

Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide attendentes spiritus fallaces, doctrinas dæmoniorum in simulatione falsiloquorum, cauteriatam habentem conscientiam suam, prohibentium nubere, abstinere à cibis quos deus creauit ad percipiendum eum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerint ueritatem, quia omnis creatura dei bona, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per uerbum dei & orationem.) Quæ sibi spiritus sanctus futura reuelauerit ad instructionem ecclesiarum & cautelam non tacet, ut præmonita ecclesie sollicitæ sint, ne ab huiusmodi possint circumuenti hominibus. Quid enim tam clarum tamque apertum ad euitandos, aut magis condemnandos doctrinæ huius pestifere uiros potuit manifesta uoce præfari, nisi ut asseuerationem eorum fallacem ac simulatam doctrinam dæmoniorum nuncuparet, ut cum huius asseuerationis sermones audiuntur, à diabolo composita esse doctrina hæc sciretur, quam prædixerat spiritus sanctus, quæ de incarnatione saluatoris asserit falsa, quæ nunc in Marcionistis, quamuis penè defecerint, uel Patritianis, aut maxime in Manicheis denotatur. Hi enim & Christum natum negant & nuptias prohibent, & abstinendum à cibis tradunt. Quorum cauteriatam dicit conscientiam, hoc est simulatione corruptam, quia sicut cauterium corium quorum pit & notam infligit, ita & fallacia conscientiam quæ dolo maleuolentiæ aliud scit & aliud profitetur denotat

Ioan. 14



80 COMMENT. D. AMBRO.

ad perditionem. Iam enim hos immutari negat ut saluatur, quia sicut cauterium immutari non potest, ita nec eorum animus emendari. Nihil enim peius simulatione. Tales enim hi sunt, quales & Iudaei illi qui intelligentes Christum dei uirtute operari, in Beelzebub hæc ab eo fieri dicebant. Vt enim fabricatorem hominis male tractent, cum natos se non dolcant, nuptias tamen prohibentes, Christo carnem subtrahunt, & ut ad eius iniuriã proficiant, ab his quæ uerbis nostris instituit, abstinentium docent, ut per id quod despiciuntur mala esse & à malo autore inuenta uideantur. Hinc est unde Apostolus omnia à deo bona facta ostendit: si tamen cū gratiã rãctione sumantur. Immunda enim erunt ei qui nõ lau dat in his creatorem. Nec enim possunt bene illi proficere q̄ sic illa sumit ut male tractet autorem eorũ. ¶ Hæc igit̃ pponens fratribus bonus eris minister Christi Iesu, enutritus uerbis fidei, & bonæ doctrinæ quã assecutus es.) Quid tam uerum, quid tam clare & prouidum, nisi ut disciplina Christiana incorrupta tradatur, ut fructus eius in arẽa dñica fertilis ac firmus collaudetur? Hoc est, ut in die iudicij nõ reprobis & igni cõburendis cõsuetur. Hoc boni doctoris est atque idonei ministri dñi Iesu Christi, quippe cū enutritũ hũc dicat uerbis fidei & bonæ doctrinæ quã ab infantia hunc assecutum asserit. Qui em̃ integris omnibus Hebræorũ libris imbutus erat, accepta fide perfectũ fecit doctore. ¶ Prophanas aut̃ & aniles fabulas abnuet, exercēs temetipsum ad pietatem. Corporalis enim exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissionẽ habens uitæ præsentis & futuræ.) Prophana uerba aduersa intelliguntur. Aniles autem fabulæ deliramenta sunt quædam. Hæc quorundã perfipientium uocibus solent in contentionẽ deduci, ut quasi tractatus habeatur rei inanis, cuius affectus nullus est nisi uanitat̃. Ab his ergo quæ contraria sunt declinandũ monet, simili modo & ab illis quæ anilia sunt uanitate quadam composita. Sunt enim aliqui qui calore animi mittunt se in disputationes huiusmodi, Pietati autẽ ope

IN EPIST. AD TIMOTH. 341

ram dandam commonet, quia grandem habet profectũ. Qui enim misericordiæ student, senioribus uicem reddẽtes parentibus, & in præsentì uita auxilia dei non deerunt illis, & in futuro immortalitatem habebunt cum gloria. Exercitium autem corporale ad modicum utile dicit. Ieiunare enim & abstinere à cibis manente auctoritate creatoris non multum prodest, nisi addatur huic pietas, cuius opa multorũ precibus adiuuatur ad dñm p̄merendũ. Deniq̃ illos q̄ fratribus largi sunt & uarijs titulis obsequentes, in uitã æternam proficere euangelicus sermo testatur, dissentientes autem ab hoc opere in æternũ ignem. Corporis autem exercitium nihil aliud q̄ carnis frenata sunt. Si quis ergo, quia misericordia magna res est lubricum tamẽ carnis patiat̃, huiusmodi quid fiet: si ne dubio uapulabit, quia illud oportuit fieri, & hoc minime præmitti. Si autem solũ corporis habuit exercitiũ perhennes pœnas patietur, sicut in euangelio dñs repro misit. Omnis enim summa disciplinæ nostræ, in misericordia & pietate est. Aliud tamen exercitium corporis habent carnales, & aliud spirituales. Carnales enim sagina & dapibus nutriunt corpora sua, ut celeri motu proficiant ad perditionem. Spirituales autem ieiunij & abstinentia rēperant corpora sua, ut pigra facta circa desideria, possint digna esse futura resurrectione. Hic enim propter spem futurã castigat corpus, ille uero propter futuri desperationem fouet, curam eius agēs ad tempus ut moueatur citius ad peccandum. ¶ Fidelis sermo & omni acceptione dignus. Ad hoc enim laboremus & persecutiones patiamur, quia speramus in deũ uiuum, qui est salutaris omnium hominum maxime fidelium.) Dignũ est planẽ & accepto ferendum pro spe quæ est in deo, pat̃i persecutiones, quia in præsentì uita spes caduca est, in promissione autẽ dei firma atq̃ stabilis. Ipse est em̃ salus omnium, quia ex ipso & per ipsum uiuunt quantũ ad præsentẽ uitã pertinet omnes, quantũ uero ad promissam salutem fideles. Cognoscentibus enim se post hanc uitam quæ morte finitur, aliam se datũ: promissit quæ immortalitate



talitate uigebit. Ideo ergo ait, maxime fidelium, **¶** Pre-
cipe hæc & doce, nemo enim iuuentutem tuam contem-
nat, sed forma esto fidelium, in uerbo, in conuersatione,
in charitate, in fide & castitate.) Timotheus quantū ad
ætatem pertinet, iuuenis erat, quantum ad mores & cō-
uersationē senior & grauis. Quem ideo sic monet ut pro-
fectus eius per omnia exemplum esset bonorum operū,
ut in adolescente mirabilis uideretur & grauis discipli-
na, ut actus eius excusaret ætatem: & non quasi iuuenis,
sed quasi senior haberetur, & erubescerent maiores natu-
nisi se exhibuissent iuxta formam huius cōuersatione &
moribus graues, iuuenes autem coequum suum haberent
magistrū. Mirabilis adolescens sanctissimus Timotheus
cuius exemplo in disciplina coërcenda iuuentus est, &
seniorum irreuerentia puniēda. **¶** Dum uenio atten-
de lectionem exhortationem ac doctrinam. Noli negli-
gere gratiam quæ est in te, quæ data est tibi per prophe-
tiam cum impositione manuum presbyterij.) Intantum
hunc uult esse & deditum exercitio lectionis, ut omni cu-
ra diligentiaq; hoc enitatur ut exhortetur & doceat. Ex-
hortatio est cum miti uerbo aliquos prouocamus ad bo-
nū opus. Docere uero quando ea quæ latent intimamus
mentibus audientium. Si enim rector populi ab his dissi-
mulat, negligit gratiam daram sibi. Ad hoc enim creaf-
dux populo, ut huius salutaris sollicitudinem gerat, admo-
nendo, docendo, ut fructum habeat ordinatio, quem ad
hoc utiq; deus constituit ut proficiat saluti plebis suæ.
Qui ergo in hac autoritate positus indiligens fuerit, dei
contemptor habebitur, minimus in regno cælorum uo-
catus. Neq; em̄ poterit facere, q; nec docere dignaf. Gra-
tiam tamen dari ordinatoris significat per prophetiam
& manuum impositionē. Propheta est qua eligit, quasi
doctor futurus idoneus: manus uero impositiones uerba
sunt mystica, quibus confirmat ad opus electus, accipiēs
autoritatem teste conscientia sua, ut audeat uice domini
sacrificium deo offerre. **¶** Hæc meditare, in his esto, ut
profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi & do-
ctrinæ

Strinæ instā illis. Hoc enim faciendo, te ipsum saluum fa-
cies, & eos qui te audiunt.) Ut forma sit omnibus, non
solum in bonis operibus, uerum etiam in doctrinæ exer-
cizio admonet. Apparere em̄ debere significat exercitū
profectum, in doctrina duntaxat & in gestis. Bona enim
arbor bonos fructus facit. Similiter & bona doctrina ma-
la opera habere non potest, ut cum uisa fuerint bona o-
pera, diuini magisterij fructus esse intelligantur, & audi-
tores possint proficere. Tum uera enim & metuenda esse
intelligunt quæ dicunt, quando ab eo ipso qui docet ma-
gna ueneratione obseruari uidentur. Quod rectori ple-
bis duobus proficit modis. Et suorum enim bonorū ope-
rum & audientium mercedem accipiet, quomodo si ne-
gligēs fuerit, tam pro se quam pro eis redditurus est rati-
onem.

CAPVT V.



Eniorem ne increpaueris, sed exhortare ut
patrem, iuniores ut fratres, anus ut matres
adolescēntulas ut sorores, in omni castita-
te.) Propter honorificentiam ætatis maio-
rem natu cum māfuetudine ad bonū opus
prouocandum, ut facilius suscipiat admo-
nitionem. Potest enim uereri cōmonitus, ne postea cor-
ripiatur, quod turpe est seniori. Nam apud omnes utiq;
gentes honorabilis est senectus. Vnde & synagoga, & po-
stea ecclesia, seniores habuit, quorum sine consilio nihil
agebatur in ecclesia. Quod qua negligentia obfoluerit
nescio, nisi forte doctorum desidia, aut magis superbia
dum soli uolunt aliquid uideri, iuniores quasi fratres cē-
set admonēdos cum dilectionis affectu, ut uidentes amo-
ris causa se cōmoneri facilius se corrigant, quippe cum
uideant non discrepare opera eius à predicatione. Anus
uero quasi matres, ut dum miti sermone doceri se uident,
non aspere accipiant, quia honorifice proficiunt. Aspere
est enim senibus cum corripiuntur à iunioribus. Quod
temperamento quodam liniri uult, ut profectus sit & di-
centi & audienti. Adolescēntulas ut sorores admonet edo-
cendas



endas, ut prompte possint bonæ conuersationis suscipere disciplinam. Quando enim cum imperio insinuari sibi uidet quæ ad bonam pertinent uitam, & contentit humiliter se præbens admonenti. Blanditijs enim solent obtineri quæ autoritate non possunt. Nam animalia quædomembra sua zelantur blanditijs tamen cediunt. ¶ Viduas honora quæ uere uiduæ sunt. Has uiduas dicit honorandas quæ data opera uiduæ sunt. Quæ cum possent nubere, ut meliores essent & dignæ deo, secundas nuptias respuerunt, scientes semel benedicti coniugium, æmula sanctissimæ Annæ quæ ieiunijs & obsecrationibus deo seruiabat noctu dieque, unius uiri experta concubitus. ¶ Si qua autem uidua filios uel nepotes habet, discat primū domum suam pie tractare & mutuam uicem gratiarum reddere parentibus, hoc enim acceptum est coram deo. ¶ Viduam prius in hac uita & conuersatione dicit probandam, ut tunc demum digna sit uidua ecclesiæ nuncupari quæ non quæritus causa magis quæ defensionis ecclesiasticæ succumbat disciplinæ. Præire debent merita, ut accedenti debitus honor tribui uideatur. Quæ enim affectus suos pie tractauit & domum bene gubernauit, dei legem seruiabit digna effecta remuneratione ecclesiæ. ¶ Nam quæ uere uidua est & desolata sperat in deo & instat orationibus noctu dieque. ¶ Viduam filios aut nepotes habentē non facile admittendam ad stipendia ecclesiæ, quia si pie & sollicitè domum suam gubernauit, necesse est reddi illi uicem à suis, sicut & illa reddidit propinquis. Si autē ut assolet impietas fuerit operata ut anus despiciatur à suis quos pie tractauit, dignum esse hanc suscipi ab ecclesiā, quia in domini lege fideliter conuersata est. Vidua igitur desolata aut à suis cōtemptra, sperat in deo. Vidēs enim ex nulla parte se habere suffragium, toto animo deuota est deo, de quo solo auxilium uitæ salutisque exspectat. ¶ Nam quæ in delicijs est uiuens mortua est. ¶ Viduam propter quod uidua dicitur talem esse debere significat, ut ad dominum promerendum orationibus uæcet, deo seruiens noctu dieque, ut ostendat se idcirco nuptias

ptias secundas contempisse, ut instaret disciplinæ dominicæ. Si enim sub nomine uiduæ delictis uacet, aut luxuriæ uiuens, mortua habenda est, quia imposturæ genus est aliud agere & aliud profiteri, non obsequia & deuotionem dei, sed honorem uiduæ uolentes habere, cum nominis ipsius professio hoc indicet, quia spreto uiro, deum elegit, cui seruiat tota mente propter uitam promissam. ¶ Et hæc præcipe ut irreprehensibiles sint. ¶ Tātam diligentiam actuum ac morum uiduam uult habere, ut reprehendi non possit. Amota enim à spe mundanæ conuersationis & corporis curandi officio, propter hoc se ad deum cōtulit ut probabilem agat uitam. Sublaris enim occasio quæ aditus solent aperire peccatis, potest bona cōuersatio incolumis permanere. ¶ Si quis autem suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit & est infideli deterior. ¶ Hanc uiduam quæ negligens fuit circa suos affectos, ut educeret eos in disciplinam & correptionem domini inhonorandā, quia sicut perfidi legi dei non obediuit, ut peior habeatur necesse est, qui sub lege & timore dei agens cōtempitor est, quæ qui non subiectus est legi. Hic enim nescit, ille autem sciens contemnit. ¶ Vidua eligatur annorum non minus sexaginta quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios enutrit, si hospitio recepit, si factorum pedes lauit, si presuram patribus ministravit, si omne opus bonum subsicura est. ¶ Si prærogatiua præteritorum operum uidua cōmendatur eligendā hanc docet. Dñi enim iudicio ascribitur nomen eius ecclesiasticis monumentis quam dignā uetus uira declarat. Imbuta enim diuinis obsequijs, & in his uitam atterēs suscipienda est in sinu ecclesiæ cui olim se uouit legitimis seruitijs. ¶ Iuniores autē uiduas deuita. Cū enim in delictis, egerint, in Christo nubere uolunt. ¶ Prohibet adolescentulas uiduas in hac suscipi professione. Lubricæ enim ætati, fides facile haberi non debet, quippe cū quarundā exempla præcedant quæ post professionem uitæ delictarum oblectatione, nomen non erga uiduitatis habet, & cō



uerſæ nuptiis ſollicitatur. Qui enim putat ſe in Chriſto uitam delitijs agere minime innocens perfeuerat. Luxuria enim trahit illum ad ſua membra, ut ſubſciantur peccato, delitiæ enim ianuæ ſunt peccati. Non enim quò ten dat ignoratur qui fluidam amat uitam. ¶ Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.) Quid maneat tales oſtendit, ne facile audeant quòd implere difficile eſt, aut ſi animus eſt huic deuotioni deditus, apud ſe interim teneat, quia dicit temerarium eſſe profiteri, quòd adhuc iuuenili ætati credi non debet. Damnationi enim ſit obnoxius quò ab hoc declinat quòd recte fecerat. Quantum enim laudabile eſt ſi impleat quòd ultra uires eius creditur, tantomagis puniendus erit, ſi hoc audeat ſibi imponere præſumptione temeritatis quòd ferre non poſſit, nec ad ueniam debet pertinere, qui à primordio infidelis inuentus eſt. ¶ Simul autè & ocioſe diſcunt circũire domos. Non ſolum autè ocioſe, ſed & uerboſe & curioſe, loquẽtes quæ non oportet.) Quædam uirgines uel uiduæ commendante profeſſione (glorioſum eſt enim huius rei uocabulum) acceptabiles ſunt domibus diuitum, quæ id agunt ut pareant uoluntatibus eorum, ambulantes & quærentes quæ præferant ad illos, quibus delectentur ut ocioſe muneribus afficiantur. Et malo more plus quærent fabulas quàm quæ operant manibus, ut elate procedant & compoſite contra profeſſionem ſuam agentes. Quæ res ſolet iſtis etiam in hac uita eſſe contraria, reuelatur enim id quòd ſemper occultũ putant. Quid eſt enim ut ea loquantur quæ nõ oportet? Nuptiarum enim ſunt proxime multorum ſecretorum participes, adulatrices, ſeruorum querulæ. ¶ Volo itaque iuniores nubere, filios procreare, matrefamilias eſſe, nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia. Iam enim quædam deerauerunt poſt ſatanam.) Quoniam quæ ſupra dixit de huiusmodi contraria & illicita, perducet eas ad mortem. Idcirco conſilium dat & præcepit ea fieri quæ licita ſunt. Melius eſt enim domus curam ſuæ gerere, quàm in aliena domo adulari. Et multũ expedit nubere quàm ſub bona & pia profeſſione

profeſſione notabiliter incedere. Plus autem eſt cum pudore manibus uictum quærrere quàm inuerecunde cum ocio aliena utenſilia expectare. Sic enim inuenit occaſionem ſatanas quomodo ſubuertat animas incõſultas, cum pia profeſſiones iniuſte uerſantur. Nihil enim tam periculoſum eſt, quàm ſi profeſſioni geſta repugnent. Apertum enim malum non zelatur ſatanas, quia gaudet in illo, iuſtum uero quem uidet fallere, id agit, ut manifeſtet illum ſuũ filium eſſe non dei, quòd factum non diſplicet deo. ¶ Si quis fidelis, uel ſi qua fidelis habet uiduas, ſufficienter ſubminiſtret illis, ut nõ grauetur eccleſia ut ueris uidujs ſufficiat. Quid mirum ſi apoſtolica poteſtas futura potuit præuidere? Nam apparet quòd dixit, quia fidelium uiduæ nunc multũ grauant eccleſiam, & eorum qui locupletes uidentur mudi, quia per ſenectutis cauſam deſidentes eas ab opere ſancti, retrahunt eis & ueſtimentum & uictum, non totum tamen ex parte ut illæ ipſa inopia ad eccleſiam conuertantur ut uiuant. Quos oportebat, nõ ſolum ſuis indigentibus largiri: uerũetiam alias inopes paſcere & cõtegere. Quòd multum obest: Cum enim his datur, cæteris aut minus, aut non datur quibus magis dandũ eſt, quæ dignæ ſunt eccleſiæ ſumptibus miniſtrari. Sic autè grauat cum cogitur ueſtire multos quæ deberet ueſtire, & plebs quæ libenter & frequenter poſſit miniſtrare paucis, cogitur plures dimittere, ut aut mururet, aut tardius occurrat. Nam cum præcipiat unius uiri uxorem eligi uiduam, nunc inueniuntur inter eas nõ tantum duum aut trium maritorum uxores, ſed & quæ turpius uixerint, quòd aliquando per negligentiam ſit aliquando potentatu inſinuantis. ¶ Qui bene præſunt præbyteri duplici honore habeantur digni, maxime qui laborant in uerbo & doctrina.) Boni diſpenſatores ac ſideles, non ſolum honore ſublimes debent digni iudicari, ſed & terreno, ut nõ contriſtentur indigentia ſumptuũ, ſed magis gaudeant fide ſua & doctrina. Inſtantior enim ſit ſi non humilietur inopia & creſcit in illo autoritas cũ uidet ſe etiã in præſenti laboris ſui fructum percipere,



non ut abundet, sed ut non desit. ¶ Dicit enim scriptura: Non infrenabis bouem trituratorem, dignus est operarius mercede sua. Tanta merces debet esse euangelizantis regnum dei, qua neq; cōtristetur, neq; extollatur. ¶ Aduersum presbyterum accusationem ne receperis. Quoniam huius ordinis sublimis honor est, huiusmodi em uicarij Christi sunt, idcirco non facile de hac persona accusatio debet admitti. Incredibile enim debet uideri istij q dei antistes est criminosè uersatum, sicut credibile est scænicum esse turpissimum. ¶ Delinquētes autem coram omnibus argue, ut cæteri metum habeant. Quoniam em non facile credi debet de presbytero crimen, si probetur tamen aut sit manifestum, quia irreuerēter uersatus est, publice præcipit arguendum ut cæteri terreantur, quod non solum ordinatis proficit, sed & plebi. Quando enim uident dignitosum uirum erroris causa corripī, necesse est ut caueant sibi. ¶ Testor coram deo & Christo Iesu & electis angelis, ut hæc custodias, sine præiudicio, nihil faciens in partem aliam declinans: Manus cito nemini imposeris, neq; communicaueris peccatis alienis, temetipsum castum custodi. Cōtestationem deponit apud deū patrem & Christum filium eius & electos angelos, quos dominus in euangelio sanctos appellat. Hi ergo electi sunt, quia sunt alij reprobj qui sunt nō dei angeli sed diaboli assentientes apostostasie eius. Sub testatione ergo ea quæ ad ordinationem ecclesiæ mandat custodiri, præcipit nihil fieri sine præiudicio, ne facile aliquis accipiat ecclesiasticam dignitatem, nisi prius de uita eius & moribus fuerit disputatum, ut dignus approbatus minister aut sacerdos constituatur, ut non postea si reprehensibilis uideatur, pœniteat forte principem populi non ad liquidum præiudicasse quid mereretur, quem improbabiliter ordinauit: nec illum cuius peccata ad suspicionem ueniunt ordinandum, ne commaculetur ordinator uitijs & delictis eius. Si ergo omnino latentia sunt delicta immunitis erit rector, quia conscientia eius libera est. Suspicio enim trepidū facit. Peccat enim si non pbat & sic ordinat

ordinat. Melior enim cæteris debet probari qui ordinatus est. Non enim sufficit si si ne crimine sit, quia merita eius debent præire honorum operum, ut dignus habeatur ad ordinationem. Hæc episcopus custodiens, castum se exhibebit religioni, cuius rei in futuro præmium consequatur. ¶ Iam noli bibere aquam, sed uino modico utere propter stomachū & crebras tuas infirmitates. Nūc speciale consilium dat, ut seipsum salubri regat doctrina. Prudenter enim deus sibi seruire uult, non ut nimiate sua debiles fiant, & postea medicorum suffragia requirant. Temperandum est enim, ut si fieri potest captū obsequium gradatim prouehatur, q per inconsiderantiam minuarur. Intemperantia enim ipsam animam inquietam facit, ut cum de infirmitate sollicita est, nō tantum dedita sit diutnis seruitijs. Damnum ergo affert improuidentia. Anima enim in tranquillitate posita, totū cor extollit ad deum, integro consilio obsecrans quæ petenda sunt. ¶ Quorūdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia in iudiciū, quosdā uero & subsequunt. Pari modo & opera bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent abscondi nō possunt. Nullam exculationē uult intelligi fore eorum qui his adhærent quorum peccata propalam sunt, ut cum euirandi sint magis honori sint. Hoc enim significat, ut homo dei ab his secernatur, maxime dispensator Christi, qui etiā corripiendi eos habet auctoritatē: Qui si se emendare promittunt retinendi sunt. Alios uero subsequi mala opera illorū ostendit, quæ cū uidentes æstimant boni, mortui detegunt, ut q prius ostemdebant se idoneos, postmodū declarētur impostores. Superiore ratione sicut mala ita & facta bona manifesta sunt. Bona em uita & actus modesti abscondi non possunt, adhibita pietate faciunt pfectos. Sed sicut quædam mala occulta ad præsens sunt, ita & bona. Nemo enim omnia in hominibus potest scire, sed ex his quæ uidet & audit, probat & iudicat. Perpendit enim an ea quæ dācantur, conueniant ei de quo dicuntur, siue bona siue mala. Quæ autem occulta fuerint hominibus, in



COMMENT. D. AMBRO.

die iudicij palam fiet. Propter hoc ergo dicta sunt, ut sci-
ant huiusmodi grauiore se causam habere præ cæteris.
Peior est enim qui se cum sit malus bonum ostendat, quæ
ille qui aperte est malus.

CAPVT VI.



Vot quor sunt sub iugo serui, dominos suos
omni honore dignos arbitrètur, ne nomē
domini & doctrina blasphemetur.) Ser-
uorum obsequijs domino deo gratias uult
referre. Cū em̄ per dei disciplinam fidelia il-
lis exhibuerint seruitia, forte etiā ipsi huic
se subiciāt disciplinæ. ¶ Qui uero fideles habent dños,
nō contemnāt quia fratres sunt, sed magis seruiāt quia
fideles sunt & dilecti qui beneficiū percipiunt.) Si ppha-
nis dominis seruiēdum tota sollicitudine imperat, quan-
tomagis fidelibus. Tunc enim probat se timori dei subie-
ctū, si fideli & temporali domino toto animo fuerit ob-
secutus. Nec cōtemnendū putet quia frater dicitur causa
communis fidei, quia magis corripiendus erit, qui fide-
lem dominum contemnendum putauerit. ¶ Hac doce
& exhortare.) Doctrinā dominicā manifestari uult, ut
obrectatores studeant, quia non est quod reprehenda-
tur in ea, cōsiderantes pariter quæ in sacris eorū sint oc-
cultata turpia & erubescant per quod inexcusabiles erūt.
¶ Si quis aliter docet nō acquiescit sanis sermonibus do-
mini nostri Iesu Christi, & huic quæ secundum pietatem
est doctrinæ, superbit autem & nihil sciens, sed languēs
circa quæstiones & pugnas uerborum ex quibus fit inui-
dia, contentiones, blasphemias, suspiciones, malæ confi-
siones hominum qui corrupti sunt mente & ueritate ca-
ruerunt, existimantes quæstum esse pietatem & dei cul-
turam: discede ab huiusmodi.) Discrepantes à discipli-
na catholica spernendos præcipit maxime qui conuicti
& correpti acquiescere nolunt perturbatione mētis præ-
uæ, qui contentionibus delectantur & pascentur. Elatus
enim uinci se non patitur, quippe cum ad fauorem quæ-
rendum in consiliū prorūpat, quod à mansuetis & bo-
nis

IN EPIST. AD TIMOTH. 557

nis uiris uitandum est. Cōtentio nunq̄ est sine lite, & pa-
rū esset si lis sola oriretur, sed blasphemias & inimicitias
quod à dei seruis alienum est. Ab his autem qui corrupti
mētre, ueritate priuati sunt, utile iudicatur. Dei em̄ cul-
turam & pietatem quæstum existimant, non de futuro
aliquid sperantes, sed quomodo in præsentī se transigāt
prouidentes, sicut & mūdāe sectæ quas cōstat propter
præsentia lucra inuentas, non nesci quosdam hoc liben-
ter audire, quod in hac uita florendū sit, ideoq̄ desisten-
dū ab huiusmodi. ¶ Est aut̄ quæstus magnus, pietas cū
sufficientia.) Magnas diuitias & acquisitionem in eo di-
cit, si quis fidelis suo contentus sit. Pius enim & in semet
ipso & cæteris est, qui misericordiam dei acquisitus ad
futuram uitam, ad præsens sufficere sibi putat quod ha-
bet, non dubitans ex eo ipso largiri. Omnis enim auarus
impius est, & sibi & cæteris nocens. ¶ Nihil enim intu-
limus in hunc mundum, uerum quia nec auferre possu-
mus quicquam. Habentes autem alimentum his conten-
ti sumus.) Frustra mortales homines copias fructu &
locupletes fieri uelle aperta uoce declarat, cum sciant ni-
hil se proprium habere in mūdo. Cui rei proficit huma-
na cupiditas, nisi quia ipsa sibi inimica existit? Nihil em̄
intulit mūdo, nihil auferre poterit. Quid sibi incutit sol-
licitudinem & quærit congregare, talis hinc exiet qua-
lis uenit. Quod etiam scribit Iob, & in sua passione fate-
tur dicens: Nudus exiui de utero matris meæ, nudus re-
uertar in terram, sit nomen domini benedictum. ¶ Quod
si auari non retinerent in perniciem suam, pauci conde-
rent quod pluribus possit proficere cum eorū ipsorum
emolumento. ¶ Nam qui uolunt diuites fieri incidunt
in tentationem & laqueum & desideria multa & inutilia
& nociua, quæ demergūt homines in exitiū & interitiū.
Radix em̄ omnium malorum est auaricia quā quidā ap-
petentes errauerūt à fide & inseruerūt se doloribus mul-
tis.) Nihil tam asperum tamq̄ perniciosum est q̄ si Ec-
clesiasticus, maxime qui in sublimi loco est diuitis hu-
ius seculi studeat, quia non solum sibip̄, sed & cæteris
M m , obest.

Iob. x



COMMENT. D. AMBRO.

Contrariam enim formam dat hominibus: necesse est enim multos imitatores eius existere ad perditionem. Quanto enim honorificentior ordines, tanto magis sua dei imitandum se, maxime in hac re quae in ista uita procliuus est. Auaricia enim omnia mala potest admittere, ideo radix omnium malorum est, quia ut desideria sua explent quod impossibile est, & malicia & homicidia & obscenitatem, & quicquid sceleris est perpetrat, nec ad praesens secura, quia semper cupida, & in futuro damnata. ¶ Tu autem homo dei haec fuge.) Abscindere se hominem dei ab hac hortatur & precipit, ut hic securus sit, & in futuro praemii remuneretur diuinis. Non enim merito coronandus est, qui hanc spernit quae multis suadet. ¶ Sequere autem iusticiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, tranquillitatem animi. Certa bonum certamen fidei, apprehende uitam aeternam ad quam uocatus es, & confessus es bonam confessionem coram multis testibus.) Quoniam auaricia res iniqua est, hominem dei ut ab hac dissentiat, iustitiam sequi iubet atque pietatem & alia quae memorat. Non enim poterit hanc uitam nisi his adhaerere quae auariciae aduersa sunt. Quomodo autem fieri potest, ut avarus fidelis sit, qui operibus negat quod uerbis fateri uideatur? Unde autem amator fraternitatis cuius manus sunt aridae? quomodo uero patiens qui semper ad aliena se tendit, aut quatenus quiete animi possit habere, qui die noctuque auditate cupiditatis incenditur? Sed quia ab homine dei Timotheo iniquitas haec aliena erat, bonum certamen fidei aggredi iubetur. Fidei enim uictoria est, cum omnia uitia & crimina subiugantur, ut ad aeternae uitae praemia ueniantur, cuius confessio inter ipsa radimenta fidei teste interrogante & respondente monumentis ecclesiasticis continetur. ¶ Praecipio tibi in conspectu dei qui uiuificat omnia, & Christi Iesu qui testatus est sub Pontio Pilato bonam confessionem, ut serues mandatum immaculatum, irreprehensibile usque in aduentum domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendit beatus ille & solus potens

IN EPIST. AD TIMOTH. H. 559

tens rex regnantium, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem & lumen habitans inaccessibile, quae uidere nemo hominum nec uidere potest, cui honor & potestas aeterna, amen.) Magna uigilantia atque prudentia praecipita dat rectori ecclesiae. In huius enim persona totius populi salus consistit. Non sollicitus de cura Timothei tam circumspectus est, sed propter successores eius, ut exemplum Timothei ecclesiae ordinatione custodirent, ipsi quoque futuris formam tradentes a semet ipsis inciperent. Denique ut serues, inquit, mandatum immaculatum usque ad aduentum domini nostri Iesu Christi: Quod sic asiringit, ut coram deo & Christo hoc se mandare tetteret. Et ut terrore incuriae, passionem Christi memorat. Cuius passionis reus necesse est fiat, qui hoc spernit propter quod passus est Christus. Nec diem iudicii taceat, quod praedestinato tempore futurum est dei nutu, quem solum beati & potentem regem regum & dominum pronunciat. Solus est enim ipse qui propriam & a nullo habet acceptam beatitudinem atque potentiam, dominatum & regnum, nec non immortalitatem. Haec omnia habet pater, similiter & filius a patre. Lumen autem inaccessibleis solius patris est, quia nulli unquam apparuit. Denique subiicit: Quem uidit nemo hominum nec uidere potest, non quia aliud lumen filii sit, quippe cum in psalmo scriptum sit: Et in lumine tuo uidebimus lumen, hoc est, lumen patris esse in filio, sed quia nemo uidet patrem, ac per hoc inaccessibleis habitat lumen. Non est enim ordo alicui uidendi patrem, nisi Christo qui de deo est, hic uidit deum. Filius autem, quia omnia ipse agit & apparere dicitur & uideri. Illud ergo peculiare patris est quod supradictum est, cui honor & potestas aeterna amen, hoc est uerum. ¶ Diuitibus huius seculi praecipio non superbae sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum in uoluntate operum bonorum, diuites esse factis bonis, faciles ad impertiendum, communicatores, thesaurizare non

Psal. 35

Mm 4 bifunda-



sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendat ueram uitam.) Vera uita illa est quā speramus futurā, quæ non occafu, non temporibus terminatur. Aeterna est enim, merito uera appellatur. Hæc enim præfens imago uitæ est, non ueritas. Et quia imago non omnino inimitas est, in hac uita illa acquiritur, & ut ad illam festinaretur, ex imagine quæ præcellat ueritas addiscitur, quæ neque superbia, neque spe diuitiarum attingitur, sed humilitate & spe dei qui hanc promissit. In ipso enim sperandum est, quia ipse præstat quæ uisibus sunt necessaria, non in ipsis copiis, sed in autore earum. Quæ enim spes uideatur in re caduca atque incerta: quippe cum aliquanti ex his discedant, qui autem in his manere uidentur, nullum lucrum ex his capiunt in futurum, sed damnum, nisi cum indigentibus partiantur. Neque enim æternæ sunt, ut futuræ uitæ preponantur. Sic superbos faciunt quasi immortalitate polliceantur. Resurrectionis exemplum habemus in Christo & à multis. Non sic diligitur Christus sicut diuitiæ quarum nullum exemplum uidetur quod aliquem à morte liberauerunt. Christus nos redemit non diuitiæ. Ipse enim futuræ uitæ instar ostendit ut his omnibus spiritibus ipsum sequamur, ut ad immortales & cælestes diuitias ueniamus. Quare hoc niti debemus, ut bonis factis diuites simus, & his terrenis copiis spirituales diuitias acquiramus. Seminemus in terra ut metamus in cælis, ubi thesaurus collocatur æternus. ¶ O Timothee commendatum custodi, deuitans prophanas uocum nouitates & oppositiones fallaces nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. Gratia tecum.) Eadē admonet, ut ea que supradicta sunt seruentur, contraria autē religioni euitanda quæ nomen tantum scientiæ usurpant, fallaces in professione ut decipiant simplices. Fidem enim simulat à qua exciderunt ut perfidiam inferant. Et manu propria subscripsit dicens: Gratia tecum. Amen.

DIVI

DIVI AM. 165

BROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI
commentarij in epistolam beati Pauli
ad Timotheum. II.

P R A E F A T I O.

A Liam epistolam scribit ad Timotheum, ut iam eruditum ecclesiastica disciplina, & quæ spes sit promissionis, suo exemplo ad martyrium prouocet. Et quia futurum est, ut quidam à sana doctrina, eo quod dura illis uideatur, ad fabulas conuertantur, id est, ab humana commenta.

C A P V T P R I M V M.

P A V L V S apostolus Christi Iesu per uoluntatem dei secundum promissionem uitæ, quæ est in Christo Iesu, Timotheo dilecto filio.) Huius rei gratia apostolum se Christi Iesu dei uoluntate appellatum significat ut quæ & quanta promissio in futuro in fide Christi sit edoceret, ut prædicatione eius in crementis faciat in saluandis disciplina dominica. Idonei enim serui sunt qui instatia sua & fide, negocia dominorum suorum exaggerant. Quod ideo huic quasi charissimo filio scribit, ut huius rei imitator existat, eadem ceteris tradens, ut per traducem successionem indeficiens sit idoneus doctor, per quem asserita ueritas multos acquirat ad uitam promissam. ¶ Gratia, misericordia, pax à deo patre & Christo Iesu domino nostro.) Gratia huic patris in miseratione exoptat, ut assit ei & Christi Iesu domini nostri, quia deus gratiam suam per Christum largitur, ut una gratia sit unusquisque. ¶ Gratia habeo deo meo cui seruiò à proavis in conscientia pura quod indeficientem habeam tui memoriã in precibus meis, nocte dieque multum desideras te uidere, memor lachrymarum tuarum ut gaudio replear, recordationem accipiens eius quæ est

M m 5



COMMENT. D. AMBRŌ.

in te sinceræ fidei, quæ habitauit primū in aua tua Loide, & matre tua Eunice, certū autē habeo quod & in te.) Quoniam dignum est meminisse bonorum, idcirco deo gratias agit, quia memor erat Timothei uiri mirabilis, ut etiam hoc ipsum dei donum sit. Non enim sine merito est, qui cogitat de bonis uiris. Et quia idem deus Christianorum est qui erat Iudæorum, ei se deo gratias referre testatur, cui à proauis famulatus est. Quādo enim hoc sperabant progenitores eius quod hic cœperat prædicare, una eorum fides est. Et quia in parentum successit seruitia, & quia in his erat adhuc cum illi deo seruirent, recte ait: Cui à proauis seruiuo. Quomodo? In conscientia pura, inquit. Sic enim aliquādo persecutus est ecclesiam, ut dei amore hoc ageret non maleuolentia. Nam simili modo & in epistola ad Hebræos scriptum est: Quia leui qui decimas accepit, decimas dedit Melchisedech, quia in Abrææ, inquit, lumbis erat leui, quando decimas obtulit Melchisedech: Ita & hic à proauis deo se dicit seruisse quia & leui in proauo decimas dicitur obtulisse. Est enim pater leui Iacob auus Isaac, proauus Abraam. Multum ergo se memorem Timothei profitetur, & auide illū desiderare propter lachrymarū eius recordationē, quas amore fuderat apostoli, sicut intelligitur recedentis à se. Nō immerito ergo amantem se desiderat, ut gaudio impleatur ex communi læticia causa fidei sinceræ, quam & in aua eius, & in matre fuisse significat, certissime & in eo. Omnis itaq; hic affectus propter fidē est quæ erat in eis inuiolata. ¶ Quia de causa admonco te ut recrees donū dei quod est in te per impositionem manuum mearū. Nō enim dedit nobis deus spiritū timoris, sed uirtutis & dilectionis & sobrietatis.) Propterea se parētum eius sinceritatem fidei significat memorasse, ut fortio rem hunc faceret. Quis enim laudem illoꝝ audiens quorum in eo ipso particeps est non crescat, addens animum huiusmodi uiribus. Sic ergo recreat in se donum gratiæ dei acceptum per ordinationem presbyteri, dum animū suum cōsouet mentis alacritate, gaudēs in semetipso sicut

Hebræ. y

I NEPIST. AD TIMOTH. 557

sicut in nouitate ordinatiōis gaudetur. Deniq; subiecit: Nec enim, inquit, dedit nobis deus spiritum timoris, sed uirtutis. Innouatus enim homo exit de timore, accipēs spiritum læticiæ propter iustificationem, quia omnis iniustus in timore est, non fortis, sed infirmus: non dilectiōne, sed in odio, nec in mentis sobrietate, sed errore saucius. Si autem his caruerit, per fidem & fortis & dilectus & sobrius erit. ¶ Noli itaq; erubescere in testimonium domini nostri, neq; in me uinctum eius.) Constantiam habēdam docet, nec trepidari debere in professione. Nō est enim unde erubescatur in ea, quia si homo uisus est Christus, gestis tamen apparuit deus, & si crucifixus est, resurrexit tamen à mortuis, & multis uidentibus suscipiente est in nube in cœlum ascendit. Non est ergo infirmitatis causa sep potestatis, quia ubi putatur imbecillitas, ibi apparet potentia. Itaq; stulte infirmatus dicitur, qui uicisse probatur. Hoc modo nec in apostolo est, quod ad ruborem pertineat: quia si presuris & cædibus humiliatus dicitur, ex illa parte confundit obtrectatores suos, quia in signis ac prodigijs nutu mirabilis peruiouetur: ut intelligatur non infirmare humiliari, sed uoluntate ad quemdam meritorum profectum. Idcirco enim deus seruos suos ab iniquis humiliari permittit, ne illis iniuste præmia dare uideatur. ¶ Sed collabora in euangelio secundum uirtutem dei, qui nos saluos fecit.) Quoniam uirtute dei uicta est mors, ut nos salui esse possimus: iuxta hoc ergo conuenit uicem nos ex aliqua parte reddere redemptori. Quia enim ad omnia ei beneficia responde re non possumus, uel legationem eius fideliter & instanter agamus. ¶ Et uocauit uocatione sancta.) Vocatio sancta est, cum electi sunt ad gubernandum populum sanctum dei. Ad sanctam autem senior uocatur qui dux eligatur sanctitatis. ¶ Non secundum merita nostra.) Verum est, quia si ad liquidum quæras, nullus hominum dignus potest uideri uicarius esse Christi. Omnes enim quos elegit prius fuerant peccatores. Quātum ergo ad comparationem cæterorum pertinet,

hi



COMMENT. D. AMBR.

hi digni inuenti sunt, quanto uero ad rem ipsam omnes indigni sunt. ¶ Sed secundum propositum suum & gratiam que data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia. ¶ Quoniam dignatione sua deus olim decreuit peccatores saluos facere. Prescius enim fuit deus quid futurum esset in homine antequam faceret eum & peccaret, quando redditegraretur predestinauit, quo tempore & per quos & qua ratione saluari possint, ut neq; merito suo qui saluantur, neq; horum per quos uocantur, sed dei gratia istud donum prestari uideatur per fidem Christi. ¶ Nunc uero declarata per illuminatione aduentus saluatoris domini nostri Iesu Christi. ¶ Donu dei quod ante tempora secularia latebat in mysterio, incarnatione & aduentu Christi declaratum testatur, quando ceperunt homines remissa peccatoru accipere. ¶ Qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem uitam eternitate per euangelium in quo positus sum ego predicator & Apostolus & magister gentiu. ¶ Qua ratione saluum fecit populum suum Christus ostendit dicens, quia mortem destruxit que erat hominis inimica ne ab inferis posset resurgere, tum demum uitam illuminauit eternitate, ut resurgens a mortuis iam mori non possit. Obscura enim uita est que tempore definitur, dum soporatur, dum ignorat, dum male uersatur. Et quomodo illuminetur uita ostendit, quia per euangelium credentibus datur eternitas, magistro gentium predicante. ¶ Quam ob causam & hec patior. ¶ Predicans dei donum diaboli paritur inimicum, ut pressuras ei excusaret, quia populu de faucibus eius eruit. ¶ Sed non confundor. ¶ In hoc securus, qa pro tribulationibus magna pmissa merces est, non confunditur, sed gloriatur in pressuris. ¶ Scio enim qui credidi & certus sum, quia potens est depositu meum custodire in illa die. ¶ Hoc est quod dicit, qua spe & fiducia magnificentię saluatoris securus est, quia quod commendat illi in tuto est. Quid autem illi commendat, nisi salutem suam, ut hic pro illo patiens salutem inueniat penes illum cum ceperit iudicare, ut puniens infideles istum

IN EPIS AD TIMOTH. 359

istum dignum eterna uita pronunciet. ¶ Formam habes sanorum uerborum que a me audisti in fide & dilectione que est in Christo Iesu, bonum commendatum custo dire per spiritum sanctum qui habitat in nobis. ¶ Precepta sua cum gestis formam appellat salutaris doctrinę quam istum sequi mandat, ut custodiat ea spiritu sancto fauente. ¶ Scis hoc quod auersati sunt omes a me qui in Asia sunt, ex quibus est Phygelus & Hermogenes. ¶ Hi quos memorat, fallacia pleni erant. Simulabant em amicitias Apostolo, ut adhærentes ei addiscerent unde illi calumniam facerent, aut p alios immitterent. Qui postea uiderunt manifestatos se, recesserunt ab eo. ¶ Det misericordiam dominus Onesiphori domui, quia sepe me refrigerauit, & super catenam meam non erubuit. ¶ Dupli ci genere refrigerium hoc intelligendum est, quia & in necessitate custodię solatio suo refrigerauit eum, & si qua illi opus erant, siue indigentibus ministravit. Spe em eorum que promissa sunt, non puduit illum accedere, & requirere hominem positum in custodia. Illi enim quos supra memorat, qui erubescabant de cruce Christi in necessitate deseruerunt Apostolum. ¶ Sed cum esset Romę solcite me quefuit & inuenit, det illi dominus misericordiam inuenire apud dominum in illa die. ¶ Romam ueniens Apostolus, cum appellasset Cæsarem a militibus custodiebatur, tunc em eum Onesiphorus charitatis causa & magisterij, magna diligentia requisitum inuenit. Cuius uisitatio ra acceptabilis fuit Apostolo, ut eum sic domino commendet, ut inueniat misericordiã apud dominum in die iudici. Ut sicut Apostolum requirens inuenit, ita & misericordiam querens inueniat apud iudicẽ. Hoc enim orat ut præstet ei dominus pater celi & terre inuenire gratiam apud dominum humani generis filiu scilicet. Tale est hoc, quale & illud in Gen. xix. cap. Et pluit, inquit, dominus sulphur & ignem super Sodomã & Gomorram a deo de celo. ¶ Quanta autem Ephesi ministrauerit, melius tu nostri. ¶ Quoniam solent quidam personis magis q̄ causis seruire uolentes, gratificari maioribus,



maioribus, ideo Apostolus Onesiphori bonum generum se ostendit, ne uideretur forte personam se commendasse, dum Apostolo ministravit, cum constaret illum magnanimum in omnibus fuisse.

CAPVT II.

I Vergo fili mi, confortare in gratia quæ est in Christo Iesu, & quæ audisti à me per multos testes, hæc cõmenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.) Constantem hunc & robustum esse præcipit in docendo gratiã dei, quæ data est in Christo Iesu, & non solum in gratia, sed etiã in mysterijs quæ sunt de Christo, arcana fidelibus ac dignis tradi uult, quæ alios possint docere, non passim uulgaribus ac negligentibus. Magna enim cura eligendus est doctor. ¶ Labora ut bonus miles Christi Iesu. Nemo enim militas deo, obligat se negotijs secularibus, ut placeat ei, cui se probauit.) Manifestum est quod dicit, quia nemo potest duobus dominiis seruire. Negotia enim secularia auariciæ seruiant necesse est, & nisi mentiti fuerint, transigi se non possunt. Est ergo sed leue peccatum. Ecclesiasticus autem idcirco deo se probat, ut huic deuotus, officium impleat quod spondit, in dei rebus sollicitus, à seculari negotio alienus. Non enim conuenit unum duplicem professionem habere. ¶ Et nisi certet quis, non coronatur, nisi legitime certauerit.) Dei militem tam exercitatum uult esse in dei operibus uel officio deputato, ut possit ad gloriæ meritum peruenire, tota mente uigilante diuini obsequijs præsentia spernentem, cælestia diligentem. Ad hoc enim se probauit, ut hic laborans remuneretur in cælis. ¶ Laborantem agricolam oportet primam de fructibus percipere. Intellige quæ dico, dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum.) Tante abstinentiæ sanctus fuit Timotheus, ut etiam à licitis se temperaret. Hoc enim uult intelligi, quia à participatione gazophilaci se abstinebat, cum hoc dñs decreuerit, ut quæ Euageliũ annũciat, de euãgelio uiuant. Ideo Apostolus prius hunc sumere præcipit qui

Mat. 6

qui primus est, & sic cæteris distribuere. ¶ Memor esto Christi Iesum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundum Euageliũ meum, in quo laboro usque ad uincula quasi latro, sed uerbum dei non est alligatum.) Quoniam multi futuri erant filij diaboli, qui dei filium incarnatum negarent, idcirco hoc memorat, quoniam fallaciter sub nomine apostolorum hoc asseuerare nituntur. Subiecit secundum Euangelium meum, ut excluderet malæ mentis falsa colloquia. Nec enim plus hæreticis credendum est de apostolis, quàm his ipsis de prædicatione sua testantibus, quam prædicationem cum labore se agere queritur. Presuris enim tribulabatur & carceribus, eo quod tam Iudæos quàm gentiles offenderet, sicut illis uidebatur incredibilia prædicatio. Iratos enim habebat Iudæos propter legem, quam cessare docebat. Gentiles autem inimicos faciebat, quia unum deum prædicabat in Christo. Vnde quasi latronem hunc tractabant alligantes, claudentes si possit tacere, nescientes quia uerbum dei alligare non poterant. Denique sæpe clausus, non dispendium fecit, sed lucrum. Neque enim defuit cui prædicaret in carcere, ut quos libete inuitare ad fidem non possit in uinculis positus, pasceret dei uerbo. ¶ Ideo omnia suffero propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu cum gloria cælesti.) Ut prædicatione sua saluaret homines prædestinatos ad uitam, exitus erat subiectus, sciens profectum se habiturum questam salutis illorum. ¶ Si enim commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus.) Sic posse ad immortalitatem & gloriam Christi peruenire significat, si in forma baptismatis manserimus, ubi omnia delicta morimur, innouati omnia uitia uetera & crimina fugiamus, ut autoris secuti uestigia, peccatis mortui uideamur. Si uero additum fuerit ad causam, ut & tribulationes ac pressuras non ægre pro nomine domini patiamur, sustinentes hæc, simul cum illo regnabimus. Dignum est enim, ut qui pro illo opprobria patitur & exitus, in regno eius gloriosus appareat. ¶ Si negamus & ille



COMMENT. D. AMBRO.

ille negabit nos.) Verum est, quia si minime confessi illum fuerimus coram hominibus, tunc dicit & ipse nobis in illa necessitate futuri iudicij: Nescio uos. Hæc est punitionis significatio. ¶ Si non credimus, ille fidelis permanet, negare semetipsum non potest. Nemo potest domino auferre quod habet. Quis enim illo fortior est, per quem omnia extiterunt? Nec addi potest perfecto, quia non illi aliquid prestat, qui credit in illum, quomodo nihil auferet ei qui non credit in illum. Quicquid ergo agitur, ad profectum nostram pertinet, ne in ignorantia maneamus. Nec enim a nobis firmatur, cum ipse ex se & apud se firmus sit. ¶ Hæc admone contestans coram domino, noli uerbis pugnare. Ad nihil enim utile est nisi ad subuersionem audientium.) Contentiones uitandas monet præcepta autem danda sub dei timore & terrore, quia contentio potest adhuc minus stabilitis generare scrupulum. Solent enim in contentione talia opponi eliminato maleuolentia ferro, ut moueant animos incipientium fratrum. ¶ Solicite cura temetipsum, ut probabilem exhibeas deo operarium, non impudoratum, recte tractantem uerbum ueritatis.) Quoniam sunt aliqui qui dicant contentionem audientibus prodesse, Apostolus autem sciens magis obesse, hoc mandat ut unusquisque hoc curet, ut sprete altercatione, semetipsum probabilem faciat, & impuderos appellans eos qui contentionibus nituntur. Necesse est enim ut contentio extorqueat aliquid, imò multa que dicantur contra conscientiam, ut intus in animo perdat, foris uictor abscedat. Nemo enim patitur se uinci, nisi certus sciat uera que audet. Recte autem tractat & bona conscientia, qui uolentibus loquitur & pacificis. Collatio ergo inter dei seruos esse debet, non altercatio, ¶ Prophanas autem uocum nouitates deuita, plurimum enim proficiunt ad inanitatem: sermo enim eorum sicut cancer serpit.) Hoc enim adhuc prosequitur, ut contentiones uitentur. Nec enim congruit unius fidei uiros habere contentionem, sed in tractatu patiantur se inuicem, & consentiant bonis dictis. Si quid autem improbabile uidetur cum

pace

IN EPIST. AD TIMOTH. 563

pace dissimuletur. Aduersarij enim & dissidentes solent se inuice prouocare, ex quibus unus catholicus est, & alter prophanus. Hic ergo catholicus, cui Apostolus mandat ut spernat, & declinet a fabulis inanibus, quietus debet esse, ut semper de conscientia uerba emittat, nec patitur se coram impia uerba depromi. Dant enim quibusdam occasionem, ut in peius proficiant. Non enim desunt qui audientes prophana, concipiunt cogitatum malum, ideoque obest contentio. ¶ Ex quibus est Hymeneus & Philetus, qui decrauerunt a ueritate, dicentes resurrectionem iam factam esse, & fidem quorundam subuerterunt. Nunc ipsorum, quorum causa uitandas contentiones monet, perdidit nomina, quos & prophanos & impios designauit, errantes a ueritate. Hoc enim negabant quod palam est Christianorum, ut credant se in futurum a mortuis resurgere. Hi autem sicut ex alia scriptura docemur, in filiis fieri resurrectionem dicebant, quibus non deerat qui assensum præfaret peruersum contra fidem, quam in primordio fuerat consecutus. ¶ Firmum tamen fundamentum dei stat, habens hoc signaculum. Cognouit enim dominus quæ sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini. Fundamentum dei fides est, quæ continet quæ promisit deus, quæ fides non poterit infringi perfidorum & hereticorum commentis. Quamuis enim hi negent futura quæ credimus, deus tamen dabit quæ credimus daturum illum, teste promissione eius. Signaculum itaque promissionis dei fides nostra est, quæ firmat dei uerba. In die iudicij cognoscat deus qui habent signum eius, dissentientes a perfidorum & hereticorum iniquitate, quæ dei promissionem infirmare se putat. Nihil enim tam iniquum quam dei fidei contraire. Sic & Dathan & Abiron & Chore dictum est a Moysè, cum contra dei præceptum offerre sacrificia præsumerent, Cognouit itaque dominus quæ sunt eius. Quo dicto ostendit, quæ pernitias maneret eos qui dei uerba inuenterent. ¶ In magna autem domo non solum sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea & sicilia, & quædam in honorem, quædam autem in contumeliam)

Nu Hos



COMMENT. D. AMBRŌ.

Hoc dicto significauit in ecclesia diuersos esse homines. Quosdam bonos & summos uiros, quos in auro intelligi uult, Quosdā bonos tantū, quos in argento designat. Alios uero non bonos, quos uasa lignea & fictilia appellat, qđ nulli ambigūū puto. Nā in Corinthioꝝ hoc ecclesia probat frequens sermo obiurgātis apostoli. Nūc autē in ecclesia nostra palām est, & in templo Hierosolymis, in quo typus erat ecclesię manifestis lectionibus approbat. Erant em̄ ibi Saducei ex quoꝝ radice erant Hymenæus & Phyletus. De quoꝝ praua sententia cū apostolus esset locutus, statim hoc subiicit, ut nō esset mirabile in ecclesia uideri homines dissentientes. Nā & in Corinth. ecclesia de qua dixi, quidā erant qđ dissentientes resurrectionem negabant. Insanus tñ Nouatianus ut errori suo blādiat, aliter hoc intelligendū tradit, ut domus magna totus mundus significari credat, quia habet hominū diuersitatem, cum constet apostolū exemplo usum domus diuitis & opulentis, quæ quāuis copiosa sit, habet tamen uasa lignea & fictilia. Hoc modo & ecclesia quāq̄ sancta dicatur, habet tamē & uitiosos & praua sentientes, sicut superius memorauī. Quos contumelia dignos ostendit: non tamen perituros sed purgādos per ignem, quia domui ex aliqua parte necessaria sunt. Nouatianus autē claus superbia ut ecclesię suæ ueritatem & sanctitatem generalem defenderet, hoc modo intelligendum decreuit, quasi ecclesia penes ipsū sit & cunctos habeat purificatos propter illas causas quibus nos innocentes accusat. Sed quid opus erat hoc loco de mundo aliquid dicere, aut ut quid affirmaret mundum domū magnam significans, nam dicit dominus apostolis: Non estis de mundo ego autē elegi uos. Quomodo igitur intra mundum concludendi sunt, qui negantur de mūdo esse? Et idem apostolus: Quo, inquit, mihi de his qui foris sunt iudicare? Nam in una domo omnes sub uno sunt nomine. Vno em̄ domini sui nomine censentur omnes. Mundus autem diuersę professionis continet homines, ita ut dispares profireantur se habere deos & dominos. Non ergo domum

Ioan. 15

1. Corint. 5

magnam

I N EPIST. AD TIMOTH. 569

magnam mundum dixit, sed ecclesiam in qua omnes sub unius domini sunt nomine. ¶ Si quis ergo purgauerit semetipsum, ab istis erit uas in honorem sanctificationum utile domino ad omne opus bonum præparatum. Nūc alia hæresis fraude sua conuincitur, quæ asserit animas quosdam natura esse malas, quæ ad bonum cogi non possint, cum hic dicat posse malos immutari in bonum, & sordidos purificari. Poterant enim Hymenæus & Phyletus mudare sensum suum si uoluissent ut fierent uas sanctificationum præparatum in honorem. ¶ Iuuenilia autem desideria fuge. Iuuenilia desideria aduersa sunt. Sunt enim uoluptates mundanæ quæ omnibus illecebris mæcipatæ sunt, ac per hoc à dei seruo fugiendæ sunt. ¶ Sertare uero iusticiam, fidem, charitatem, pacem cum his qui inuocant dominum de puro corde. Hæc sectanda iubet, quæ iuuenili ætati deuiā uidentur & aspera. Qui enim iusticiam elegit, ei nihil facit contrarium, Et qui fidem diligit, seruat mandata. Qui autem charitatem sequitur omnibus humilis est. Pacis uero custos, nullum lacessit ad iurgium. ¶ Stultas autem & ineruditas quæstiones deuita, sciens quia generant lites. Insensatæ quæstiones partim infidelium partim hæreticorū sunt, Aliorum ex parte infidelium, quæ modestos homines cogunt ad litem. Immutantur enim nimia contradictione impietatis eorum, & irati dicunt aliquid contra præpositum suum, Nam solent quidam hæreticorum patientiam fingere quamuis à catholico non possint audire aliquid asperum, ut commēdent praua sua colloquia, ideo dissimulandum ab his est. ¶ Seruum autem domini non oportet litigare sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, modestum, corrigentem eos qui diuersa sentiunt, ne quando det illis deus penitentiam ad agnitionem ueritatis, & respiciant à diaboli laqueis capti ab eo ad ipsius uoluntatē. Hæc nulla indigent interpretatione, sunt em̄ manifesta, quātū tñ profit modestia declarauit Si em̄ hoc in quibsdā hereticis placitū ē

Nn 2 quis



556 COMMENT. D. AMBRO.

quia humiles uidentur, quanto magis laudabile & fructuosum erit in catholico si fuerit mitis, in quo & sensus utilis & grauitas imitanda perspicitur.

CAPVT III.



OC autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines sui tantum amatores, auari, insolentes, superbi, blasphemii, parētibus non obsequentes, ingrati, impij, sine fide, sine dilectione, criminatores, incontinentes, immites bonorū: inimici, proditores, proterui, tumidi, amatores uoluptatum magis quā dei, habentes formam pietatis, uirtutē eius abnegantes, & hos deuita.) Prophetia est hęc sancti apostoli, in qua prędicit quāta mala futura essent hęreticorum & iudęorum. In his enim omnia ista quę inimica fidei sunt denotantur. Ipse enim Apostolus dixit: Quo enim mihi de his quę foris sunt iudicare? Qui enim male de deo sentiunt, & non timent quod ad iniuriam eius pertinent profiteri, quomodo in conuersatione humana possunt esse beneuoli. Ideo enim dixit: Habentes formam pietatis, uirtutem autem eius abnegates, quę profitentur quidem semetipfos Christianos cū sint & ne quissimi operis & sensu peruersi. Non enim in professione magis quā in gestis laus dei & uirtus est. ¶ Ex his sunt enim qui irrepunt in domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quę ducuntur in uarijs desiderijs, semper discentes & nunquā ad scientiā ueritatis peruenientes.) Quāuis omnibus hęreticis hoc conueniat, ut subintrantes domos mulieres subdolis & uersutis uerbis capiant, ut per eas uiros decipiāt more patris sui diaboli, qui per Euam Adam circunuenit, Manichęis tamē prę cæteris cōgruit. Nulli enim tam importuni, tam fallaces, tam captiosi sunt quā ipsi, quos cōstat aliud colere & aliud profiteri, aliud intus gerere, & foris aliud uendicare. Nam sanctimoniam defendunt, & lege sua fauente turpiter uiuunt. Misericordiam laudant, cum inter se iniuriam deprehendantur. Mundum spernendum asserunt, & semper

IN EPIS AD TIMOTH. 557

semper accurati procedunt. In ieiunijs insistere se iactanter predicant, cum omnes saginati uideantur, tātum quod arte quadam pallidi cernuntur ut fallant. Hęc ergo Apostolus maxime de his propherauit, quos constant apostolorum tempore non fuisse, sicut nec Arrianos, quippe cum Diocetianus imperator constitutione sua designet dicens. Sordidā hęc & impurā hęresim quę nuper, inquit, egressa est de perfidia. Hi inueniunt mulieres prę uanitate nouum aliqd desiderantes audire, & per ea quę placida sunt suadent illis fœda & illicita. Cupidæ em̄ sunt discendi cum iudicium non habeant probandi, hoc est semper discere & ueritatis scientiā non habere. ¶ Quę admodū autē Iannes & Mambres resistunt Moysi, ita et hi resistunt ueritati, hoies corrupti mente reprobi circa fidem, sed non proficient amplius. Ignorantia enim eorū euidens erit omnibus, sicut & illorum fuit.) Exemplum hoc de apocryphis est. Iannes enim & Mambres fratres erant magi uel uenefici Aegyptiorum, qui arte magiæ suę uirtuti dei, quę per Moysen agebatur æmulatione cōmentitia resistere se putabant. Sed cum Moysi uirtus in operibus cresceret, humiles facti confessi sunt cum dolore uulnerum, deum in Moysē operatum. Vnde similiter & hos nō amplius proficere in impietate assertionis suę dicit, quia imperitia eorum palam fiet & seductio, & licet inuiti, confitebuntur tamen suam imperitiam in ultimo. ¶ Tu autē affectus es doctrinam meam, institutionem, propositū, fidem, lōganimitatem, dilectionem, patientiam, persecutionem, passionem.) Eorū uult esse æmulum quę enumerat. Hęc enim in ultimo non ad penitentiam sed ad læticiā proficient. ¶ Qualia mihi facta sunt Antiochię, Iconio, Listris, quales persecutiones sustinui, & ex omnibus liberauit me dominus. Sed & omnes qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persecutionē patient. Nequam autē homines & deceptores proficient in peius, ipsi errantes atque alios erroribus inuoluentes.) Ideo quę & quāta passus sit memorat, ut auxilia dei ostēdat, quibus defendit & tutos præstet seruos suos ab impudentia Sa
Na ; tanq



rana, ut securos illas faciat & erigat, ne timeant quæ irrogari possunt à perfidis, sed in persecutiōe alacres sint, certi quia omnes qui in Christo recte conuertitur, odio habentur etiam à corporis sui membris. Mali autem in deterius proficiunt, dum uident multos sibi dare assensum, ita et ceteros in errorem mittant. Dum enim sciuntur esse mali & deceptores, & nihilominus florere & prosperari in mundo, attrahunt quosdā ut imitatores eorum efficiantur, non solum in proprijs erroribus puniendīs, uerum etiam in horum quos exemplo suo deperdunt. ¶ Tu uero perseuera in his quæ didicisti, & quæ tibi credita sunt, sciens à quibus didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ possunt te erudire ad salutem. Multū prodesse significat, ueteris testamenti habere noticiam. Ipsas enim sacras literas dicit quæ Christi personam insinuant, & incarnationem eius ad salutem hominū redimendam declarant. Hortatur enim ut in his proficiat. Antiquitas em̄ hæc robur est nouitatis, sciens quia à quo didicit firma est autoritas. Signa enim & prodigia uident facta per eum, quibus omnis sermo succūbit. ¶ Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad doctrinam, ad correptionem, ad redintegrationem, ad eruditionē quæ est in ipsa iusticia, ut paratus sit homo dei ad omne opus bonum consummatus. Manifestum est, quia omnis scriptura cuius deus autor ostenditur utilis est. Ad hoc em̄ data est ut proficiat imperitis & instauret deformes, attrahens iniquos ad iusticiam, ut homo dei in omni opere bono perfectus sit. In nouo em̄ homine gradatim proficiens constituit illum hominem dei.

CAPVT IIII.

TEstor coram deo & Christo Iesu qui iudicaturus est uiuos & mortuos & aduentum ipsius & regnum eius, prædica hoc uerbū, in ista oportune, importune, argue, hortare, increpa, in omni maganimitate & doctrina. ¶ Tam sollicitè mandat inuiolatè prædicandum dei donum, ut cum testatione dei patris &

& Christi filij eius hoc moneat curandum, instandumque in eo, ut assidua prædicatione & crebra obiurgatione cū oportunitate prouocet ad meliorem profectum, & ut facilius arguenti assentiant, sine amaritudine hoc agendum hortatur. ¶ Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria magistros sibi agerent prurientes auribus, & à ueritate quidem auditū auertēt, ad fabulas uero cōuertentur. ¶ Et hæc simili mōphæria est sancti apostoli, qui præcius futurorū instandū in doctrina sollicitè præcipit, ut formati in fide & bonis operibus eruditi in disciplina sana robusti maneāt, ut postremo tempore cū quidam à ueritate ad errorem cōverti cōperint immobiles perseuerent. Tales em̄ futuros dicit qui pro desiderijs suis doceri se uelint, ut à magistris constantibus & ueracibus ad hos cōuertant, quæ hæc illos doceāt quæ libenter audiant, quia ueritas illis aspera uidebitur, ut relicta sana doctrina fabulis uacent. Non lunt enim argui maligna opera sua, quare tales uolunt magistros qui seruiant moribus eorum. Pruriunt enim aures eorum ut audiant fabulas uanitatū cōpositas sub nomine doctrinæ quibus delectentur. Quod nullis tam propriū est quā Manichæis, qui nescio quæ habent diuersa cōmenta inflatis nominibus nuncupata, cū sint res friuolæ & quædā deliramēta. ¶ Tu uero sobrius esto, in omnibus patiens, opus fac Euangelistæ, ministeriū tuū exple. Ego em̄ iā delibor, & tps solutionis meæ instat. ¶ Admonet & hortat ut uigilet, in disciplina ecclesiastica uiriliter agat, scripturas explānet, ut prudentes & eruditi inanes fabulas uident. Apostolus em̄ sciens passionē suā imminere, exemplū piæ cōuersationis & sanæ doctrinæ in sancto Timotheo uult relinquere, ut per traducem nūq̄ deessent doctores idonei: passionem tamen suā delibationem appellat. Deo enim immolatur, qui pro eius iusticia patitur. ¶ Certamen bonū certauit, cursum consummaui, fidē seruauit quod reliquum est reposita est mihi iusticia corona quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt



gunt aduentum eius.) Omnia quæ sibi & cæteris utilia essent & prospera seruasse se memorat. Non solum enim in uerbis, sed & in operibus formam se præbuit audientibus, ut & auctori suo ueritate prædicationis fidelis dispensator existeret, & cõtra mundi principes & potestates omni sollicitudine & peritia colluctatus, exemplum quomodo uincerentur relinqueret, ut inuiolata doctrina, & agonis legitimum certamen dignos illos faceret coronari, quia deus iustus iudex dabit amplissima præmia diligentibus se & expectantes filium eius de cælis.

¶ Sollicitus esto uenire ad me q̄ primū. Demas enim me dereliquit diligēs hoc seculū, & abiit Thesalonicā, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam. Lucas est mecum solus. Marcus assumē & adduc tecum, est enim mihi utilis in ministerio, Tychicum autē misi Ephesum.) Cum cõfiter omnem instructionē uiri ecclesiastici in epistola cõtineri, propter multā tamen charitatem præsentia eius desiderat. Marco autē idcirco testimonium dat, quia memor est præteritorum eius laborum. ¶ Penulam quam reliqui Troade apud Carpum ueniens affer tecum & libros: maxime autē mēbranas.) Apostolus natura Iudæus fuit, nec quicquam habuit alienum, Vnde ergo illi penula? Sed quia erat à Tarso quos constat in societatem Romanorum receptos, ut de cætero appellaretur ciues Romani, idcirco necesse est eos & curiam habere, in quā more Romanorum penulati conueniant. Quicumq; enim illo tempore cum muneribus obuiam exissent Romanis, in munere perpetua donati, ciues Romani & fratres eorum nuncupabantur teste eodem Apostolo. Potest ergo fieri ut si non suam, quia totum se legi dederat, patris sui haberet penulam. ¶ Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, reddat illi dominus secundum opera sua, quem & tu deuita, Valde enim resistit uerbis nostris.) Alexander iste & Demas supradictus collegæ fuerunt. Hi prius cum Apostolo erant, simulantes illi amicitiam: & quia fallaces tempore probabantur, ambo ab eo recesserunt. Hic autem ærarius, qui audacior erat in malis, sic ab eo re-

cessit, ut & contradictor uerborum eius existeret. Qui ergo Apostolo ausus erat contradicere, non immerito euitandum hunc admonet, dei iudicio istum dimittens. ¶ In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur.) Pressurā & tribulationes sibi illatas, defensionem suam nūcupat. Passio enim Christianis uita est, & persecutio defensio. Pressura enim illata pro iusticia, defendit illum in die iudicij, reos constituens per fidos. Inter ipsa ergo initia illata pressuræ derelictum se conqueritur: & quia scit hanc esse cõsuetudinē, nō illis uult imputari, quia & dominū à Iudæis apprehesum, discipuli reliquerunt, quippe cū scriptum sit in propheta: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. ¶ Dominus autem assistit mihi, & confortauit me, ut per me predicatio impleretur, & audiret omnes gentes.) Propter quod domini Christi auxilijs munitum se dicit & auctum ut rure, ut prædicationem impleret in omnibus gentibus: idcirco ignosci petit eis, à quibus derelictus est in necessitate, ut bene acceptas à deo, uindictam non querat. Hac enim causa amplius adiutū se credit à deo, quia derelictus est ab hominibus. ¶ Et liberatus sum de ore leonis. Liberauit me dominus ab omni opere malo, & saluū faciet in regno suo cælesti, cui gloria in æternū, Amen.) Similiter dicit & Petrus coapostolus eius, quia aduersarius noster diabolus circūfremens, sicut leo quærens quē deuoret. Sed quia in Apostolo occasionem non inueniebat, qua illum deciperet, per filios suos pressuram illi incitabat & pœnas, ut si nō quasi peccator uel quasi iustus, de hac ramen tolleretur uita, ne multos hortaretur ad fidem. Quod cum propè impleret dei prouidentia, liberatus Apostolus insultat illi infirmum illū testificans, quia de ore eius ereptus est, quod cupiuit implere, non potuit. Igitur dei auxilijs mortali ereptus gratulatur, & de prouidentia dei tam securus est, ut & de futuris tētationibus liberari se credat: & non solum liberari ad præsens, uerum etiam saluum se futurum in die iudicij, & regnaturum cū domino Chri-

572
COMMENT. D. AMBRO.

sto in æterna secula. ¶ Saluta Priscillam & Aquilam & Onesiphori domum. Erastus remāst Corinthi. Trophimū autem reliqui infirmum Mileti. Sollicitus esto ante h̄yemē uenire.) Aquila & Priscilla hi sunt, apud quos hospitatus operabatur manibus. Onesiphorus autē hic est, cuius testis est in prima epistola. Quid est tamen, ut præsentē Apostolo, qui mortuos excitabat, Trophimus infirmaretur? Sed signa propter incredulos facta sunt: & quia ex diuersis causis meritum collocatur apud deū, ut siue qui in tribulatione, siue in ægritudine deo gratias agit: nec ab aduersa parte suffragium quærit, ut præstat meritis apud deum. Propter imbres autem & frigora commouit ut autumno ad se ueniret. ¶ Salutat te Eubolus & Pudens & Linus & Claudia & omnes fratres.) More cōsuetō impleta est epistola salutatione fratrum. ¶ Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Vale.) Hæc subscriptio Apostoli est, quod signum esse dicit in omni epistola. Et quia filius dei idem filius hominis est, & Iesus dicitur & Christus, ut & homo significetur & deus, duobus nominibus nuncupatur. Vtroq; tamen nomine dignitas designatur, qua ratione sunt posita nomina.

DIVI AM-

BROSII MEDIOLANENSIS EPISCO-
pi commentarij in epistolam beati Pauli
ad TITVM.

P R A E F A T I O.

Tantum Apostolus consecrauit Episcopum, & ideo cōmonet eum ut sit sollicitus in ecclesiastica ordinatione, id est, ad quosdā q̄ simulatiōe quadā dignos se ostentant, ut sublimem ordinem teneant, simulq; & hæreticos ex circū nescione corripieudos.

Caput

IN EPIST. AD TITVM. 573

CAPVT PRIMVM.

P

AVLVVS seruus dei, apostolus autem Christi Iesu, secundū fidem electorū dei, & agnitionem ueritatis eius quæ secundū pietatem est in spem uitæ æternæ quā p̄misit deus uerax ante tempora secularia: manifestauit autem tēporibus suis uerbum suū in prædicatione, quod creditum est mihi secundum præceptum saluatoris nostri dei, Tito germano filio secundum cōmunem fidem, gratia & pax à deo patre & Christo Iesu saluatore nostro.) Decretum donum à deo quod ante secula p̄miserat, tempore saluatoris in prædicatione apostolorum manifestatum declarat. Sic enim p̄miserat, quod etiā sibi creditum dicit, ut gentibus insinuaret prædestinatā misericordiam dei, ut & Titus uerus eius filius, id est, secundum euangelium, hoc est enim uerum quod æternū est, Hanc dei uoluntatem & sollicitē suscipiens prædicaret gratiam dei & pacem, ut accepto dono pacifici fiant cum deo & patre, quia omnia ex ipso sunt & Christo Iesu saluatore nostro, quia ipse liberauit nos à morte. ¶ Huius rei gratia reliqui te Crete, ut ea quæ desunt corrigas & instituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego tibi disposui. Si quis est sine crimine, unius mulieris uir, filios habens fideles, non in accusatione luxurię, aut inobsequentes. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut dei dispensatorem, non proteruum, non iracundū, non uino deditum, non percussorem, nō turpia lucra appetentē, sed hospitalem, benignū, prudentē, iustū, sanctū, continentem, tenacem eius sermonis, qui secundum doctrinam fidelis est, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes se uincere. Sunt enim multi & non obediētes, uaniloqui & seductores, maxime hi qui sunt ex circūcisione, quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia.) Manifesta sunt quæ lecta sunt. Episcopum em̄ & sanctum in operibus & uerbis prudentē ordinari uult



COMMENT. D. AMBRO.

uult, ut & fratres exhortari possit, & contradicentes convincere, maxime eos qui errant ex Iudæis, qui sub nomine Christi Iudaizare docebant, quos alibi falsos fratres appellat. Renati enim in Christo non puri erant Christiani: partim enim legem, partim Christum uenerari uolebant. Hos dicit quia domos subuertebant praua ista doctrina. Duplici etenim genere turpibus lucris studebant quia ideo hæc magis agebant, ut placerent Iudæis, à quibus sumptus sperabāt, ut pecuniam lucrifacerent & præputium. Hi erant quæstus eorum, sicut dominus dicit Iudæis: Ambulatis mare & aridam, ut faciatis unum profelytum. Hæc duo turpia lucra appellat, quia qui sub nomine dei docet, non deuotionis causa, sed quæstus, turpis lucri captator est. Similiter & qui per circūcisionem alium quem uult acquirere. Vnde alibi ait: Et gloria in pudendis eorum. ¶ Dixit quidam ex ipsis proprius eorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestię, uentres pigri. Testimonium hoc uerum est. ¶ Quidam ex Cretensibus melioratus per disciplinam dominicam, quid sentendum esset de Cretensibus indoctis expressit, quod & mali essent & ociosi uellent comedere. Malicia enim patenti uolebant, qui cum nihil profunt, gestiunt & nocere. Duplex ergo malum est. Tales erant & Cretenses, unde istum prophetam appellat, sed in causa Cretensium. Tam uera enim hunc de his asserit locutum ut prophetam. Falsi enim prophetam impossibile est. ¶ Quam ob causam argue illos dure, ut sani sint in fide, non intēdētes Iudæicis fabulis & mandatis hominum auersantium se à ueritate. ¶ Insistendum præcipit in correptione illorum, ut conuerti possint, & illa festari quæ iusta sunt, & legi dei condigna, auertētes se à Iudæicis fabulis: quia in lege nemo iustificatur apud deum, quanto magis in mandatis hominum. Quicquid enim aduersum ueritatē opponitur, humana inuentio est. Nesciētes enim uim scripturarum, & interiora uerborum legis, colorem sequuntur non saporem, ideo fabulas dicuntur narrare, non ueritatem. Putant enim nunquam recedendum ab his quæ Moyses tradidit, utputa

Mat. 23

Phil. 3

I N EPIST. AD TITVM. 975

utputa de elcis, aut coniugijs, aut neomenijs, aut sanguine mustelæ, uel domo immunda diebus septem, cum sciant primores suos Abraam, Isaac, & Iacob sine his iustificatos & dei amicos appellatos: Et Ezechiele propheta contestante, quia propter quod legem dei & iustificationes eius prophanauerint, præcepta acceperint, & mandata non bona, in quibus iustificari non possent, Vnde & dominus ait Iudæis: Quia hæc ad duriciam cordis uestri scripsit Moyses. Hinc est unde & Petrus apostolus: Quid imponitis, inquit, iugum supra ceruices fratrum, quod neque patres nostri neque nos potuimus portare? Nā si utilia fuissent, tunc data essent quando lex in tabulis data est. Sed quia post tanta signa prodigiorum & legē æditam irreuerentes & diffidentes & ceruicossi inuenti sunt, talia ac tanta acceperunt mandata, in quibus respirare non possent, Hinc factum est, ut & boni laborarent cum malis accepturi mercedem. Hæc ergo pro uindicta data sunt, ita ut tempore quo promissum aduenit donum dei, misericordia dei relaxaret omnia quæ prius interdixerat. Quod non intelligētes Iudæi sub iugo permanerunt, & quorundam libertatem his uolunt uinculis obligare. Ideoque hos obiurgandos admonet, ut ab his auerrantur. ¶ Omnia munda mundis, his uero qui contaminati sunt & sine fide, nihil mundum, sed inquinata est corum & mens & conscientia. Istos mundos esse significat, qui & qua causa interdicta sunt norunt, & qua causa concessa sunt postea. Nā si in Gen. primo cap. legitur. Quia omnia quæ fecit deus, bona sunt, dubium non est, quia & munda sunt, Quia uero non intelligunt, immundi sunt. Accusatores ergo scripture sunt. Si enim bona facta leguntur, cur interdiciuntur quasi execrabilia? Si execrabilia non sunt, quia bona sunt propter duriciam cordis interdicta noscuntur, quia indigni habitus sunt tota uti dei creatura. Nam qui à melioribus prohibiti uidentur, horum mens & conscientia est, quia creaturam dei accusant, ut excusent semetipsos. ¶ Deum fatentur se nosse, factis autem negant, quoniam sunt execrabiles & inobedientes, ad omne opus

Ezech. 20

Marci. 10
Acto. 15



opus bonum reprobis.) Quāuis ad oēs hæreticos p̄ineat dictum, hoc tñ de Iudæis intelligit locutus, qui se Abrahæ deum solos dicunt scire, operibus uero abnegant. Sic ut dicit dñs: Si filij Abrahæ essetis, opa Abrahæ faceretis. Quō ergo possunt deum Abrahæ scire, q̄ mysterium & fidē eius ignorant, nō Euangelij opa sectantes, sed legis factorum in neomenijs & circuncisione, & cæteris pturbatores impij & irreuerentes: Hæc sunt opera quæ deū nesciunt.

CAPVT II.

TIV autem loquere quæ decet sanā doctrinā.) Hęc scit deū quæ appellat sana doctrina. Dei em̄ doctrina salutaris est. ¶ Seniores sobrios esse, graues, prudentes, sanos fide, dilectione, patientia.) Qui sint sanę doctrinæ ofidit, ut minus sobrios, minus graues, infideles, sine charitate, impatientes, insanę doctrinę discipulos si gnificaret. His em̄ opibus nescit deus neq; iusticia eius. ¶ Anus pari mō in statu religione digno, nō criminatrices, nō uino multo feruētēs, bona docentes, ut instituāt adolescentulas uiros suos diligere, amare filios, prudentes, pudicas esse, castas, domos curam habentes, subditas proprijs uiris, ne uerbū dei blasphemet.) Tales præcipit seniores, ut exemplo sint bonę cōuersationis iunioribus, ut si infideles uiros habeāt, cōgaudeant eis magis q̄ blasphement nomen dei, dū uident q̄, p̄pter dei timorē, p̄p̄tius obsequuntur suis uiris. ¶ Iuniores similiter hortare cōtinentes esse per oīa, teipsum præbens exēplū bonorū operū in doctrina, in integritate, in grauitate, uerbū sanū, irreprehensibile, ut is qui ediuerso est, reuerat, nihil habens dicere de nobis dignū reprehensione.) Quā iuuetus solet modū egedi, imō p̄optior esse ad lapsū, idcirco salubribus retinaculis cōtineri iubetur, ut infrenata diuini legibus gubernet. Quod ut effici non sit arduū aut difficile, magistrum formā esse præcipit, ut ea quæ docet quō fiant ofidat, ut hi qui prophani sunt & inimici filij dei, erubescant, uidentes quia quæ uerbis docet, uera esse p̄bat factis. ¶ Seruos domini suis subditos esse in omnibus optimos, nō responsatores, nō fraudantes, sed omnē fidem

fidem bonam ostendentes, ut doctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnibus.) Bonis operibus & fide doctrinam dicit ornari dominicam. Tunc enim placita est & decora, si hic qui eam profitetur, non illam exosam faciat, abnegans factis, sed amabilem & ueram. Non potest enim indecorum esse quod uerum est. Cum ergo dicta sequentibus factis implentur, ostenditur uera, ac per hoc decora. Tunc possunt domini seruos suos non tantum a fide non prohibere, uerum etiā gaudere, quia fidem eorū etiam sibi uident proficere. Nemo enim fidem dei custodiens, infidelis potest esse hominibus. ¶ Illuxit em̄ gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos ut abnegata impietate & secularibus desiderijs, & tēperanter & iuste & pie uiuamus in hoc seculo.) Donum dei illuxisse hominibus dicit per Christum, id est ueritatem unius dei manifestatam in Christo, ut pia professione creatorē prædicemus in trinitatis unitate, quod prius latuit humanum genus. Nunc autem misericordia dei illuxit, ut erroris tenebras euitantes, id est ignorantiam & impietatem mundanorum fugientes, p̄ inueniamur in parentem omnium deum, profitentes eum in ueritate, quem tradit Euangelium filij eius, & ut huius rei mercedem habere possimus, bona opera facimus. Quomodo enim illi qui solum patrem prædicat, spes nulla est, si non profiteatur in eadē ueritate & filium: ita huius spes frustrata est, qui solum professionem fidei habet sine bonis operibus. ¶ Expectantes beatam spem & aduentum gloriæ beati dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & emendaret sibi populum abundantem, æmulatorem bonorum operum.) Hanc esse dicit beatā spem credentium, quia expectant aduētum gloriæ magni dei, quod reuelari habet iudice Christo, in quo dei patris ueritas debetur potestas & gloria, ut fidei suæ præmium consequantur. Ad hoc enim redemit nos Christus, ut purā uitam sectantes, repleti operibus bonis, regni dei hæredes esse possimus.



COMMENT. D. AMBRO.

CAPVT III.

HAEC loquere & exhortare & argue cum omni imperio, nemo te condemnat. Admo ne illos principibus & potestatibus subditos esse, obedire ad omne opus bonum paratos esse. Quæ spes credetium sit admonet ut manifestet, cum arguuntur, ut sciant cui bono præparantur, ut non aspere accipiant: certi quia pro salute sua corripuntur: & ut ad malum tardi sint, ad bonum uero parati, non nesciunt quid singulis persolui oporteat. ¶ Neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, ostendentes omnem mansuetudinem ad omnes homines. ¶ Christianos omnibus hominibus humiles uult uideri, sic enim possunt perfidi ad futuram spem uocari. ¶ Erasmus enim & nos quondam inconsulti, inobsequentes, errantes, seruientes desiderijs & uoluptatibus uarijs, in malicia & inuidia agentes, odibiles, odio nos inuicem habentes. ¶ Hæc bona quæ incredulitas non habet, Christianis data memorat, ut in omni iusticia elucens, manifesti fiant quod dei cultores sint. Cum enim quondam inconsulti, nunc uidentur per omnia sani esse consilij, laudatur in his deus. ¶ Cum uero bonitas & humanitas illuxit salutaris dei nostri, non ex operibus iusticiæ quæ nos fecimus, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit per lacerum regenerationis & renouationis spiritus sancti, quæ effudit in nos abunde per Christum Iesum saluatorem nostrum, ut iustificati gratia illius, hæredes efficiamur secundum spem uitæ æternæ. ¶ Hoc bonum quod in Christianis florere uidetur, de radice pietatis diuinæ oritur. Deus enim misericordia sua saluos nos fecit per Christum cuius gratia renati, spiritum sanctum accepimus absque, ut bonis operibus inniti possimus, ipso nos in omnibus adiuuante, ut per hæc hereditatem regni cælorum assequi possimus. Quam obrem omni deuotione huic obsequi debemus, & præceptis eius parere: quia quicquid in nobis pulchrum est, spiritualibus lineamentis ipse depingit.

¶ Fidelis

IN EPIST. AD TITVM 579

¶ Fidelis sermo & de his uolo te confirmare, ut solliciti sint ad effectum bonorum operum: hi qui crediderunt deo hæc sunt bona & utilia hominibus. Nihil tam apertum quia misericordia atque humanitas bona est ad præsens, & utilis in futurum. Et hic enim habet laudem, & in iudicij die coronam, Omnis enim deo credens, misericordiam debet studere, per quam uiuit. Ut in hæc ergo esset sollicitus, rector populi admonetur. ¶ Stultas autem quæstiones & originum enumerationes, & cõtionem, & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles & uana. ¶ Stultas hæc quæstiones appellat, quæ salutis effectum non habent, neque aliquam tribuunt scientiæ peritiam ad utilitatem. His uerbis multorum hæreticorum denotat dogmata. Quæuis omnia quæ uera non sunt, stulta dicenda sunt, alius tamē est qui res fabulosas inducit, & alius qui calliditate tergiversationis rem ueneno plenâ proponit, ut est Arrius & Forinus. Fabulosa autem non lex, sed hæresis est, quantum ad tempus pertinet illud Iudæorum, dum quidam eorum sibi uendicarent prærogatiuam originum patriarcharum, quæ de matrimonijs ortæ sunt, cum ex hoc nullum meritum sit apud deum. Quidam uero urceorum & cæterorum uasorum baptisma, & sanguinem mustelæ magna cura expiandum: & quia ideo Moyse sepultura abscondita est, ne à Magis excitaretur, quod si uerum esset, & cæterorum sanctorum abscondenda fuerat sepultura. Et quia Salamon adiutorio demoniorum templum ædificauit, in quo opere ingens multitudo laborauit, quid tam fabulosum? ¶ Hæreticum hominem post primam correptionem deuita, sciens quod peruersus est huiusmodi, & delinquit à semetipso damnatus. ¶ Hæretici hi sunt, qui per uerba legis legem impugnant. Proprium enim sensum uerbis asirunt legis, ut prauitatem mentis suæ legis auctoritatem cõmendent. Sciens enim impietas auctoritatem multum ualere fallaciam sub nomine eius cõponit, ut quia res mala per semetipsam acceptabilis esse non potest, bono nominis cõmendetur. Idcirco huiusmodi homines ut inexcusabiles sint, semel corripere oportet. Frequens enim correptio

Oo exercitioris



COMMENT. D. A M B R.

exercitationes fient in malo. Cogere aut illos uidet qui saepe corripit, ut sollicitiores fiant et ad perditionem multorum, ideo dimittendos, ut negligentiores effecti, soli forte deperant. ¶ Cū misero ad te Arteman aut Tychi cū festina ad me uenire Nicopolim, ibi em statui hyemare. Post epistolā datā etiā ipsum uidere uult affectu? causa, & ut plenius illū firmaret in ecclesiastica disciplina. ¶ Zenam legis peritum & Apollo sollicitè præmitte, ut nihil illis desit. Discāt aut & nostri bonis operibus præfese ad usus necessarios, ut nō sint infructuosi. Vterq; nobilis est sapientia & operibus, & idcirco iubet sumptus illis necessarios dari ab his qui crediderant, ut refrigerarent: quia dignū erat ut q̄ spiritalia tradebāt, nō illis desissent carnalia. Quāuis em Zenā legisperitū uocitet, Apollo tamen perfectus erat in scripturis, sed q̄ Zena huius professionis fuerat in Synagoga, sic illū appellat. ¶ Salutant te omnes qui mecū sunt. Propter cōpendiū simul omnes cōsalutare illū significat. ¶ Saluta eos q̄ nos amāt in fide. Illos saluatione sua dignos uideri uult, qui fideliter illū, affectu Christi dñi nostri. ¶ Gratia dei cum omnibus uobis. Nunc generaliter omnes salutat fratre, & domesticos Titi.

DIVI AM-

BROSII MEDIOLANENSIS EPISCO-

pi commentarij in epistolam beati Pauli
ad Philemonem.

PRAEFATIO.

Philemon nulla erat ecclesiastica ordinationis præditus dignitate, sed uir laudabilis unus ex plebe. Cui causa Onesimi serui eius familiares literas facit, ut nō solum ignoscat ei, sed & deo gratias agat, quia ealem illum recipit, ut non seruum æstimet, sed dilectissimum fratrem, Paulus

IN EPIST. AD PHILEMO. 381



PAULVS uinctus Christi Iesu, & Timotheus frater Philemoni dilecto fratri, & laborum nobis participi, & Apia sorori charissima, & Archippo cōmilitoni nostro, & domesticæ eius Ecclesie: Gratia uobis & pax à deo patre nostro, & dño Iesu Christo. Vt dignitatem epistolæ a se misse faceret, ab iniuria sua cepit. Sicut enim peccati causa uinciri opprobriū est, ita econtra pro Christo custodiæ uincula sustinere maxima gloria est. Eo enim tempore quo hanc epistolam misit, in custodia erat. Quāuis clericus non fuerit Philemon, tamen intererat ecclesiasticis necessitatibus causa deuotiōis, unde participem hunc dicit laborem. Sunt enim multi, qui cū sint digni, excusant tamen infimos semetipfos iudicantes tanti ministerij, unde ueri digni apparēt. ¶ Gratias ago deo semper, mentionem tui faciens in orationibus meis audiens fidem tuam & charitatem, quam habes in domnū Iesum, & in omnes sanctos, ut cōmunicatio tua accepta fiat in agnitione omnis boni, quæ in nobis est in Christo. Gaudere se dicit, & deo gratias referre in precibus suis, quia firmus erat in fide, & bonis operibus insistebat. Qui enim diligit Christum, probare hoc debet in seruos eius, sciēs dominum sibi imputaturum quicquid constiterit erogatum in seruis. Apostolus tamen hoc se dicit addere precibus, ut operatio eius cum cognitione fiat bonitatis, hoc est ut tali hoc mēte operetur, ut in futurum huius rei expectet mercedem. ¶ Gaudium enim magnū habui, & cōsolationem super charitate tua, quia uiscera sanctorum requieuerunt per te frater. Manifestum est quia idcirco se significat lætū esse, quia sanctorū necessitatibus utensilia ministrabat, unde plus gaudet, & certus ex hoc quia obsequeretur & mādatis eius, quæ constat esse potiore. ¶ Quā propter multā fiduciam habens in Christo imperandi tibi, quod ad rem pertinet, propter charitatē magis deprecor, cū talis sis sicut Paulus senex, nūc aut & uinctus Christi Iesu. Quantū ratio

O o 2 exigebat



COMMENT. D. AMBRO.

exigebat, dignum erat imperare discipulo magistrum & fiducia apostolice autoritatis. Sed quia uir bonus erat Philemon, per affectum illum prouocat obaudire, quasi coactum ætatis, & uinctum Christi Iesu, id est, obligatum negocijs dominicis, uel propter nomen eius subiectum uinculis, sicut erant & ipsi apostoli. Tales enim fuerunt Iudas & Syleas, qui cum ex plebe essent primores inter fratres obligauerant semetipsos dominicis actibus, ut unam cum apostolis coagonizarent propter fidem dei, unde Syleas particeps laborum inuenitur apostoli. ¶ Obsecro te de meo filio, quem genui in uinculis Onesimo quodam tibi inutilem, nunc uero tibi mihi, utilem, quem remisisti ad te. Tu autem illum idem sicut mea uiscera suscipe, quem ego uolueram apud memetipsum retinere, ut pro te mihi ministraret in uinculis Euangelij: sed contra tuum consilium nihil uolui facere, ut non uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed uoluntarium. Non magnum est humilem inclinare se, laudabile uero sublimem uirum humiliare se. Ideo Apostolus rogat eum, cui imperandi habet potestatem, ut in omnibus forma sit ad profectum mentorum. Onesimus ergo profugum decurrentem ad diuinum auxilium, cum esset in custodia urbis Romæ, baptizauit Apostolus uides in illo utilitatis spem. Quem sic commendat, ut suum animum in illo significet idoneum ex inutili factum, tam secularibus quam diuinis obsequijs. ¶ Forsitan enim idcirco recessit ad horam, ut æternum illum reciperes, non iam uelut seruum, sed pro seruo dilectissimum fratrem, maxime mihi: quanto autem magis tibi & in carne & in domino. Onesimus offensus domino, proprio, confugit longa peregrinatione ad Apostolum, ut ostenderet se non ad hoc recessisse ut delicti esset obnoxius, sed ut oblitteratis peccatis utilis reuerteretur, in tantum ut non solum domino suo æqualis fieret meritis, sed ipsi magistro frater. Et ne Philemon aliquod ut assolet, quasi aduersum seruum fastidium inflationis pateretur, humiliat illum, cum dicit illum fratrem & in carne & in domino ut sublata humanæ conditionis causa: quia omnes ex uno su-

mus

IN EPIST. AD PHILEM O. 53

mus Adam, fratres nos cognoscamus, maxime cum fides accedit media, quæ omnem superbiam amputat. ¶ Si ergo habes me socium, assume illum sicut me. Tantum se affectum habere circa Onesimum ostendit, ut tunc Philemonem, quem superius laudat, participem suum dicat si ipsum sic susceperit sicut Apostolum. Hoc est enim quod dixit Salomon: Seruo sapienti liberi seruiunt. Quod dictum terrori est Philemoni, ut saltem uel hac causa assumeret eum, si charitate flexi non posset. ¶ Si autem aliquid læsit te, aut debitor est, hoc mihi imputa. Nunc excusationem iracundiæ conuellit, ne forte sic læsum se esse ab eo quaereretur, ut illi ignoscendum minime uideretur. Quod si esset, sibi imputandum dicit, per quem regni cælorum hæredes futuri sunt, quæ ante peccauerunt. ¶ Ego Paulus scripsi mea manu, ego reddam, ut non dicam tibi quod etiam te ipsum mihi debes. Si qua offensa est Onesimi, cautionem suam testat esse idoneam, ut pro illo satisfaciatur. Et ut uerum loquatur, suberigit se & dicit, quia minus ab illo exigit quam debere probatur. In seruo enim cogitur satisfacere qui seipsum debito onerat. ¶ Ita frater sic ego te fruar in domino, resoue uiscera mea in Christo: si fiduciam habens obauditionis tuæ scripsi tibi, sciens quia super quam dico facies. Modo blanditur, ut obauditione eius uoluntaria sit, ut possit fructum habere. Sic enim prouocat eum, ut amplius faciat quam postulatur ab eo. Solet enim fieri, ut quid bene de se sentire, meliorem se præbeat. ¶ Simul autem præpara mihi hospitium, spero enim quod per orationes uestras donabor uobis. Ut sollicitiorem illum faciat & magis obediat, uenturam se esse illis significat. Solent enim absentes contemni. Et ut quid Apostolus hic adhuc esse non dedignatur, qui semper tædia passus est & exitia, cædes, persecutiones ac uincula: & cuius requies non erat nisi in solo Christo. Sed propter profectum credentium, ut & inimicos crucis Christi confunderet, ad dei gloriam augmentandam carnem suam passionibus offerebat, ut animæ suæ & corpori coronas immortalitatis acquireret. ¶ Salutat te Epaphras cæcapius

Ecclesi.

O O 3 meus



84 COMMENT. D. AMBR.
meus in Christo Iesu. Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas adiutores mei.) Hos omnes participes gloriae suae testatur. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro.) Haec subscriptio Apostoli est confirmantis epistolam missam.

FINIS.







